¶ Sequitur (Si qua vero minoꝛa agenda ſūt in monaſterii vtilitatibus: ſenioꝛū tantū vtatur conſilio) Minoꝛa dicit reſpectu precipuoꝛū/ cuiuſmodi ſunt que non totā cōmunitatem concernūt/ vel que non habent plurimū difficultatis/ ſicut eſt depoſitio aut mutatio alicuius officialis vel tranſlatio ab vno officio in aliud/ aut coꝛrectio alicuius officialis aut prouiſio de neceſſariis monaſterii/. talia agenda ſunt cū conſilio ſenioꝛū tantū/ Non enī tota congregatio fatiganda eſt pro minoꝛib⁹ reb⁹/ Ubi notandū ꝙ triplex eſt grad⁹ rerū agendarū/ videlꝫ maximarū minoꝛū et minimarū/ Maxima diſponenda ſunt cum conſilio totius congregationis/ Minoꝛa ſiue media cū conſilio tantum ſeniorū/ Minima ſiue quotidiana diſponere ipſe pꝛelatus poteſt/ nulli⁹ alterius requiſito conſilio/ Grauiſſimū quidā onus eſſet prelato et ſenioꝛibus/ ſi propter quelibet pꝛecipienda diſponēda aut pꝛohibenda: conſiliū ſenioꝛum deberet euocari/ Preterea notandum ꝙ ſenioꝛ hoc loco non ſemper videtur notare ſenectutem etatis/ aut pꝛioꝛitatē conuerſionis/ quia quandoqꝫ in multis huiuſmodi. nec abundat conſilii maturitas. nec rerū experientia. / Sed ſenioꝛes credimus hic prudentioꝛes et magis expertos appellatos/ ſecundum illud thobie. iiii. Conſiliū a ſapiente require/ Cauſa autē huius admonitionis de agendis reb⁹ ſp cū conſilio aſſignat/ ex auctoꝛitate ſacre ſcripture: dicens (ſicut ſcriptū eſt) ſcꝫ eccle. xxxii (Omia fac cū conſilio et poſt factū nō penitebis)

¶ Capitulum xvi. et eſt quartū regule que ſunt inſtrumenta bonoꝛū operum.

Conſequenter nobis ſermo habendus eſt circa capitulꝫ quartum regule/ in quo deſcribuntur que ſunt inſtrumenta bonoꝛū operum/ In ſuperioꝛibus ſanctus pater Benedictus declarans ſe velle diuini ſeruicii ſcholā īſtituere/. quia ī qualibet facultate. neceſſario artis inſtrumenta in pꝛimis deſcribēda veniunt./ Deſcripto ergo qualis debeat eſſe abbas/ qui magiſter et rectoꝛ ſchole eſt/ iam exponit que ſunt inſtrumenta bonoꝛū operū/ qnibus ī hac ſpūali ſchola pꝛo acquirenda perfectione religionis/ et capeſcenda ſuperna beatitudine ꝯtendum ſit/. qui finis vltimus et potiſſimus eſt/ Ad quē huius ſancte ſchole diſcipulus. huius ſpiritualis artis induſtꝛius appetitoꝛ omni conatu ſuo anhelat et concupiſcit/ Interpꝛetatur autem ſanctus pater religioſā conuerſationē ſcholā diuini ſeruicii/ quoniam ſtatus religionis vt ſanctus Thomas docet. quedā diſciplina eſt et exercitium ad perfectionem perueniendi/ Ad quā quidem aliqui peruenire nitūtur exercitiis diuerſis/ ob quā etiā cauſam ſanct⁹ pater pꝛecepta varia virtutum que deſcribit in hoc quarto capitulo inſtrumēta nominat acquirēde perfectionis/ Pꝛo eo etiā. quia virtutes media ſunt diſponentia ad conſecutionem finis vltimi/ ſecūdū illud ariſtotelis ſeptimo phiſicoꝛū. Uirtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimū: dicit Abbas moyſes libro collationū collatōe pꝛima/ Ieiuniū. vigilie. meditatio ſcripturarꝫ. nuditas. ac pꝛiuatio omim facultatū non perfectio/ ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. quia non in ipſis conſiſtit diſcipline illius finis/ ſꝫ ꝑ illa peruenitur ad finem. ¶ Eſt autem ſciendū ꝙ ſanctus Benedictus in hoc capitulo ſeptuaginta duo ponit/ que inſtrumenta bonoꝛum operum/ ſiue oꝛnamenta virtutum/ ſiue documenta ſchole diuini ſeruicii/ ſiue fundamēta ſpiritualis edificii nominari poſſunt/ que et ſi ſanct⁹ pater in vno capitulo cōcluſerit: nos tamen pro amplitudine materie eoꝛum. et vt prefati cariſſimi fratris dñi Arſenii ad hoc opus nos impellentis votis plenius ſatiſfaciamus/ de illis per diuerſa capitula doctrinaliter agemus/ Diſtinguūtur autē hec bonoꝛū operū inſtrumenta vt ſequitur.

## ¶ Pꝛimum inſtrumentū.

¶ In pꝛimis dñm deuꝫ diligere ex toto coꝛde/ tota aīa tota virtute.

ii. ¶ Deīde pximū tanꝗ ſeipꝫ

iii ¶ Deinde non occidere.

iiii ¶ Non adulterari.

v ¶ Non facere furtum.

vi ¶ Non concupiſcere.

vii ¶ Nō falſū teſtimoniū dicē.

viii ¶ Honorare oīes hoīes.
ix ¶ Et qđ ſibi quis fieri non vult alii non faciat.
x ¶ Abnegare ſemetipſū ſibi vt ſequatur xp̄m
xi ¶ Corpus caſtigare
xii ¶ Delicias non amplecti
xiii ¶ Ieiunium amare
xiiii ¶ Pauperes recreare
xv ¶ Nudum veſtire
xvi ¶ Infirmum viſitare
xvii ¶ Mortuum ſepelire
xviii ¶ In tribulatiōe ſubuenire
xix ¶ Dolentem conſolari
xx ¶ A ſeculi actibus ſe facere alienum
xxi ¶ Nichil amori xp̄i p̄ponē
¶ xxii ¶ Iram non perficere
xxiii ¶ Iracundie tempus non reſeruare
xxiiii ¶ Dolū in corde non tenere
xxv ¶ Pacē falſam non dare
xxvi ¶ Caritatē nō derelinq̄re
xxvii ¶ Nō iurare ne forte piuret
xxviii ¶ Veritatem ex corde et ore proferre
xxix ¶ Malū p malo nō reddere
xxx ¶ Iniuriam non facere: ſed et factā patienter ſufferre
xxxi ¶ Inimicos diligere
xxxii ¶ Maledicentes ſe non remaledicere: ſʒ magis benedicere
xxxiii ¶ Perſecutiones propter iuſtitiam ſuſtinere
xxxiiii ¶ Non eſſe ſuperbum

xxxv ¶ Non vinolentum
xxxvi ¶ Non multum edacem
xxxvii ¶ Non ſomnolentum
xxxviii ¶ Non pigrum
xxxix ¶ Non murmurioſum
xl ¶ Non detractorem
xli ¶ Spem ſuā deo cōmittē
xlii ¶ Bonū aliqđ in ſe cū viderit deo applicet non ſibi
xliii ¶ Malū vero ſemper a ſe factum ſciat et ſibi reputet
xliiii ¶ Diem iudicii timere
xlv ¶ Gehennam expaueſcere
xlvi ¶ Vitam eternam omni cōcupiſcentia ſpirituali deſiderare
xlvii ¶ Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere
xlviii ¶ Actus vite ſue oī hora cuſtodire
xlix ¶ In omni loco deum ſe reſpicere pro certo ſcire
¶ l ¶ Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad xp̄m allidere
li ¶ Et ſeniori ſpirituali pate facere
lii ¶ Os ſuum a malo vel prauo eloquio cuſtodire
liii ¶ Multū loqui non amare
liiii ¶ Verba vana aut riſui apta non loqui
lv ¶ Riſum multuʒ aut excuſſum non amare
lvi ¶ Lectiones ſanctas libēter audire

lvii ¶ Oratōi frequent̄ icūbere
lviii ¶ Mala ſua preterita cū la
chrymis vel gemitu quotidie in
oratiōe deo cōfiteri/de ipſis ma/
lis de cetero emendare
lix ¶ Deſideria carnis non pfi
cere. Volūtatē propriam odire
lx ¶ Preceptis abbatis in oī/
bus obedire/etiā ſi ipſe aliter (qđ
abſit) agat: memor illius dn̄ici p
cepti. que dicunt facite: que autē
faciunt facere nolite
lxi ¶ Nō velle dici ſāctū anteꝗ̃
ſit: ſꝫ pri⁹ eſſe vt verius dicat̄
lxii ¶ Precepta dei factis quoti
die adimplere
lxiii ¶ Caſtitatem amare
lxiiii ¶ Nullum odire
lxv ¶ Zelū et inuidiā nō habere
lxvi ¶ Contētionē nō amare
lxvii ¶ Elationē ⁊ iactātiā fugē
lxviii ¶ Et ſeniores venerari
lxix ¶ Juniores diligere in chri/
ſti amore
lxx ¶ Pro inimicis orare
lxxi ¶ Cum diſcordātibus an/
te ſolis occaſū i pacem redire
lxxii ¶ Et de dei miſericordia
nūꝗ̃ deſperare.

¶ Capitulum xvii. de primo inſtrumento vi
delicet de dilectōe dei: vbi agitur cur et quo/
modo deus ſit diligendus.

In primis dominū deuꝫ diligere ex to
to corde/tota aīa/tota virtute) Meri
to ſapientiſſimus pater Benedictus
primū omiꝫ inſtrumentorū bonorū operum
poſuit dilectionē dei/ qꝛ hoc eſt primū digni/
tate/et perfectione/et maximū mandatorum
vt dicitur. Math. xxii. ¶ Circa quod notāda
ſunt duo/ Primo ponentur ſeptem que nos
incitare debēt ad dilectionem dei/ Secundo
videbitur/de modo quo diligendus eſt deus.
¶ Primū aūt incitans nos ad dei amorē/eſt
ſūma eius bonitas/ Bonū enī per ſe obiectū
amoris eſt/ Bonū autē et pulcrū ingt dyo⁹
omīa deſiderant/ Cum autem deus ſit ſūme
bonus/merito a nobis ſūme diligendus eſt.
Unde Augu. de trinitate/ Cuꝫ iſta non dili
gantur niſi quia bona ſunt/pudeat illis inhe
rendo non amare bonū ipſuꝫ vnde bona ſūt/
¶ Item idem Augu. Diligamus id quo nichil
melius eſt/ Hoc deus eſt/cui ſi aliquid diligē
do vel preponimus vel equamus nos dilige
re neſcimus. ¶ Scđo incitat nos ad diligen
dum deum/affluentia bonorū que nobis cō/
tinue liberaliter elargitur./ Nam oīa bona
ſiue naturalia ſiue gratuita que habem⁹ de
ſuper a deo nobis data ſunt/ Om̄e enī datū
optimū/et om̄e donū perfectū deſurſū eſt de/
ſcendēs a patre luminū. Jaco. i. vbi. glo. ingt
Datū refertur ad naturā/ donū ad gratiam/
¶ De hoc amoris incitamento dicitur eccleſia
ſtici. vii. Dilige eū in omī virtute tua qui te
fecit/ Et bernar. ſuper cantica. Ualde michi
amādus eſt per quē ſū/ viuo. ⁊ ſapio: ſi ingra
tus non ſum et indignus/ Dignus plane eſt
morte qui tibi dn̄e recuſat viuere ⁊ mortuus
eſt/et qui tibi dn̄e nō ſapit: deſipit/ Et qui cu
rat eſſe niſi propter te/pro nichilo eſt/et nichil
eſt/et qui eſſe vult ſibi et non tibi/nichil eſſe ī
cipit/ inter omīa deū time et mandata eius
obſerua hoc eſt omīs homo. Et ſi hoc eſt oīs
homo: ergo abſqꝫ hoc nichil eſt homo/ Idem
in libro de diligendo deo. Infidelis ſe ei totū
debere non ignorat/quē ſui totius non igno
rat actorem/ Quid ergo ego qui deū meū te
neo non ſolū vite mee gratuitū largitorē/ſed
etiā largiſſimū adminiſtratorē/piū conſola/
torem/ſollicitū gubernatorem/ copioſiſſimū
redemptorem/eternū conſeruatorē/ditatorē
et glorificatorem? Ex hac cauſa nō modo di
ligendus eſt deus/ ſed omī hora omniqꝫ mo
mento amandus/cum nulla ſint horarū mo
menta quibus eius non fruamur beneficiis.
Unde Augu. libro ſoliloquiorum ad deū lo/

quēs/idcirco dn̄e deꝰ iuſſiſti michi lege tua/vt
diligā te oībꝰ horis et momētis/qbꝰ fruor bo
nis mīe tue/quoniaꝫ ſemper perirē.niſi quia
ſemper me regis/⁊ ſemper morerer niſi quia
ſemper me viuificas. Et omī momento mi⸗
chi tua magna beneficia preſtas/Sicut ergo
nulla hora eſt vel punctus.in omī vita mea
quo beneficio non vtar/ſic nullum debet eſſe
momentū quo te nō habeam ante oculos in
memoria mea.et te non diligā ex omni forti
tudine mea./Tertio incitat nos ad aman⸗
dum deū eius ad nos/ſumma caritas.de quo
prīe io.iiii. Diligamꝰ deū quoniā ipſe prior
dilexit nos./Auguſti. libro de cathezizandis
rudibus/ſi amare pigeat: ſaltē reamare non
pigeat. Nulla enī maior eſt ad amorē incita
tio ꝙ̄ preuenire amando./Et nimis durus ē
animus/qui dilectioni ſe volebat impendere
nolit rependere./Item idem Auguſtinus O
aīa mea inſignita dei imagine/redēpta dei
ſanguine/deſponſata fide/dotata ſpiritu/or⸗
nata virtutibus/deputata cum angelis dili⸗
ge illū a quo dilecta es/tantū intēde illi qui
intendit tibi/quere querentē te/ama amato
rem tuum a quo amaris/cuius amore p̄uen
ta es:et qui eſt cauſa amoris tui./Singulari
ter aūt nos incitare debet ad diligenduꝫ deū
illa eius ad nos dilectio/qua nulla maior eſ⸗
ſe poteſt quā in opere redēptionis nobis mō
ſtrauit./De qua beatus Bernardus/ſuper
cātica ita loquitur/Super oīa reddit ama
bilē te michi ieſu bone calix queꝫ bibiſti/opꝰ
noſtre redemptionis/hec oīno amorē noſtrū
facile vendicat totū ſibi/hoc inꝙ̄ eſt ꝙ noſtrā
deuotionē et blandius allicit ⁊ iuſtius exigit
et artius ſtringit:et afficit vehementius.

Quarto incitat nos ad amandū deū/inuitā
tis nos eum diligere auctoritas maieſtatis.
/Ipſe quippe tremende auctoritatis dn̄s pre⸗
cipit vt eū diligam.deutero.vi/⁊ Math.xxii
di.diliges dn̄m deū tuum/Cuius precepti be
nignitatē admirans beatꝰ Auguſtinus libro
cōfeſ.ita dicit/quid tibi ſū ipſe vt amari te iu
beas a me/et niſi hoc faciā iraſceris michi et
minaris ingentes miſerias./Item idem Au.
Non poſtulat a nobis deus aurū.non argen
tū nec pallia.non veſtes precioſas: nō agros
et cetera huiuſmodi/ſed noſmetipſos querit
et in nobis quieſcere cupit/Accedamus ergo
ad eum vt vitam eternam habeamus/habe⸗
amꝰ in nobis dilectionē dei et primi./Qui
to incitat nos ad deum amandū ipſius diui
ne dilectionis nobilitas/Cū enī diuinꝰ amor
vt ait beatus dionyſius extaſim faciens/nō
ſinit ſui ipſorum eſſe amatores ſed amatoris/
amādo deū efficimur quodāmodo conſortes
diuine nature./Vis eī amoris amātē ī ama
tū transfert/Unde ſi vicia diligimꝰ ⁊ caduca⸗
viles ⁊ inſtabiles efficimur/ſicut dicitur ozee
ix./Facti ſunt abominabiles ſicut ea que di⸗
lexerunt./Si autem deū diligimus/quaſi
dii efficimur.prīe corin.vi. Qui adheret deo
vnus ſpiritus eſt cuꝫ eo/Et augu.ſup prima
canonica iohīs inquit/Talis eſt quiſqꝫ q̄lis
eſt dilectio eius/Terram diligis terra es/de
um diligis quid dicā ? deus eris/non audeo
dicere ex me ſcripturā audiamus./Ego dixi
dii eſtis et filii altiſſimi. hec Augu. In cuius
ſublimitatis teſtimoniū deus om̄es amato⸗
res ſuos vt reges coronat in celis/ſecundum
illud iaco.i/Coronā vite repromiſit deus di
ligentibus ſe./Quāobrē recte dicit ſapiens
eccleſiaſtici.i.dilectio dei honorabilis ſapien⸗
tia./Sexto incitat nos ad amorē dei/dilecti
onis illius ſuauitas/Tāta eſt enī imenſitas
diuine bonitatis/vt ſine delectatione et dul⸗
cedine amari nō poſſit/ſapi.viii./In amicicia
illius delectatio bona/Et ſapi.xii. clamat ſa
piens eiuſdem diuini amoris expertus/O ꝙ̄
bonus et ſuauis eſt ſpiritus tuꝰ in nobis.vbi
glo.interli. Amor dei fōs totius boni eſt. Et
Augu.ad deum loquens ait. Habent hec in
fima ſuas delectationes ſuoſqꝫ amores/non
tamen tali/modo delectant ſicut tu deus no⸗
ſter/In te enī delectatur iuſtꝰ/quia amor tuꝰ
ſuauis eſt et quietus/Nam pectora que poſ⸗
ſides:dulcedine ſuauitate et tranquilitate re
ples/Econtra amor ſeculi anxius et pertur⸗
batus/aīas quas ingreditur quietas eſſe nō
patitur. Semper enī ſuſpicionibus variiſqꝫ
rumoribꝰ ſollicitat eas/Tu itaqꝫ es delecta
tio rectorū et merito/quia valida eſt apud te
et imperturbabilis vita./Item Ricardus de
ſācto victore. Amor diuinus res prorſus dul⸗
ciſſima eſt/qui non ſolum iniurias ſed etiam
mortis amaritudinem vertit in dulcedinem
Idem. Si dulcedinē diuini amoris perfecte
guſtaueris:de temporali dulcedine nō cura⸗
bis./Si cupis vt mēs tua placida trāqlitate
quieſcat:te fundans diuinꝰ amor abſorbeat.

Quare beatus Auguſtinus orabat dicens. Abſorbeat queſo mentem meam ab omibus que ſub celo ſunt ignita ⁊ melliflua vis amoris tui: vt totus tibi inheream ſolaqʒ ſuauitatis tue dulcedine paſcar. Septimo incitat nos ad amandum deũ: dilectionis illius fructus et vtilitas. Non enĩ ſine premio (inquit Bernar.) diligitur deus: et ſi abſqʒ premii intuitu diligẽdus ſit deus. Prouenit autem vtilitas multiplex ex amore diuino. Pri quidẽ dilectio dei diligentibus deum peccata condonat. luce.vii. Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multũ. vbi glo. dicit. Ignis caritatis in ea rubiginẽ peccatorũ conbuſſit. Secundo illuminat mentẽ. eccleſiaſtici.ii. Qui timetis deũ diligite illũ: et illuminabuntur corda veſtra. Tertio locupletat ſpiritualibꝰ diuiciis. Hinc diuina ſapientia loquitur prouer.viii. Ego diligentes me diligo. Et qui mane.i.diligenti ſtudio vigilauerint ad me inuenient me. mecum ſunt diuitie et gloria. opes ſuperbe id eſt excelſe et iuſtitia. melior eſt fructus meus auro et lapide precioſo. et genimina mea argento electo. in viis iuſtitie ambulo. in medio ſemitarum iudicii: vt ditem diligentes me ⁊ theſauros eorum repleã. Hinc dicit baſilius. Theſaurus indeficiens eſt amor diuinus. quem q habet eſt diues. ſine quo quicũqʒ pauper eſt.

De ineffabilitate premiorũ diligentium deum dicit apoſtolus prime corin .ii. Oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit. que preparauit deus hiis qui diligunt eum.

Circa ſecundũ qđ erat notandum de modo diligendi deum conſiderandũ eſt in primis: ꝙ querentes de modo diligendi deum non intelligimus ꝙ dilectio dei habeat aliquã menſurã prefixam vltra quã diligendo progredi non liceat. Nulla enĩ menſura talis prefigi poteſt in dilectione dei. qđ ita ſanctus Tho. oſtendit. Actus mẽſuratur ab eo qđ eſt ratio agẽdi. ſicut mĩa accipit mẽſurã in ſubuentione miſero facienda. ex quãtitate miſerie que ad miaʒ mouet. Cauſa autem diligendi deum diuina bonitas eſt. que ĩfinita eſt. Actus autem dilectionis creature rationalis finitus eſt. cũ ex potentia finita ꝓcedat. Quare manifeſtũ eſt ꝙ menſurari nõ poteſt ratio dilectionis. Et propter hoc in dilectione dei non ponitur modus vltra quem non oporteat ꝓgredi: ſed ꝙ̃tũcũqʒ diligat ſẽper ad anteriora ſe extendit: vt modꝰ diligendi deũ ſit vt diligamus deum ꝙ̃tũ plus poſſumus. Hec eſt ſententia deuotiſſimi Bernardi in libro de diligendo deo ita dicentis. Cauſa diligendi deum deus eſt: modus ſine modo diligere. cũ dilectio que tendit in deuʒ tendat in imenſum in infinitũ. Nam et infinitus deus ⁊ imenſus. quis nam queſo debeat eſſe finis noſtri vel modus amoris: Et infra. Deus meus adiutor meus diligam te ꝓ dono tuo et modo meo minus quidẽ iuſto. ſʒ plane minus poſſe meo. qui et ſi quantũcũqʒ debeo non poſſum: Non poſſũ tamen vltra ꝙ̃ poſſum. potero vero plus cuʒ plus donare dignaberis: nũꝙ̃ tamen prout dignus haberis.

Preterea notandũ ꝙ modus amandi deum exprimitur a beato Benedicto in hoc capitulo. cum ſit diligendũ deuʒ eſſe. ex toto corde. tota aĩa. tota virtute. iuxta illud deuterono.vi. Diliges dñm deum tum ex toto corde tuo. et ex tota aĩa tua. et ex tota fortitudine tua. In quibus datur intelligi ꝙ diligendus eſt deus a nobis tripliciter. Primo toto corde.i.veraciter non verbo ſoluʒ ſicut illi diligebant. de quibus dicitur p̃s lxxvii. Dilexerunt eum in ore ſuo. glo. nõ corde. Et lingua ſua mentiti ſunt ei. Et yſa.xxix. populus hic labiis me honorat cor auteʒ eius longe eſt a me. Contra quos apoſto. iohẽs in canonica ſua inquit. Filioli mei non diligamus verbo nec lingua: ſed opere et veritate. p̃ie io.iii. Et Augu. Deus non vult verbis diligi tantum: ſed corde puro et operibus iuſtis. quia non verborũ ſed cordiuʒ auditor et inſpector eſt. Diligendus eſt ergo a nobis deus veraciter. qđ fit cũ toto corde diligitur. toto auteʒ corde diligere dicit criſoſtomꝰ eſt habere cor non inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis ꝙ̃ dei. hinc prouer.xxiii. dicitur. Prebe michi fili cor tuũ et totum. ſcʒ. quia vt ait Augu. totũ exigit qui totũ fecit. Secundo diligendus eſt deus tota anima. id eſt integraliter. vt illi vacent et intendant omnes ſẽſus noſtri. om̃es cogitationes et affectiones noſtre. Unde Augu. de dilectione dei. Quid dicam: Diliges dñm ex toto corde tuo et ex tota aĩa tua. diligat eũ os tuũ. oculus tuus. manus tua. pes tuus. et omnes ſenſus tui. ⁊ tu totus diligas eum. Item idem Auguſtinꝰ

O ignis qui ſemper ardes et nūꝙ̄ extingue
ris/ accende me et accendar totus a te vt to-
tus diligā te ſolum/ Minus enī te amat/ qui
tecū aliquid amat/ qđ non propter te amat.
Tertio diligendus eſt deus tota virtute.i.
fortiter ſiue perſeueranter/ qđ fit cum ſeruus
dei timorē a corde expellit/ laborē pro xp̄o ap
petit/ opprobria et mortē non fugit/ De pri-
mo dr̄ io.iiii. Perfeccta caritas foras mittit
timorē.glo.ſeruilē/ De ſcđo dicit ꝓpheta in
ps̄. Ego in flagella paratꝰ ſū/ De tertio.act.
xxi.dicebat paulus/ Nō ſolū alligari ſed eti-
am in mortez paratus ſū ire/ hoc dilectionis
modo diligebāt deū qui dicebant/ quis nos
ſeparabit a caritate xp̄i/ tribulatio an angu-
ſtia an ꝑſecutio an fames an nuditas an pe-
riculū: an gladiꝰ: quaſi dicat/ Nulla res po
terit nos ſeparare a caritate dei. Augu/ Con
ſtans et perfectꝰ debet eſſe amor noſter/ vt ſi
neceſſe fuerit amore illiꝰ moriamur/ qui amo
re amoris noſtri placide ac benigne mori di-
gnatus eſt/ vt enī amaret prius amauit/ Et
vt in noīe eiꝰ nemo mori timeret/ prior pro oī
bus mori dignatꝰ eſt./ Bernar.ſup cantica.
Diſce o xp̄iane a xp̄o/ quēadmodum diligas
xp̄z/ Diſce amare dulciter/ amare prudenter/
amare fortiter/ dulciter ne illecti.prudenter:
ne decepti/ fortiter: ne oppreſſi ab amore dn̄i
auertamur/ Et infra Nō abduci blandiciis/
non ſeduci fallaciis/ non iniuriis frangi.toto
corde tota aīa.tota virtute diligere eſt./

Capitulū xviii.de inſtrumento ſecundo bo
norum operum artis ſpiritualis: vbi de dile-
ctione proximi.

Secundū huius ſpūalis artis inſtrumē
tū ad conſequendam anmie ꝑfectionē
vt ſanctus pater ponit eſt (Diligere ꝓ
ximū tanꝙ̄ ſeipſum) De quo leuitici xix./ Et
math.xxii. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſuz/
Porro cū is qui in religione eſt debeat dili-
gentē operā dare vt fratres ſuos amet/ et vt
ab eis ametur: Aliqua pro pn̄tis articuli do-
ctrina ſunt notanda/ Primū erit de cauſis
que incitare poſſunt ad hoc ꝙ religioſus fra
tres ſuos diligat/ Secūdo de modo quo il-
los diligere debeat/ Tertio de hiis q̄ valere
poſſunt ad hoc vt frater a confratribus ſuis
diligatur/ Circa primū notandū ꝙ ad amā
dū proximū incitat diuinuz preceptū/ xp̄s eī
prius magiſter noſter in receſſu ſuo a corpo-
rali pn̄tia diſcipulorū ſuorū/ hoc maxie inter
alia precepta cōmēdare curauit/ vt ſe inuicē
diligerent et amarent.dicēs/ Hoc eſt p̄ceptū
meū vt diligatis īuicē/ ſicut dilexi vos.io.xv.
Scđoz eſt vinculū t̄plicis fraternitatis/ Pri
ma eſt naturalis q̄ eſt inter oēs hoīes/ Augꝰ.
in li.de diſciplina xp̄iana/ Si putamꝰ nō eſſe
proximos niſi qui ex eiſdē parentibꝰ naſcunt̄/
adā et euā intendamꝰ et oēs fr̄es ſumꝰ / Idē
xxii.de ci.dei./ Nichil tā diſcordioſuz vicio/ tā
ſociale nature ꝙ̄ genꝰ humanū/ Propt̄ea deꝰ
voluit creare parētē vnū de quo mľtitudo ꝓ
pagaret̄/ vt hac admonitōe etiā in multis cō
cors vnitas ſeruaret/ Scđa ē fratnitas ſpūa
lis/ q̄ ex vno patre deo et ex vna mr̄e eccleſia
geniti xp̄iani effecti ſumꝰ/ De q̄ auguꝰ in li.
de diſciplina xp̄iana/ Oēs qđē fr̄es ſcđm ꝙ
xp̄iani ſumꝰ/ ad id qđ hō eſt vnꝰ pr̄ fuit adam/
vna mr̄ eua/ Ad id qđ xp̄ianꝰ vnꝰ pr̄ deꝰ: vna
mr̄ eccleſia/ Hec fr̄nitas tanto ꝑfecto melior
ē naturali/ q̄to meliorē habet patrē deū / me
liorē habet matrē eccleſiā/ ⁊ meliorē expectat
hereditatē/ Si gͦ amādi ſūt fr̄es q diuidēdo
hereditatē portionē vniuſcuiuſqȝ minorē fa
ciūt/ q̄to magis amādi ſūt fr̄es illi qui porti
onē vniuſcuiuſqȝ augēt.ſcđz illđ ps̄/ Iheruſa
lē que edificat̄ vt ciuitas/ cuiꝰ ꝑticipatio eius
in idipſū.glo.qđ de nulla carnali poteſt dici.
Hic enī hn̄t hoīes diuerſa bona ⁊ deficiētia/
ibi vero bonū qđ fuerit ſingulorū erit oīz/ iō
ait ꝑticipatio eiꝰ ī idip̄m/ Grego. Felix here
ditas quā mľtitudo coheredū nō coanguſtat/
Tertia eſt fr̄nitas eiuſdē religiōis/ de qua in
ps̄. Ecce ꝙ̄ bonū ⁊ ꝙ̄ iocūdū habitare fr̄es in
vnū./ Merito gͦ debent ſe īuicē diligē quos
vinculū tante fr̄nitatis cōiunxit/ Tertiū in
citare debet ad diligenduz ꝓximū multiplex
exēplū/ prio exēplū xp̄i/ Nō eſt deſpiciendus
quē xp̄s ita carū habuit/ ꝙ ꝓ eiꝰ redēptōe mo
ri voluit/ appēdere debemꝰ ꝓximuz hoc p̄cio
ne nobis vileſcat/ apoc.i./ Qui dilexit nos et
lauit nos a pctīs nr̄is ī ſāguīe ſuo/ ad titū.ii.
Qui dedit ſemetip̄z ꝓ nobis/ Scđo exēplū a
geli q adeo amat hoīez vt cuſtodiat eū in oī-
bꝰ viis ſuis // Nō ē deſpiciēdꝰ hō ab hoīe qui
adeo carꝰ ē āgelis/ math.xviii./ videte ne ꝯtē
natis vnum ex hiis puſillis/ dico enim vobis/
quia angeli eorum ſemper vident faciem
patris mei qui in celis eſt/ Tertio exempluz
ſanctorū/ Legitur in vita beati io.euāgeliſte/

ꝙ cū ipſe deueniſſet ad vltimā ſenectutem et
vix inter diſcipulorū manus ad eccleſiā defer
retur nec poſſet plura docere verba adquāli⸗
bet pauſam hec dicebat: Filioli diligite alter
utrum. Tandem diſcipuli et fratres qui ade
rant audientes ꝙ eadem verba ſemper dice⸗
ret: dixerunt magiſter quare hec ſemper loq̄
ris: qui reſpōdit quia preceptū dn̄i eſt: et ſi ſo
lū fiat ſufficit. Quarto exemplū creaturarū
irrationabiliū que amorem habent ad indi⸗
uidua ſue ſpeciei. eccleſiaſti. xiii. Ois caro ad
ſimilem ſibi coniungitur. Quartum qđ
incitare debet eſt. qꝛ proximus eſt membrum
corporis cuius xp̄s caput eſt. pꝛie cori. xii. vos
eſtis corpus xp̄i. Non amat autē caput qui
nō amat eius mēbra. Quintū qꝛ ꝓximus
eſt membrum eiuſdem corporis cuius ipe eſt
membrum. Eſt autem naturaliter amor in⸗
ter membra vnius corporis. Ro. xii. Multi
vnū corpus ſumus ſinguli aūt alter alterius
mēbra. Sextū quia fraterna dilectio ē mul
tū grata deo. eccleſiaſti. xxv. In tribus bn̄pla
citum eſt ſpiritui meo que ſunt probata corā
deo et hoībus. Cōcordia fratrū amor proxi⸗
morum ꝛc. Septimū eſt quia ſine dilectiōe
proximi nō poteſt quis ad ſcholā xp̄i pertine
re. io. xiii. In hoc cognoſcemini qꝛ mei eſtis
diſcipuli ſi dilectionē habueritis ad inuicem
Octauū eſt multiplex emolumētū qđ ex fra
terna dilectione prouenit. Ubi notandū ꝙ
preter emolumenta bone ſocietatis ſuperius
poſita in capitulo nono reperimus in ſacra
ſcriptura plures vtilitates fraterne dilectio⸗
nis. Prima eſt certitudo de reſurrectione
ſpūali. pꝛie io. iii. Nos ſcimꝰ qm̄ ſumus tranſ
lati de morte ſcȝ eterna ad vitā qm̄ diligimꝰ
id eſt per hoc qđ diligimꝰ frēs. qꝛ vt dicit glo.
qui fratrē diligit apertū dat iudiciū ꝙ ad ſor
tem iuſtorū pertineat. Secunda eſt illumi
natio mētis. pꝛie io. ii. Qui diligit fratrē ſu⸗
um in lumine permanet. glo. in lumine ſcien
tie et operationis. Tertia eſt vitatio ſcan⸗
dali. Sicut eī ex diſcordia naſcuntur ſcādala
ita ex dilectōe q̄ oīa pacient ſuffert ſcandala
vitantur. pꝛie io. iii. Qui diligit fratrem ſuū
ſcandalū nō eſt ī eo. vbi glo. aſſignat rōeȝ di⸗
cēs. Qui diligit fratrē ſuū tolerat oīa ꝓpt̄
vnitatē caritatis. etiam ſi fratri adhibet cor⸗
rectionē non iraſcitur: nō ignominiā infert.
Pax enī multa diligentibus legē tuā id eſt
caritatem: et non eſt illis ſcandalū. Quar
ta eſt diuina habitatio: vbi enī eſt dilectio ſa
cta ibi deus eſt. pꝛie io. vi. Si diligamus in⸗
uicem deus manet in nobis. Quinta eſt fi
liatio dei. ſicut per peccatū quis efficitur fili⸗
us dyaboli: ita per dilectionem efficitur filiꝰ
dei. pꝛie io. iiii. qui diligit fratrem ſuū ex deo
natus eſt. Auguſtinꝰ. Dilectio ſola diſcernit
inter filios dei ꝛ filios diaboli. ſignant ſe om
nes ſignaculo crucis. reſpondeant oēs amen.
Cantant omnes allelupa. baptizentur omēs.
Omnes intrent eccleſias. Nō diſcernuntur
filii dei a filiis diaboli niſi caritate. q habent
caritatem nati ſunt ex deo. Qui non habent
caritatem non ſunt ex deo. Sexta eſt eter⸗
na beatitudo. hieronp. O nimiam dei clemē
tiā. O ineffabilē dei benignitatem primū ſe
nobis pollicetur ſi nos mutuo diligamus. et
ſi nobis ea preſtamus inuicem: quibus inui⸗
cem indigemus. Nonū eſt damnū qđ ſequi
tur. Ex diſcordia autem naſcitur maliuolen
tia fraterna. Hoc eīm facit diſcordia in cor⸗
pore miſtico eccleſie ſiue in congregatione re
ligioſorū qđ facit diuiſio continuitatis in hu
mano corpore: ex qua ſequitur dolor magnꝰ
et quandoqȝ mors. Ideo ſaluator noſter ſepe
numero preces fundit ad patrē ꝓ vnitate ec
cleſie ſeruanda. io. xvii. Pater ſctē ſerua eos
in nomīe tuo quos dediſti michi vt ſint vnū
ſicut et nos. Item in eodē. Nō pro eis rogo
tantum ſed pro eis qui credituri ſunt per ver
bū eorum vt omnes vnū ſint. Circa ſecun⸗
dum videlicet modum diligēdi qui notatur
in textu cum dicitur: tanq̄ teipſum. Notan
dum primo ꝙ in dilectiōe dei non poſuit ali⸗
quod exemplar dilectionis ſicut in dilectio⸗
ne proximi. quia deo par ſiue equalis non in
uenitur quod ſit exemplar dilectionis diui⸗
ne. Unde Auguſtinꝰ libro de diſciplina chri⸗
ſtiana. Ecce qđ dicitur in domo diſcipline di
lige deum. dilige proximum. deum tanq̄ de
um: proximum tanq̄ te. Nō enim inuenies
parem deo. vt poſſet tibi dici. Dilige deum
ſicut diliges illum. De proximo inuenta eſt
tibi regula quia inuentꝰ es proximo tuo par
Preterea notandum ꝙ ſimilitudo iſta dile⸗
ctionis accipienda eſt tripliciter. Primo
ex parte finis vt aliquis ſcilicet diligat proxi
mū ꝓpter deū ſicut ſeipſū ꝓpter deū debet dili
gē vt ſic ſit dilectio ꝓximi ſācta. Scđo ex pte

regule dilectionis/ vt ſcʒ aliquis non conde⸗
ſcendat proximo in aliquo malo ſʒ ſolum in
bonis/ ſicut et ſue voluntati ſatiſfacere debet
homo ſolum in bonis/ vt ſic ſit dilectio proxi⸗
mi iuſta. Tertio ex parte rationis dilectio⸗
nis/ vt ſcʒ non diligat aliquis proximū propt
propriam vtilitatem vel delectationem/ ſʒ ea
ratione qđ velit proximo bonū ſicut vult bo⸗
num ſibiipſi/ vt ſic dilectio proximi ſit vera.
Nam cum quis diligit proximū propter ſuā
vtilitatem vel delectationē/ non vere diligit
proximum ſed ſeipſū. Circa tertium notan
dum/ ꝙ ſex maxime valere poſſunt ad hoc ꝙ
frater ametur ab aliis. Primū eſt diſcretio/
vnde ſapientia dicitur eſſe mater pulcre dile
ctionis. eccleſiaſtici xxiiii. Fatuitas neſcit ac
quirere vel cōſeruare amiciciā. eccleſiaſti. xx.
Fatuo non erit amicus. Secundum eſt mo
deſtia in ſermone/ eccleſiaſti. xx. Sapiens in
verbis amabilem ſe facit: gratie autē fatuo⸗
rum effundētur. Tertium eſt ſimilitudo. ec
cleſiaſtici xxvii. Volatilia ad ſibi ſimilia con
ueniūt/ Ambroſius/ Eſt inſitū bonis vt vnuſ
quiſqʒ virtutes ſuas in aliis amet/ E contra
rio diſſimilitudo facit ad odium/ Oderunt enī
hylarem triſtes: triſtemqʒ iocoſi. Quartū
eſt virtus. Tulius. Nichil eſt virtute amabi
lius: nichil qđ magis alliciat ad diligēdum/
quippe propter virtutē et probitatem etiam
eos quos nūꝙ vidimus quodāmō diligamꝰ/
Unde tullius. Tanta eſt vis probitatis/ vt
eam etiam in eis quos nūꝙ̄ vidimus vel qđ
maius eſt ī hoſte diligamus/ Specialiter va
let ad hoc virtus manſuetudinis. eccleſiaſti.
tertio. Fili in manſuetudine opera tua perfi
ce/ ⁊ ſup gloriā hoīʒ diligeris/ Manſuetudo
ad modū adamantis vim habet attractiuā.
eʒe. iii. Ut adamantem et ſilicem dedi faciē
tuam. Item ſpecialiter valet ad hoc virtus
humilitatis/ Sicut enī odibilis eſt deo et ho
minibus ſuperbia/ ſic amabilis eſt deo et hoī
bus humilitas/ Superbia dum ſe exaltat ali
os deprimit: ideo nō eſt mirū ſi ab aliis odia
tur/ Humilitas vero duʒ ſe demittit alios ex
altat et honorat/ ideo merito ab eis amatur/
maxime inter omnia valet ad hoc ꝙ aliquis
ametur ſi ipſe primo amauerit/ Augu. Nul⸗
la eſt maior ad amorem inuitatio ꝙ preueni
re amando/ vel nimis durus eſt animus qui
dilectionē nolebat impendere/ nolit repende
re. Seneca in epiſtolis. Queris quomodo
amicū facturus ſis/ cito ego tibi monſtrabo
amatoriū ſine medicamēto. i. ſine ſortilegio
et coniuratione/ ſine herba. ſine vllius venefi
co carmine: ſi vis amari ama. Quintum ē
fidelitas. eccleſiaſtici vi. Amico fideli nulla ē
comparatio/ Item infra xxxiii. Si eſt tibi ſer⸗
uus fidelis ſit tibi quaſi anima tua/ quaſi fra
trem ſic tracta eum. Sextū eſt obſequiū vel
beneficiū. Sapiens. Hoc tempore obſequiū
amicos: veritas odiū parit/ ignis amoris li⸗
gnis beneficiorū nutriendus eſt: alioquin de
ficit/. beneficia etiā feras ad amorem incitāt
et inimicos efficiunt amicos. ro. xii. Si eſuri
erit inimicus tuus ciba illū/ Si ſitit potū da
illi/. hoc enim faciens carbones ignis conge⸗
res ſuper caput eius/ id eſt cor eiꝰ ad te amā⸗
dum accendes.

Capitulum xix. de tertio quarto quinto ſex
to et ſeptimo inſtrumentis.

Tertium eſt (Non occidere ⁊c) Quo⸗
niam vt ait apo. ad ro. xiii. Dilectio
proximi malum non operatur. Erga
neminē eſt operandū malū/ Et ideo ſanctus
pater poſtꝙ̄ poſuit inſtrumentum dilectiōis
fraterne/ conſequenter ſubdit inſtrumenta q
bus inferri nocumentum proximo probibe⸗
tur/ Nocet autem quis proximo tripliciter/
ſcʒ peruerſitate operis/ falſitate ſermōis/ im⸗
probitate voluntatis/ hec autem prohibenᷓ
per precepta ſequentia/ Primo ponuntur p̄⸗
cepta que hic inſtrumenta dicuntur/ prohibē
tia nocumentum operis qđ eſt triplex/ ſecun⸗
dum ꝙ vnus alteri nocere poteſt/ Primo in
propria perſona/ Secundo in perſona coniū
cta/ Tertio in temporali ſubſtantia/ Nocu⸗
mentum vero perſone prohibetur in tertio ī
ſtrumento cum ait. Non occidere./ De quo
exo. xx. et deuterono. v. dicitur/ Non occides
ſcʒ hominē/ quia vt ait Augu. non eſt hoc ac
cipiendū vt quidā errantes dixerūt de frute⸗
tis/ qꝛ nullꝰ eſt in eis ſenſus/ nec de irrationa
bilibꝰ aīalibꝰ qꝛ nulla nobis ratiōe ſocianᷓ: ſʒ
de hoīe/ Quod aūt iuſte occidere lege diuina
ſit phibitū/ pfacile colligi poteſt ex illis oībuſ
cauſis/ quibꝰ dilectio fraterna in capitulo p̄ce
denti perſuaſa eſt. Eſt autē notandū ꝙ du⸗
plex eſt genus homicidii qđ in hoc loco diui⸗
na lege prohiberi intelligitur/ ſcilʒ corporale

quo vita corporis extinguitur/ Aliud ſpiritu
ale quo anima ſpiritu gratie priuatur/ Spi
rituale vero homicidium cõmittitur quadru
pliciter. Prĩo odii impietate. prĩe io.iii. Qui
odit fratrem ſuũ homicida eſt. Augu. de decẽ
cordis. Illi viuo quem vis mori homicida es
Scdo prauitatis ſuggeſtione. vñ de diabolo
qui hominẽ prauis ſuggeſtiõibus ad pctm̃ i
duxit dixit deus/ Ille homicida erat ab inicio/
Augu. ſuper iohannẽ. Homicida dicitur dia
bolus nõ gladio armatus/ nec ferro accinctꝰ.
venit ad hominẽ. verbũ ſeminauit et occidit
/ Noli ergo putare te non eſſe homicidã quã-
do fratri tuo mala pſuades/ Tertio mali exẽ
pli oſtenſione. ro. ix. Noli cibo tuo illũ perde
re/ loquit̃ apoſtolus de illo qui cũ ſcandalo al
terius comedit/ Quãobrẽ p̃lati vt dicit gre-
gorius in paſtorali tot mortibus digni ſunt/
quot ad ſubditos exempla perditionis tranſ
mittunt/ Math. xviii. ve homĩ per quẽ ſcan-
daluꝫ venit/ Quarto venenate detractionis
mordacitate/ Detractio enĩ eſt homicidiũ vt
dicit anſelmus libro de ſimilitudinibus/ et p
uer. xxx. dr̃. Generatio que pro dentibus gla
dios habet/ vt comedat iopes de terra ꝛ pau-
peres ex hoĩbus. et p̃s. Dentes eoruꝫ gladiꝰ
acutus/ Homicidiũ aũt corporale etiã mul
tipliciter cõmittitur/ videlꝫ manus percuſſio
ne. pſa. i. Manus veſtre plene ſunt ſanguine/
Secũdo lingue deprauate ſuaſione/ Sic iu-
dei xp̃ꝫ interfeciſſe dicuntur Ia. vltĩo/ Inter-
feciſtis iuſtũ et nõ reſtitit vobis/ Tertio ſcrip
tura: precipiẽdo. Sic dauid occidit vriã/ Vñ
ſcdo re. xii. Occidiſti vriã gladio filiorũ amõ/
Quarto conſenſu. ro. i. Digni ſũt morte nõ
ſolũ qui faciunt/ ſed etiã qui conſentiũt faciẽ-
tibꝰ/ Quinto rapina neceſſarioꝝ ſubſtractio
ne. eccleſiaſti. xx. Qui aufert in ſudore panẽ
q̈ſi q occidit ꝓximũ ſuũ/ Et ibidẽ. panis egẽ-
tiũ vita pauperis: qui defraudat illũ hõ ſan-
guĩs eſt/ Sexto in miã in neceſſitate non ſub
ueniendo. Augu. Si occurras in famelicũ q
mori poſſit/ niſi cibũ porrigẽdo ſubuenias ho
micida teneberis/ Item Ambro. Paſce fame
morientẽ quẽ ſi non pauiſti occidiſti. Seq
tur quartũ inſtrumentũ (Non adulterari)
Hic ꝓhibet nocumentũ ꝓximi in perſona cõ
iuncta/ de quo exo. xx. et deutero. v. dr̃/ Non
mechaberis/ in quo p̃cepto non ſolũ adulteri
um: ſed oĩs illicitꝰ concubitꝰ/ et oĩs actus car
nis inordinatus prohibet̃/ In deteſtationem
aũt huius vicii ſufficiat ad pñs qd̃ beatꝰ Au.
in ſermone de mulierũ familiaritate vitan-
da ita dicit/ O q̈ta iniquitas et q̈ lugenda
peruerſitas/ vt aĩam quã xp̃us ſuo ſanguine
redemit: luxurioſus propter vnius momenti
delectationẽ libidinis dyabolo vendat/ vere
plangenda nimis et miſeranda conditio. vbi
cito preterit qd̃ delectat ꝛ permanet ſine fine
qd̃ cruciat/ ſub momento libidinis impetus
tranſiit: ꝛ ꝑmanet ſine termino infelicis aĩe
opprobriũ. Eſt autẽ notandũ q̈ duplex di
ſtiguit̃ adluteriũ/ quorũ vtrũqꝫ hoc precepto
prohibet̃/ carnale videlicꝫ de quo dictũ eſt: et
ſpũale de quo in glo. deutero. v. dicit̃. Forni-
catio eſt idolatria/ et ſcripturarũ expõ praua.
Sequitur quintũ inſtrumentũ (Non fur
tum facere) Hic prohibetur nocumentũ ꝓxi
mi in temporali ſubſtantia/ de quo exo. xx/ et
deuterono. v. mandat dñs/ Non furtũ facies
Ubi per furtũ/ ſecundum qd̃ dicit glo. exo. xx.
quãlibet rei illicitã vſurpatõnẽ intelligit/ qd̃
eſt viciũ rapacitatis/ Et per conſequens hoc
p̃cepto. prohibetur furtũ/ rapina/ vſura/ ſymo-
nia/ et in ſũma oĩs illicita contractio rei alie
ne/ vnde glo. deutero. v. ſuper verbo/ Furtuꝫ
non facies dicit actu/ vel conſenſu/ vel auari-
cia cõmiſſi talenti/ Et Augu. libro queſtionũ
ſuper exo/ furti autẽ noĩe intelligitur oĩs illi
cita vſurpatio rei aliene/ Non enĩ rapinã ꝑ-
miſit qui furtum prohibuit/ ſꝫ vtiqꝫ furti no
mine in lege veteris teſtamenti etiam rapi-
nam intelligi voluit. A parte enim totum ſi
gnificauit/ qd̃ illicite res proximi auffertur.
Prohibetur etiam hoc loco/ furtũ eorum qui
in religione rem ſibi collatam celant/ profe-
cto religioſus qui rem collatam celat dicitur
fur/ quia rem non ſuam ſed cõmunitatis in-
uito domino/ ſcilicet illo ad quem pertinet di
ſpenſatio/ cũ de eius ratihabitione non preſu
mitur tractat occulte/ Unde Auguſtinus in
regula/ Si quis rem ſibi collatam celauerit/
furti iudicio condemnetur/ q̈ deteſtabile au-
tem ſit huiuſmodi furtum/ colligitur ex vitis
patrum/ vbi narratur q̈ quidam monachus
furabatur panes neſciente abbate./ Et cum
ille abbas diceret fratribus q̈ nichil letificat
demones/ ſicut q̈ hõ celet cogitationes/ tunc
ipſe cogitauit q̈ deꝰ reuelauerat ſibi de illo/.
poſtulauitqꝫ veniã ꝯfitẽdo qd̃ fecerat/ at ille

confeſſio tua liberauit te/et demonē cor obtenebrātem interfeciſti/ Et ecce quaſi lampas ignis egreſſus eſt de ſinu ſuo qui īpleuit domū fetido odore. Ubi nota ꝙ furtū duplex prohibetur hoc precepto/ſcꝫ tēporale ſiue corporale de quo dictū ē/ Et furtū ſpūale quod fit cū quis ſe aut aliū deo dedicatū ab eiꝰ ſeruicio ſubſtrabit:et dyaboli ſiue ſeculi religat obſequiis/ Unī de dyabolo cuius hec permaxima cura eſt dicitur. Jo.x. Fur non venit niſi vt furetur et perdat et mactet. ¶ Sequitꝰ ſextū inſtrumentuꝫ (Non concupiſcere) De iſto ſcribitur deutero.v. Non cōcupiſces vxorē proximi tui:non domū:non agrū:non ſeruum:non ancillā:non bouē:non aſinū ⁊ vniuerſa que illius ſunt/ In quo precepto nō modo ꝓhibetur appetitus auaricie qui eſt īmoderatus appetitus habendi:ſed etiā oīs inordinate voluntatis appetitus/ſiue concupiſcētia carnis/ſiue ambicio ſeculi/ſiue terrenaruꝫ rerū inordinatus affectus. Ubi notanduꝫ ꝙ non prohibetur hic appetitus concupiſcentie qui cōſiſtit infra limites ſenſualitatis/qui dicitur primus motus/ſurgens in nobis etiam nolentibꝰ ex corruptione nature lapſe:ſꝫ prohibetꝰ conſenſus voluntatis qui eſt in opꝰ/vel in delectationē.vt dicit ſctūs Thomas ī ſcda ſcde/et glo.ad ro.vi. Concupiſcētia que eſt in primo motu non prohibetur/ quia non eſt in poteſtate noſtra quin ſurgat:ſꝫ dei gratia compeſcere poſſumus ne vſqꝫ ad delectationē et conſenſū perueniat/prohibetur ergo vt mente non delecteris vel conſentias concupiſcētie carnis/que ex languore nature veniens rebellat aduerſuꝫ te/languor autē iſte tirannus eſt qui mouet illicita deſideria.

¶ Sequitur ſeptimū inſtrumentū (Non falſum teſtimoniū dicere) De quo exo.xx.⁊ deuterono.v. Non loquaris contra proximū tuum falſū teſtimoniū/ Ubi ſecūdū Auguſtinū ſicut noīe furti intēdicitꝰ oīs illicita vſurpatio rei aliene/et noīe mechie omīs illicitus concubitus atqꝫ illorū membrorū non legittimꝰ vſus/ ita noīe falſi teſtimonii intelligitur ꝓhiberi omne mendaciū generaliter/ De quo ſapientie prīo dicitur. Os qđ mentitur occidit aīam. Et in pſ. Perdēs oēs qui loquuntur mēdaciū/quod intelligitur indiſtincte de mendacio malignitatis ſiue ꝑnicioſo. ¶ Circa hoc duo ſunt notanda/ Prīo vt ait ſanctus Thomas in ſcda ſcde/.falſū teſtimoniū ex tribus habet deformitatem/ Uno modo ex periurio/quia teſtes non admittuntur niſi iurati et ex hoc ſemper eſt peccatū mortale/ Alio modo ex violatione iuſtitie/et hoc modo etiā eſt peccatū mortale in ſuo genere et quelibet iniuſtitia/ Tertio ex ipſa falſitate ſecundū ꝙ oīne mendaciū eſt peccatū ¶ Secundo notādum ꝙ loqui falſū teſtimoniū contra proximū poteſt eſſe dupliciter/vel in iudicio vel in cōmuni locutione/ In iudicio tribus modis ſecundū ꝙ tres perſone in iudicio poſſunt delīquere contra hoc preceptū/ Primo ſcꝫ perſona accuſātis falſo/vn̄ in leuitico xix.ca. dicitꝰ Non eris criminator et ſuſurro in populis. Scdo perſona teſtificātis mētiendo/ de quo ꝓuer xix dicitꝰ. Teſtis falſus nō erit impunitus/ Et qui loquitur mendaciū peribit/ Tertio perſona iudicis male ſententiando/ Un̄ leuitici ix. Non facies qđ iniquū eſt/nec iniuſte iudices/nec aſpicias pſonā pauperis/ nec honores vultū potentis/ In cōmuni autē locutione peccant contra hoc preceptū quinqꝫ genera hoīm/videlꝫ detractores:et qui libēter audiunt detractiones/ſuſurratores/adulatores/et murmuratores/de quibus ad ro. prio. Suſorrones detractores deo odibiles/ et recte odibiles eos apoſtolus dicit/ qr auferre nituntꝰ qđ hoī carius eſt ſcꝫ nomen bonuꝫ/ Dicitur enī prouer.xxii. Melius eſt nomen bonū ꝙ̄ diuicie multe:

¶ Capitulum xx.de octauo et nono inſtrumentis in quo de honore quē fratres debent ſibi inuicem adhibere.

Sequitur octauum inſtrumentum: (Honorare omnes homines) quod ſumptum eſt de beato Petro apoſtolo qui ait/ Oīnes honorate/ prime petri ſcdo/ Recte poſt mandatum de dilectiōe proximi ponit ſanctus pater de honore mutuo ſibi exhibendo/qui ſequela ad illud eſt. Gregorius Dilectio noſtra ſemper exhibenda eſt/et veneratione ſermonis et beneficio largitatis/ ¶ Circa qđ inſtrumentum quattuor notanda veniūt/ Prīo ei qs honor iſte ſit oñdetꝰ Scdo exhibitio mutui honoris cōmēdabitꝰ Terº ꝙ frīs inhonoratio multū ſit cauēda/ Quarto

ꝙ in exhibitiōe honoris diſcretio habenda ſit
¶ Circa primū ſciendū ꝙ nomen honoris qn̄
qꝫ ſumitur ꝓ dignitate/ vt ad hebreos .v. vbi
dicitur/ Nemo quiſq̄ ſumat ſibi honorē/ ſed
qui vocatur a deo tanq̄ aaron/ Aliquādo ve
ro honor ſumitur pro timore reuerentie/ que
eſt affectio animi quo aliquis altitudinē al⸗
terius veretur/ et dicitur eſſe fuga ſiue reſili⸗
tio ab altitudine alicuius rei in propriā par⸗
uitatē/ ⁊ huic motui interiori reſpondet exte
rius elongatio vel fuga/ qua humiles perſo⸗
ne elongant ſe ab hiis qui ſunt in dignitate
poſiti/ non audentes eis appropinquare/ Ali
quando vero honor dicitur quod alicui per⸗
ſone propter aliq̄ ꝑlationē exterius exhibet/
quod aliquando fit gratia ſuperioritatis ad
oſtenſionē ſubiectionis/ et ad oſtendendū vo
luntatē paratā eſſe ad obediēdum/ vt cū ali⸗
qs aſſurgit venienti vł aſſiſtit ſedenti vel in⸗
clinat tranſeunti/ vel cū ſequitur incedētem
vel corā eo genua flectit/ Ad exhibendū hunc
honorē monemur ro. xiii/ Cui honorē hono
rem/ et prie petri ſcđo Regem honorificate/
Aliquando exhibetur honor alicui ꝓpter pri
oritatē temporis/ ſecūdū illud leuiti. xix/ Co
ram cano capite cōſurge/ et honora perſonā
ſenis/ Aliquādo vero aliquis honorē exhibet
alicui/ quia ab eo ſumpſit originē/ ſecundū il
lud exo. xx. Honora patrē tuū et matrē tuā/
Aliquando vero propť excellentiā in aliqua
gratia/ et ſic exhibendus eſt omnibus/ Debe
mus eni credere ꝙ oēs nos excedunt in aliq̄
grā/ prie petri ſcđo. Oēs honorate/ Et ſuper
illud philippeñ. ii. In humilitate ſuperiores
ſibiinuicē arbitrantes/ dicit glo. Auguſtini.
Non ita debemus arbitrari/ vt nos eſtimare
fingamus ſed vere eſtimemus poſſe aliquid
occultū in alio eſſe quo nobis ſuperior ſit/ eti
am ſi bonū noſtrū quo illo videmus nos ſu⸗
periores eſſe non ſit occultū. ¶ Secundo no
tandū ꝙ multa ſunt que huiuſmodi exhibiti
onē honoris mutui/ inter fratres cōmendabi
lē reddunt/ et incitant adimplenduꝫ/ Primo
ſcriptura ſacra/ que multū ad hoc hortatur.
ro. xii. Honore inuicē preuenientes/ glo. alit
nō ē fraternꝰ amor niſi mutuis ſe preueniāt
obſequiis/ et ephe. v. dicit apoſto/ ſubiecti in⸗
uicem in timore xp̄i/ Secundo reddunt eum
cōmendabilē exēpla/ inter q̄ precipuū eſt exē
plū dn̄i qui hoīem tm̄ voluit honorare/ Ho⸗
norauit eni eū creando/ quia ad imaginē ⁊ ſi
militudinē ſuā fecit illū/ Gen̄. i. Honorauit
etiā eū ei prouidendo/ qꝛ viſibilia mundi pro
pter eū fecit. ſecundū illud pſ./ Gloria et ho⸗
nore coronaſti eū dn̄e/ et conſtituiſti eū ſuper
opera manuū tuaꝝ/ omīa ſubieciſti ſub pedi
bus eius/ Item honorauit eū in conſeruatio
ne/ angeloꝝ ei cuſtodiā deputando. ſecundū
illud pſ. Angelis ſuis deus mandauit de te
vt cuſtodiant te in omībus viis tuis/ Hono
rauit etiā in incarnatione naturaꝫ humanā
cū diuina in vna perſona ſociando/ De quo
dicit apo. ad hebre. ii. Nuſq̄ angelos appre⸗
hendit ſed ſemē abrahe ſcilꝫ carnē humanā
de ſemine illius aſſumēdo/ Honorauit etiā
in paſſione/ hoīs gloriā crucis ignominia ac
quirendo. Vn̄ dicit Augu. de xp̄o. ꝙ redemit
nos venditus/ viuificauit occiſus/ honorauit
iniuriatus/ Honorauit etiā deus homīeꝫ in
retributione/ regnum celorum ei in premiuꝫ
honoꝝ operuꝫ diſponendo/ ſecundum illud
Math. xxv/ Venite benedicti patris mei per
cipite regnū ⁊c/ Non eſt ergo deſpiciendꝰ ab
hoīe qui tm̄ honoratur a creatore. ¶ Tertio
notandū ꝙ multū cauendū eſt in congrega⸗
tione a dehonoratione fratris/ Primo/ quia
nichil eſt ꝙ homines magis ſoleant diligere
q̄ honorē ſuū/ Et ideo valde offenduntur in
tali iniuria/ Vn̄ et dn̄s ſaluator noſter patiē
tiſſimꝰ ad oēs alias iniurias iudeoꝝ/ de hac
cōquerit̄ cum dicit Jo. viii. Et vos inhonora
ſtis me/ Iniuria vero q̄to plus offendit tan⸗
to eſt grauior/ Secundo/ qꝛ huiuſmodi īiuria
eſt difficilis emendatōis/ ſiue reparationis/
Nā ſi quis in rebꝰ īiuriat̄ auferendo/ poteſt
emendare/ honorē vero non ſic/ Et ideo pro⸗
uerbi. xxv. dr̄ Que viderunt oculi tui ne pro
feras in iurgio cito/ ne poſtea emendare non
poſſis cum dehoneſtaueris amicum/ Ter⸗
tio quia in huiuſmodi dehonoratione fra⸗
tris dehonoratur deus/ qui ſumme honoran
dus eſt/ ad cuius imaginem factus eſt homo
et cuius inhabitator eſt/ Mathei xxv/ qđ vni
ex minimis meis feciſtis michi feciſtis/ quod
intelligitur tam in bono q̄ in malo/ Qui⸗
cunqꝫ ergo inhonorat vnum de fratribus ſu
is etiam de minimis/ deum inhonorat/ Ecō
tra honore exhibito homini honoratur deus/
quia honor qui exhibetur imagini/ potius ex
hibetur illi cuius eſt imago.

¶ Quarto notandum eſt ꝙ habenda eſt di
ſcretio magna in honoris exhibitione/et hoc
quadrupliciter./¶ Primo vt non habeatur re
ſpectus ad bona contemptibilia ſcꝫ bona for
tune:ſed ad bona nature vel gratie/honora⸗
re aliquē ꝓpt bona fortune/et deſpicere bo
na honorabilia .ſ.bona nature ⁊ grē magne
ſtultitie eſt/Seneca. Queādmodū ſtultus ē
qui equū empturus eſt non equū ſed ſtratā ⁊
frenos conſpicit; ſic ſtultiſſimus eſt qui ex ve
ſte aut ex conditione que modo veſtis nobis
circundatur hominē exiſtimat/ Secundū ei
gregoriū in moralibus perſonā homis acci⸗
pere eſt homieꝫ non qꝛ homo:ſed propter ali
quid quod circa ipſū eſt honorare. ¶ Secun⸗
do/quia licet oēs homies ſint honorandi tan
quā ad imaginē dei facti/amplius tamē ho⸗
norandi ſunt boni tanꝙ filii dei/et tanꝙ qui
a ſpiritu ſancto inhabitantur.prie corin.iii.
Templū dei ſanctū eſt qđ eſtis vos/qđ ſpeci⸗
aliter cōpetit viris religioſis/ quia et ipſi ſūt
deo dedicati vt templū/et habitatio ſpiritua
lis per gratiā/Unde templū eſt ſpecialis do⸗
mus dei/et excellentis nobilitatis edificium/
quare optime dicit Augu.in regula/ honora
te deū in vobis inuicē/cui⁹ templa facti eſtis
¶ Tertio honorandi ſunt pre ceteris prelati/
qui loco dei ſunt/iuxta illud eccleſiaſtici x/In
medio fratrū rector illorū in honore/ Cuius
autē eſt honor ille niſi ei⁹ cuius eſt miniſter/
Unde maximus in ſermone quodā/ Digni⸗
tas que defertur miniſtris illi cuius ſunt mi
niſtri exhibetur. ¶ Quarto honorādi ſunt pre
ceteris ſacerdotes maxime pabulū celeſte mi
niſtrantes/eccleſiaſtici vii/honorifica ſacerdo
tes/et prie thimo.v/ Qui bene preſunt dupli
ci honore habeantur digni/maxime qui labo
rant in ſcientia et doctrina. Sequitur.

¶ Nonū inſtrumentum (qđ ſibi quis fieri non
vult alii non faciat) Hoc preceptuꝫ eſt iuris
naturalis ī corde hoīs ſcriptū/in quo vniuer
ſaliter prohibet̄ oē nocumētū proximi ¶ Sūt
aūt duo precepta iuris naturalis in corde ho
minis ſcripta/quib⁹ plene continetur regula
dilectionis primi/quorū primū habet̄. Tho.
iiii/ Quod ab alio tibi oderis fieri vide ne a⸗
liquādo alteri facias/ſcđm habetur Math.
vii/ Quecūqꝫ vultis vt faciāt vobis homies/
et vos eadē facite illis/qđ intelligendū eſt de
velle rationabili ⁊ ordinato tm̄/De iſtis duo
bus beatus Augu. libro de vera religiōe ita
loquitur/ Ea eſt regula dilectionis/vt quecū
qꝫ vult homo ſibi bona prouenire et proxio
velit/et que accidere ſibi mala non vult et p⸗
ximo nolit. Hanc voluntatē erga oēs ſeruet
¶ Hic aūt notanduꝫ ꝙ adimplere hoc vide
licet facere aliis que vult homo ſibi fieri ī ca
ſu neceſſitatis eſt precepti/ in aliis vero eſt ſu
pererogationis/

¶ Capitulū xxi.de x.xi.xii.xiii.inſtrumentis
vbi de multiplici abrenunciatione et caſtiga
tione carnis.

Sequitur decimū inſtrumentū (Abne⸗
gare ſemetipſum ſibi ⁊ ſequatur xpm)
qđ ſumptū eſt ex xpi doctrina.lu.ix.di⸗
centis/ Si quis vult poſt me venire abneget
ſemetipſum et ſequatur me/Abnegatio autē
ſuiipſius vt dicit baſilius eſt totalis preteri⸗
torū obliuio/et receſſus a propriis voluptati
bus/Et gregorius ſuper ezechielem.ſemetip
ſum abnegat qui mutatus ad meliora/inci⸗
pit eſſe qđ non erat/et deſiit eſſe qđ erat ¶ Et
origenes/abnegat aliquis ſeipſum/dū vitam
prius in malicia conſuetā alteratione debita
cōmutat/ puta qui dudū in laſciuia vixerat/
abnegat ſeipſū laſciuū cū ſit caſtus/et ſimilit̄
abſtinentia cuiuſlibet criminis ſuiipſius ab⸗
negatio eſt/ Quante aūt neceſſitatis ſit hoc
documentū/glo.exponit lu.ix.dicēs. Niſi qs
a ſemetipſo deficiat/ad euꝫ qui ſupra ſe eſt nō
appropinquat/et nouitatē ad quā vocamur
non apprehendet:niſi mactet vetuſtatē in q̄
natus fuit. ¶ Notandū circa hanc partē ꝙ
ad pfecte xpꝫ ſequendū tria monacho xpi di⸗
ſcipulo abnegare cōuenit/videlꝫ ſua/ſecūduꝫ
qđ habet̄.lu.xiiii. Qui non renūciauerit oī⸗
bus que poſſidet/non poteſt meus eſſe diſci⸗
pulus/ſecūdo mundū/tertio ſeipſū:ſicut dicit̄
in hoc loco/ Iuxta hāc doctrinā diſtingunt̄ ī
collationib⁹ patrū colla.iii.c.vi/tres renūcia
tiōes quas vnūꝙqꝫ noſtrū oī ſtudio oportet
īplere/ Pria ē qua corpaliter vniuerſas diui
cias mūdi facultateſqꝫ cōtēnim/ Scđa qua
mores ac vicia affectuſqꝫ priſtinos animi car
niſqꝫ reſpuimus/ Tertia qua mentē nr̄aꝫ de
pn̄tib⁹ vniuerſis ac viſibilib⁹ euocantes/futu
ra tm̄modo cotēplamur/et ea q̄ ſūt iuiſibilia
cōcupiſcimus/ Que tria vt ſimul perficiātur

Ita abrahe legimus dn̄m precepiſſe cuꝫ dixit ad eū/ Exi de terra tua/et de cognatione tua/ et domo patris tui/ Primū dixit ei exi de terra tua/id eſt de facultatibus mūdi huiꝰ: operibuſqꝫ terrenis/ Secundo/de cognatiōe tua/ id eſt de conuerſatione ꝛ moribus/viciiſqꝫ prioribus/que nobis a noſtra natiuitate coherētia velut affinitate quadam et conſanguinitate cognata ſūt/ Tertio/de domo patris tui/id eſt de omī memoria mundi huius ꝛ de hiis que oculorū occurrunt obtutibus.

¶ Sequitur vndecimū inſtrumentū( Corpus caſtigare) Quoniā vt atteſtatur glo. luce xiiii. Tunc vere noſmetipſos abnegamus/cū carnalibus deſideriis non acquieſcimus ſed potius reluctamus/ Conuenienter ſanctus patꝛ poſt inſtrumentū abnegationis ſuiipſius/de caſtigatione corporis inſtrumentū ſubiungit/ qđ ſumptū eſt ex verbo dn̄i. luce ix. dicentis. Qui vult poſt me venire abneget ſemetipſū/ Et ſequitur. tollat crucem ſuam/ſcꝫ penitentie. Unde Auguꝰ. Crucifixio interioris hoīs/ penitentie dolores intelliguntur/et continuus quidā ſalubris cruciatus. Et Gregorius. Crux a cruciatu dicitur/ Et duobꝰ modis crucem dn̄i baiulamus. Aut cū per abſtinentiaꝫ carnem affligimus/ aut cū per cōpaſſionem proximi neceſſitatem noſtraꝫ putamus/

¶ Eſt autem notandū ꝙ multiplici de cauſa debet diſcipulus huius ſancte ſchole corpus ſuuꝫ et carnē ſuam caſtigare/vigiliis ieiuniis/aliiſqꝫ ſanctis laboribus/ Primo/quia hoc eſt ſeruorum ꝛ militū xp̄i/ad gala. v. Qui xp̄i ſūt carnē ſuam crucifixerunt cum viciis et concupiſcenciis ſuis/ Unde ſtrenuiſſimus xp̄i miles paulus de ſeipſo loquens ait prime corin. xi. Caſtigo corpus meum ꝛ in ſeruitutē redigo/ id eſt reprimo illicitos motus corporis/et in ſeruitutem rationis redigo/ Secundo/ne caro contra ſpiritū ſuperbiat aut inſoleſcat/ ita vt corpus ſpiritui ſit adiuuamentum nō vie impedimentum. Auguſti./ Caro noſtra eſt q̄ nos demergit in foueam/ Caro data eſt nobis quaſi anime bellū/que ſi mortificetur adducit ad vitaꝫ/ſi nutriatur parat ſe ad bellū/ laudabo illum qui carnis poteſt habere poteſtatem/ Caro beſtia crudelis/quid habes qđ grauas animam que/nichil deſideraſſet niſi deo ſeruire ſi tibi iuncta non fuiſſet/ tu autē caro miſera non ſolū teipſam occidis ſꝫ aīaꝫ.

Idem Aug./ Non prebeamus ergo vires illicitas corpori noſtro/ne cōuertat bellū aduerſus ſpiritum noſtrum/ſed ſemper ſit ſubiecta caro vt obtēperet iuſſis ſuis/ Item Bernar. Durius tractandum eſt corpus ne rebellet ne inſoleſcat/ſic tamen vt ſeruire ſufficiat/ qꝛ ad ſeruiendū ſpūi datum eſt/ Nec ſic habendum eſt tanꝙ̄ propter illud viuamꝰ/ ſꝫ tanꝙ̄ ſine quo viuere non poſſumus/ Tertio ꝑpt̄ amoreꝫ habende mundicie et puritatis/que minime ſperatur poſſideri:ſi caro concupiſcēciis ſuis nō refrenatur/ Ut enī beatus Aug. loquitur. Caro p̄ceps eſt ad libidinē/impro⸗ba ad petulentiā/ frequens ad luxuriā/inuerecunda ad fornicationē/crimē quotidie criminī ſuperponit/peccata peccatis non ceſſat/ peſſimis deteriora coniungere/ voluntaria/ crudelis. vana. et inſipiens. ſemper ad malū prona/velox ad mortem:ad vitam difficilis. Et quid plura/ Sicut tinea lanā deuorat/et ſicut ignis ligna fenum et ſtipulam cōſumit/ ita caro rebellis et delicata aīam conſumit ꝛ concremat/ Quarto.quia in caſtigatione et humiliatione carnis ſpiritus vigoratur ꝛ delectatur/vt enī beatus atteſtatur Gregoriꝰ ī moralibꝰ/ Spiritus deficit vbi caro requieſcit/vt enī caro mollibus ſic aīa duris nutrit̄/ illam blanda refouent: hanc aſpa arcēt/ illa delectationibus paſcitur:hec amaritudinibꝰ vegetatur/ Et ſicut carnem dura ſauciāt:ſic mollia ſpiritum necant/ſicut illam laborioſa interimunt:ſic iſtam delectabilia extingunt. Quinto.quia caſtigato corpore ſpiritus liberius ad ſuperiora appetenda cōſcendit/ Gregoriꝰ in moralibus/ Quo plus caro premit̄: eo de celeſti ſpe animus ſecurius letatur/ Nā to enī mens melius ad ſuperna appetēda cōpōitur/ꝙ̄to corpus ab illicitis arcius edomatur/

¶ Secundo notandū ꝙ ſactus pater prudentiſſime admonet corpus caſtigandū/non occidendū/ Caſtigatio enī corporis ita debet eſſe diſcreta vt vicia comprimantur/ et facultas bene operandi non deficiat/ Unde apo. ro. xii. Obſecro itaqꝫ fratres per miaꝫ dei/vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē ſanctam.deo placentē: rationabile ſit obſequiū veſtrum/ Hoſtia viuens debet eſſe corpus vt mortificētur vicia ꝛ ſeruetur natura/ Collo. ſcđo. Mortificate mēbra veſtra que ſunt ſuper terrā/hoſtia facta ē ſi macula culpe deſit

placens deo eſt ſi recta intentio adſit/ vt pure
propter deum fiat/ obſequiū rationabile eſt
quando ita diſcrete fit vt corpus caſtigetur ⁊
natura diſſolui non cogatur/ Atendū eſt er/
go ſale diſcretionis in caſtigatione carnis/ vt
ſacrificiū noſtrum deo ſit acceptū/ ſecundum
illud leuitici xi/ Quicquid obtuleris ſacrifi/
cii ſale condies/ In libro de vita ſolitaria/ Si
vigilie ieiunia et alia huiuſmodi ex indiſcre/
tionis vicio ſic agantur/ vt vel deficiente ſpi/
ritu vel languente corpore ſpiritualia impe/
diantur/ qui ſic corpori ſuo tulit boni operis
effectum/ ſpiritui affectū. proximo exemplū/
honorem deo: ſacrilegus eſt et hoꝝ omīm in
deum reus. ¶ Sequitur duodecimū inſtru/
mentum huius artis ſpiritualis (Delicias
non amplecti) id eſt non amare. Sunt autē
plures rationes quare huius ſchole diſcipu/
lꝰ delicias carnales nō debeat cupire et ama
re. Primo exemplo xpī qui vitam aſperam
duxit: et laborioſam non deliciis affluētem.
Ut eni ait deuotus Bernardus/ Non decet
ſub ſpinato capite membrum viuere delicate
Secundo quia delicie carnales et ſpiritu
ales non ſe compatiuntur: vt atteſtatur bea
tus Bernardꝰ. Quomodo ignis et aqua ſi/
mul eſſe non poſſunt: ſic ſpirituales et carna
les delicie in eodem ſe non compatiuntur.
Tertio quia delicie carnales ſordes gene
rant aīoruz/ inficiūt quidē ſpiritū per turpes
cogitationes et delectatōes īmundas. Ber.
Mens aſſueta deliciis nec culta diſcipline:
ſarculo multas contrahit ſordes. Quarto
quia ſūt cauſa laſciuie et diſſolutionis. hiere.
xxxi. Uſquequo deliciis diſſolueris filia va/
ga: Quinto quia ſunt cauſa cōtumacie et
rebellionis carnis contra ſpm̄/ prouer. xxix.
Qui delicate a puericia nutrit ſeruum ſuuz/
poſtea ſentiet eum cōtumacē. Sexto quia
ſunt cauſe mortis ſpiritualis. pⁱe thimo. v.
Uidua viuēs in deliciis mortua eſt. Septi
mo quia ſunt cauſa eterne dānationis. Exē
plū de diuite epulone qui epulabatur quoti/
die ſplendide/ et ſepultus eſt ī inferno. lu. xvi.
Quare dicit beatus Ambroſius ſuper lucā.
Tenera corporis cura fluxuſqꝫ deliciarum ⁊
laſciuiarum cupiditate mellitos/ nequaꝙ ce/
leſtis aula ſuſcipit: ad quā duris laborioſiſqꝫ
gradibus virtutū aſcenditur. Et beatus ba/
ſiliꝰ i examerom. Qui ex deſiderio ad gaudia
eterna ſuſpirat: preſentis vite oblectamenta
non amat. ¶ Notandum autem ꝙ vt in vi
tis patrum dicit abbas io. Delicie corpora
les non ſolum ille delicie putande ſunt quibꝰ
homīes ſeculi iterum perfruuntur/ ſed abſti/
nenti delicie credende ſunt quicquid cū cupi
ditate ſuſpendit/ et ſi vile ſit id qđ non corpo/
ris neceſſitas ſed vt animi deſiderio ſatiſfiat
ſumitur: abſtinenti deliciarum vicio ducit.
¶ Sequitur tertiūdecimū inſtrumentum
(Ieiunium amare) Optime ſanctus pater
amorem ieiunii collocat poſt inſtrumentum
caſtigationis corporis/ quia vt ait beatꝰ Am/
broſius in libro de helia et ieiunio/ Ieiuniuz
eſt magiſterium continentie/ diſciplina pudi
cicie/ humilitas mentis et caſtigatio carnis/
Unde iudich. iiii. dicitur/ Humiliauerūt ani
mas ſuas ieiunio. Et heſter. v. Humiliauit
corpꝰ ſuū ieiuniis/ De ieiunii dignitate et ꝙ
merito amandum ſit/ Petrus Rauēn in ſer
mone de quinquageſima ita loquitur/ Ieiu
niū eſt viciorū mors/ vita virtutum/ pax cor/
poris/ membrorū decus/ ornamentū vite. ro/
bur mentiū. vigor aīaꝝ/ Ieiunium eſt caſtita
tis murus/ pudicicie propugnaculū. ciuitas
ſanctitatis. ſchola meritoꝝ. magiſterii magi
ſteriū. diſciplina diſciplinaꝝ. Uerūqꝫ parū p
deſt a cibis abſtinere: ſi nō ieiunetur a viciis/
Perfectū ieiuniū qđ diſcipꝰo amandū iniun
git eſt. qđ abſqꝫ cuiuſpiā vicii cōtagione ope
ribus virtuoſis eſt copulatū/ de quo dn̄s per
prophetam ait/ Sāctificate ieiuniū ioel prīo
qđ beatus gregorius exponens in omelia di
cit/ Ieiunium ſāctificare eſt adiunctis bonis
operibus dignā deo abſtinentiā carnis oſtē/
dere: ceſſet ira. ſopiantur iurgia/ Incaſſū eni
caro atteritur ſi a prauis ſuis voluptatibus
animus non refrenatur/ Et hiero. Abſtinen/
tia ieiunii adiuuamentū eſt non perfectio ſā
ctitatis/ Quid pdeſt attenuari abſtinētia ſi/
animus intumeſcit ſuperbia? Que laus de
pallore ieiunii ſi ꝺ īuidia liuidi ſumꝰ? Quid
virtutis habet vinū non bibere: et ira et odio
inebriari? Tunc preclara eſt abſtinentia et
magnifica caſtigatio carnis/ cū animus ieiu
nus eſt a viciis ideo carnem affligat quo ani
me frangat ſuperbiam: hec ille. Eſt circa
hoc inſtrumentuz notandū ꝙ ſanctus pater
non dicit ſimpliciter ieiunet: ſed ꝙ amet ieiu
nium/ tum propter eos qui inuiti quandoqꝫ

ieiunant aliqua neceſſitate compulſi/ qui nō videntur dicendi amare ieiuniū. ¶ Secundo propter eos qui aliquando aduentantib⁹ fratribus fraterna caritate deuicti. quotidiana pretereunt ieiunia/ ſicut apud patres egypti refert caſſianus fuiſſe conſuetudinem/ qui tamen licet videantur preterire ieiunia/ nichilominus quia hoc pro implenda caritate tantum faciunt/ ieiunium amare dicendi ſunt. Unde proſper de vita contemplatiua/ Si propter quoſlibet aduenientes intermiſſo ieiunio me ſimul reficio/ non ſoluo ieiuniū. ſed impleo caritatis officium/ Ipſa nāq3 ieiuniorum continuatio: niſi fuerit quando res exigit pretermiſſa/ et me inflat et fratrē cui iubeor ſeruire contriſtat/ et cū ſit ſine adiunctione caritatis neceſſe eſt vt pereat. ¶ Preterea notandū ꝙ ieiuniū debet eſſe diſcretione moderatū/ compenſata q̄titate viriū ſicut ſupra parum diximus de caſtigatiōe corporis/ Un hieronȳ. in epiſtola ad nepotianū/ tantū tibi ieiuniorū impone q̄tū ferre potes/ ſint ieiunia pura. caſta. ſimplicia. moderata. et non ſuperſticioſa. Math. vi. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut ypocrite triſtes/ Taliū eni ieiunia ſunt corā homibus imoderata/ et ſuperſticioſa/ et non ſimplicia.

¶ Capl'm xxii. de xiiii. xv. xvi. xvii. xviii. et xix inſtrumentis. vbi de operib⁹ miſericordie.

Quoniā virtus et efficacia ieiunii multum pendet ex aſſociatione operū miſericordie/ Illud enim ieiuniū (vt dicit Gregori⁹ in omelia) dn̄s approbat qđ ad ei⁹ oculos manus elemoſinarū leuat/ qđ cū proximi dilectione agit/ qđ ex pietate condit/ rationabilit̄ poſt amorē ieiunii ſctūs pater ſubdit iſtrumēta operū pietatis. ¶ Decimūqr̄tū iſtrumētū eſt (Recreare pauperes) De quo pſa. lviii. Frange eſurienti panē tuū. ¶ Decimūquintum eſt (veſtire nudū) de quo thobie iiii. De veſtimētis tuis nudos tege/ Et pſa. lviii. Cum videris nudū operi eum ¶ Decimūſextum eſt (Infirmos viſitare) De quo eccleſiaſtici vi. Non te pigeat viſitare infirmum. ¶ Decimūſeptimum eſt (Mortuos ſepelire) eccleſiaſtici vii. Mortuo non prohibeas gratiā. glo. ad elemoſinam pertinet ſepultura mortuorū. ¶ Decimūoctauum eſt (In tribulatione ſubuenire oppreſſo) ¶ Decimūnonum eſt (Dolentem conſolari) De quo dicitur in commendationem ſancti viri thobie. Pergebat per omēs cognationē ſuā et conſolabatur eos. thobie pri°. ¶ Circa iſta inſtrumēta operū mīe plura veniūt notāda/ videlz quot ſunt opera mīe/ ſecundo quomō diſtinguntur/ tertio quomodo hic ſufficient traduntur a beato Benedicto/ quarto de vtilitate mīe/ quinto qualit̄ ad ſupradicta opera mīe religioſi teneantur. ¶ Circa primū ſciendū ꝙ quatuordecim aſſignantur opa mīe/ ſeptem corporalia/ et ſeptē ſpiritualia. ¶ Corporalia ſunt iſta/ paſcere eſurientem/ potare ſitientem/ veſtire nudū/ recolligere hoſpitem/ viſitare infirmū/ redimere captiuū ꝛ ſepelire mortuū: que in hoc verſu continentur/ Viſito poto cibo redimo tego colligo cōdo/ Septem vero ſpiritualia ſunt iſta ſcz docere ignorantem/ conſulere dubitantem/ conſolari triſtem/ corrigere peccantem/ remittere offendēti/ portare oneroſos et graues/ ꝛ pro omnib⁹ orare: que etiam in hoc verſu continentur. Conſule caſtiga ſolare remitte fer ora/ ita tū ꝙ ſub eodem intelligatur conſiliū et doctrina. ¶ Circa ſecundū notandū ꝙ vt inquit ſanctus Thomas in ſcd'a ſcd'e/ Predicta operū mīe diſtinctio conuenienter ſumitur ſecundū diuerſos defectus proximorū/ quorū quidam ſunt ex parte anime ad quos ordinantur ſpirituales elemoſine/ quidā vero ex parte corporis ad quos ordinantur elemoſine corporales/ Defectus ei corporalis aut eſt in vita aut eſt poſt vitā/ Si quidē eſt in vita: aut eſt cōmunis defectus reſpectu eorū quibus oēs indigent/ aut eſt ſpecialis propter aliquod accidens ſuperueniēs/ Si primo modo aut defectus eſt exterior aut interior/ Interior quidem eſt duplex vnus quidā cui ſubuenitur ꝑ alimentū ſiccū ſcz fames et ſecundū hoc ponitur paſcere eſurientē/ Alius autē eſt cui ſubuenitur per alimentū humidū ſcz ſitis/ ꝛ ſecūdū hoc dicitur potare ſitientē/ Defectus autem cōmunis reſpectu exterioris auxilii ē duplex. vnus reſpectu tegumenti: ꝛ q̄tū ad hoc ponitur veſtire nudum/ Alius eſt reſpectu habitaculi: et q̄tū ad hoc eſt ſuſcipere hoſpitem. ¶ Similiter autē ſi ſit aliqs defectus ſpecialis aut eſt ex cauſa intrinſeca ſicut infirmitas/ ꝛ q̄tum ad hoc ponitur viſitare infirmum/ aut

ex cauſa extrinſeca et q̄tuz ad hoc ponitur re
demptio captiuorū/ Poſt vitaz autē exhibet
mortuis ſepulturā/ Similiter autem ſpiritu
alibus defectibus ſpiritualibus actibus ſub⸗
uenitur dupliciter/ Unomodo poſcēdo auxi
lium a deo/ et q̄tum ad hoc ponitur oratio q̄
quis pro aliis orat / Aliomodo impendendo
humanū auxiliū: et hoc tripliciter/ vnomodo
contra defectū intellectus/ et ſi quidē ſit defe
ctus ſpeculatiui intellectus adhibetur ei re⸗
medium per doctrinā: ſi autem practici intel
lectus adhibetur ei remediū per cōſiliū/ Alio
modo eſt defectus per paſſionem appetitiue
virtutis/ inter quos maximus eſt triſtitia cui
ſubuenitur per conſolationē / Tertio modo
ex parte inordinati actus/ qui quidē triplicit
conſiderari poteſt/ vno modo ex parte ipſius
peccantis inq̄tū procedit ab eius inordina⸗
ta volūtate/ et ſic adhibetur remediū per cor
rectionem/ Alio modo ex parte eius in quem
peccat/ et ſic ſi quidē ſit peccatū in nos reme
diū adhibemus remittendo offenſam/ Si au
tem ſit in deū vel in proximū non eſt noſtri re
mittere vt hieronȳ. dicit ſuper math/ Tertio
modo ex parte ſequele illius actus inordina
ti ex qua grauantur ei cōuiuentes etiam pre
ter peccantis intentionē/ et ſic remediū adhi
betur ſupportando maxime in hiis qui ex in
firmitate peccāt. ſcd̄m illud ad Ro. xv. debe⸗
mus nos firmiores infirmitates aliorū por⸗
tare/ et non ſolum ſecundū ꝙ infirmi ſūt gra
ues ex inordinatis actibus: ſed etiam queq;
eorum onera ſupportanda ſunt. ſecundum il
lud gala. vi. Alter alterius onera portate.

¶ Circa tertiū notandū ꝙ ſanctus Benedi
ctus comprehendere videtur in hiis ſex operi
bus que poſuit xiiii opa mīe/ Sub primo enī
ſcʒ ſub recreatione pauperū continentur tria/
videlʒ paſcere eſurientē/ potare ſitientem/ et
recolligere hoſpitem/ Sub tertio autē vide⸗
licet infirmos viſitare cōprehendit redēptio
captiuorū/ Sub aliis vero duobus cōp̄hen
duntur alia opera ſpiritualia/ Nam per qui
tum videlʒ ſubuenire in tribulatione intelli⸗
guntur tria opera mīe/ videlʒ docere ignorā
tem/ conſulere dubitantē/ corrigere deuian⸗
tem/ Sub ſexto autem videlʒ dolentē/ id eſt
triſtem conſolari comprehēduntur alia tria
videlʒ remittere offendenti/ ſupportare pati
enter oneroſos ſiue graues/ et orare pro aliis
vt deus illos conſoletur. ¶ Circa quartū no
tandum ꝙ vtilitas mīe inter alia colligitur
ex multis/ Primo quia valet ad conuerſati
onem vite/ vnde apoſto. thimo° diſcipulo ſcri
bens ait/ Exerce teipſum ad pietatem/ nam
corporalis exercitatio modicū vtilis eſt ſine
pietate/ pietas autē vtilis eſt ad omīa/ Se
cundo ad cōmendationem conſciētie/ Unde
augu/ mīa eſt humane nature precioſum or⸗
namentum/ Et ambroſius libro de officiis.
Nichil ita cōmendat xp̄ianā aīam q̄admo⸗
dum mīa/ Tertio valet ad multiplicatio⸗
nem terrene ſubſtantie/ ſecundū illud ſalua⸗
toris luce vi. Date et dabitur vobis/ prouer.
xi. Benedictio dei diuites facit. Et puer. xix.
Qui pronus eſt ad mīaʒ bn̄dicetur / Et gre⸗
gorius in dialogo. Terrene ſubſtantie p̄ hoc
ꝙ pauperibus diſtribuuntur multiplicātur/
¶ Quarto valet ad redemptionē culpe. da⸗
nielis iiii. Peccata tua elemoſinis redime/
lu. xi. Date elemoſinam et omīa munda ſūt
vobis/ Et criſoſtomus ſuper math. Elemoſi
na mundat et eſt maius ſacrificio. ſecundū il
lud/ Oſee vi. Mīam volo et non ſacrificium
¶ Quinto ad impetramen gratie/ prouerbi
orum iii. Mīa et veritas non te deſerant et
inuenies gratiā corā dn̄o/ puer. xix. Fenerat
dn̄o qui miſeretur pauperis/ Et pſa. lviii. Cū
effuderis eſurienti aīam tuā ⁊ aīam afflictā
repleueris/ orietur in tenebris lux tua/ Sexto
valet ad conſeruationē eiuſdem/ eccleſiaſtici
xxix. Elemoſina viri gratiam hoīs quaſi pu
pillam conſeruabit. ¶ Septimo ad exaudi⸗
tionē orationis/ eccleſiaſti. xxix Conclude ele
moſinam in ſinu pauperis / et hec orabit pro
te. Et pſa. lviii/ Frange eſurienti panē tuum
Et infra. Tunc exorabis et dn̄s exaudiet: et
clamabis ⁊ dicet ecce adſum: quia miſericors
eſt dn̄s deus tuus. ¶ Octauo valet ad impu
gnationē hoſtis/ eccleſiaſti. xxix. Elemoſina
viri quaſi ſacculus cū ipſo. Et ſequitur. Sup
ſcutum potentis et ſuper lanceam aduerſus
inimicū tuū pugnabit. ¶ Nono valet ad li⸗
berationē eterne mortis/ puer. xiiii/ Elemoſi
na ab omī peccato in morte liberat/ et nō pa
tietur aīam ire in tenebras. Item p̄s/ Beat9
qui intelligit ſuper egenū ⁊ pauperem in die
mala liberabit eum dn̄s ¶ Decimo valet ad
redemptionē glorie. prouer. xiii/ Qui miſere
tur pauperis beat9 erit Math. v/ Beati mi

ſerſcordes/quoniã miaꝫ conſequentur/quibꝰ
in die iudicii dicturus eſt dñs. Uenite bñdi⸗
cti patris mei percipite regnũ Mathei.xxv.
Circa quintũ quia dubiũ eſſe poteſt quali
ter religioſi teneantur ad opera mĩe corpora
lia/que ſanctus pater Benedictus hic poſuit.
videlꝫ ad recreationem pauperũ ⁊c/cum mo
nachus propriũ habere nõ debeat/nec diſpẽ⸗
ſatio bonoruꝫ cõmunitatis ſit credita ſingu⸗
lis monachis. Notanduꝫ eſt primo ꝙ duo
illa prima/videlꝫ de recreatõne pauperũ ⁊ te
gumento nudorũ ꝗ̃tum ad affectuꝫ pietatis
om̄es reſpiciũt/ꝗ̃tum vero ad effectũ operis
ſolos maiores reſpiciũt monaſterii/qui dan⸗
di habent poteſtatem. Dicit autẽ in quodã
ſermone quadrageſime/ꝙ illi qui non habet
vnde tribuat ſufficit bona volũtas/ſecundũ
qđ ſcriptũ eſt.gloria in excelſis deo/⁊ interra
pax hominibus bone voluntatis. Utrũ autem
monachus poſſet facere elemoſinã de bonis
monaſterii. Reſpondet ſanctus thomas in
ſcđa ſcđe/ꝙ monachus ſi habet diſpẽſationẽ
a prelato cõmiſſam/poteſt facere elemoſinaꝫ
de bonis monaſterii/ſecundũ ꝙ ſibi eſt cõmiſ
ſum. Si vero non habet diſpenſationẽ quia
nichil habet proprium/non poteſt facere ele
moſinã ſine licentia abbatis expreſſe habita/
vel probabili preſumpta/niſi forte in articulo
extreme neceſſitatis in quo datum eſſet ei fu
rari vt elemoſinam daret. Preterea vt dicit
idem ſanctus Thomas in quarto ſententia
rum/poteſt abſente abbate aliquid modicuꝫ
dare ſub ſpe ratihabitõis. Extra monaſtreri
um vero exiſtens/puta ĩ ſtudio poteſt elemo
ſinã facere/quia cũ dantur ei expenſe cõmit
titur ei diſpenſatio earũ. Secundo notan
dum ꝙ ex hoc ꝙ monachus ratione iam di⸗
cta non poſſit opera illa mĩe effectualiter ex
ercere/non eſt peioris conditionis ꝗ̃ ſint diui
tes ſeculares habentes vnde elemoſinas fa⸗
ciunt/Quoniam multum magis eſt accep⸗
ta deo vniuerſalis rerum abdicatio/ꝗ̃ parti⸗
cularis diſtributio que fit ꝑ elemoſinas. Si⸗
cut enĩ dicit ſanctus Thomas in ſecunda ſe
cunde/Abrenunciatio propriarũ diuiciarum
cõparatur ad elemoſinarum largitionẽ/ſicut
vniuerſale ad particulare/⁊ holocauſtum ad
ſacrificium. Unde gregorius dicit ſuper eze.
ꝙ illi qui ex poſſeſſis rebus ſubſidia egẽtibꝰ
miniſtrant/in bonis que faciunt ſacrificium
offerunt/quia aliquid deo ĩmolãt/et aliquid
ſibi reſeruant. Qui vero nichil ſibi reſeruant
/offerunt holocauſtum quod eſt maius ſacrifi
cio. Unde hierony.contra iulianũ dicit/Qđ
aũt aſſeris eos meliꝰ facere qui vtant̃ rebus
ſuis et paulatim fructus poſſeſſionũ paupe⸗
ribus diuidant/non a me eis ſed a deo reſpõ
detur/Si vis perfectꝰ eſſe/vade et vende oĩa
que habes/et da pauperibus ⁊c. Et poſtea di
cit/Iſte quẽ tu laudas ſecũdus ⁊ tertius gra
dus ẽ/quẽ etiã nos recipimus dũmodo ſcia⸗
mus prima ſecundis et tertiis preferẽda. Et
ideo ad excludendum errorẽ vigilancii/dicit̃
in libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Bonũ
eſt facultates cuꝫ diſpenſatione pauperibus
erogare/melius eſt pro intentione ſequendi
dñm inſimul donare/et abſolutũ ſollicitudi⸗
ne agere cum xp̃o. Tertio notandum circa
alia duo de viſitatione infirmorũ et ſepultu⸗
ra mortuorũ/ꝙ ſanctus pater non intendit
vt horũ gratia egrediendũ ſit extra monaſte
riuꝫ/quia ipſe ſanctus pater inferius dicit/ꝙ
officina vbi hec diligẽter operanda ſũt: clau
ſtra ſunt monaſterii. Unde in capitulo placu
it xvi.q.i.precipitur monachis/vt mortuũ nõ
ſepeliant niſi monachum in monaſterio ſecũ
cõmorantẽ/vel ſi fortuitu quẽꝗ̃ aduenienti
um fratrum ibi mori contigerit. Propterea
etiã iſta infra monaſterii clauſtra adimplen
da ſunt cũ licentia et ſecundum diſpenſatio⸗
nẽ prelati. Porro ſurgit hic queſtio. Utruꝫ
religioſus videns patrem ſuũ eſſe in neceſſi⸗
tate/poſſit abſqꝫ prelati licẽtia exire clauſtrũ
ad ſubueniendum patri. Ad hanc queſtionẽ
reſpondet ſanctus Thomas in quolibeto ter
tio ar.xvi ſic/ꝙ aliter dicendũ eſt de illo qui
nondũ religionẽ intrauit/⁊ aliter de illo qui
iam in religione eſt profeſſus. Ille eni q non
dum religionẽ intrauit ſi videat patrẽ ſuuꝫ
in magna neceſſitate/cui per aliũ ſubueniri
nõ poſſit nõ debet religionẽ intrare/ſꝫ tenet̃
miniſtrare parentibus/maxĩe ſi abſqꝫ pericu
lo peccati poſſit in ſeculo remanere. Si vero
per aliũ poſſit eius parentibus miniſtrari/po
teſt ſi vult religionẽ intrare. Unde Criſoſto.
exponẽs illud.dimitte mortuos ſepelire mor
tuos ſuos/dicit/ꝙ malũ eſt abducere hominẽ
a ſpiritualibus et maxime cũ fuerint qui mi
niſterium parentũ compleant/erant eni ali
qui q cõplere poſſẽt illius funeris ſepulturã

Poſtꝙ̄ vero aliquis iam eſt in religione pro
feſſus: eſt mortuus mundo, vnde per ſpiritu
alem mortem deobligatur a cura impenden
da parentibus: ſicut etiaꝫ deobligaretur per
mortē temporalem ſiue corporalē/ ꝛ ideo nō
peccat nec contra preceptū dei agit ſi in clau
ſtro remaneat ſub precepto prelati: parentū
miniſtratione pretermiſſa/ Eteni factus eſt
īpotēs ad reddendū debitū miniſteriū abſqꝫ
propria culpa/ Debet tamen/ ꝙ̄tū poteſt ſal⸗
ua ordinis ſui obedientia/ ſatagere vt per ſe
vel per aliuꝫ ſuis parentibus ſubueniatur/ ſi
in neceſſitate fuerint conſtituti.

Capitulum xxiii. de xx. inſtrumento: vbi
de fuga negociorum ſecularium/ ꝛ de decem
ratōibus ꝑpter quas mundus ſit cōtēnendꝰ

Sequitur viceſimū īſtrumentū (A ſecu
li actibus ſe facere alienum) Quoniā
vt ait glo. deutero. prio/ Animꝰ nimis
intentus humanis actionibus deo quodam
modo vacuatur: quo tanto fit plenior ꝙ̄to ī
ſuperna et eterna liberius extēditur/ merito
ſanctus pater inſtrumētum adipiſcende per
fectionis ſpiritus poſuit ſeparationem ꝛ ani
mi alienationē a ſeculi actibꝰ. Ubi duo ve
niunt notanda/ ſecundū ꝙ duplex ſenſus po⸗
teſt dari huius inſtrumenti. Primus eſt vt
diſcipulus perfectionis amator a negociis ſe
cularibus cuiuſmodi ſunt cure terrene/ nego
ciationes ſeculares/ ſollicitudines mundane
mercationes aduocationes et huiuſmodi ſit
alienus. Nā vt docet apoſto. ſcđe ad thimo.
ii. dicens/ Nemo militās deo implicat ſe ne⸗
gociis ſecularibus/ vt ei placeat cui ſe proba⸗
uit. i. deuouit. Magnū profecto impedimē
tum quietis et perfectionis ſpiritus/ eſt occu
patio ſecularis. Hinc ſeneca/ Omnia impedi
mēta dimitte/ vaca bone menti: nemo ad il⸗
lam peruenit occupatus/ Et gregoriꝰ in mo
ralibus/ Qui ſpiritualibus bonis ditati ſūt
terrenis nō debēt implicari negociis/ ne duꝫ
cognouerunt inferiora bona diſponere: non
valent ſuperioribus bonis deſeruire/ Alienū
enī eſſe a ſeculi actibus/ maxime cōuenit mo⸗
nachis ꝛ religioſis. Unde hierony. Tu ſi mo
nachus eſſe vis/ non videri habeto curaꝫ non
reifamiliaris cui renunciando hec eſſe cepi⸗
ſti/ ſed anime tue. monachum non loquendo
et diſcurrendo/ ſed tacendo et ſedendo quiſqꝫ
te nouerit/ Hic arſenio orāti dn̄e dirige me
ad ſalutem: vox celitus facta eſt/ Arſeni fuge
tace ꝛ quieſce: hec ſunt radices non peccandi
Hierony. ad paulinū/ Si autem cupis eſſe
qđ diceris monachus. i. ſolꝰ/ quid facis ī vrbi
bus/ que vtiqꝫ non ſunt ſolorum habitacula
ſed multorū/ Unde hugo in tractatu de duo
decim abuſionibus ait/ ꝙ ſexta abuſio eſt mo
nachus curialis/ qui ſeculariū hoim conſorti
um diligit/ qui ſe cōſiliis principū libēter in⸗
gerit/ qui ſecretorum cōſcii ſunt et internun⸗
cii curiales poſſunt appellari/ Ordo clauſtri
et ordo curie diuerſus eſt/ ibi ſedes in inſidiis
cum diuitibus in occultis vt īterficias inno⸗
centem: hic audis. nō ſedi cum conſilio vani
tatis et cum iniqua gerentibus nō introibo
Ibi inſidiaris vt rapias pauperem ꝛc: hic di
cis. Odiui eccleſiam malignantium et cum
impiis non ſedebo/ Ibi dextera tua repleta ē
muneribus: hic lauas inter innocentes ma⸗
nus tuas/ ibi pauperum res violenter aufe⸗
runtur: hic pauperibus ſponte offerūtur/ ibi
laudatur peccator in deſideriis aīe ſue et ini
quus benedicitur: hic benedicitur iuſto. Si
vis monachus eſſe curialis/ laudas qđ nō de
bes/ qđ non expedit defendis/ qđ nō licet ope
raris/ qđ non decet loqueris. hec ille. Eſt ta
men hic conſiderandū ꝙ tractare negocia qn̄
iuſta neceſſitas cogit vel pia vrget vtilitas/
bene permittitur religioſis/ qđ ſāctus Tho.
ī ſcđa ſcđe. q. clxxxvii. ar. ii. declarat ita dicēs.
Status religionis eſt ordinatus ad perfecti
onem caritatis conſequendam/ Ad quā qui⸗
dem principaliter pertinet dei dilectio: ſecun
dario autē dilectio proximi/ Et ideo religio⸗
ſi precipue et propter ſe debent intendere ad
hoc ꝙ deo vacent/ Si autem neceſſitas proxi
mis īmineat: eorum negocia ex caritate age
re debent. ſecundū illud gala. vi. Alter alteri
us onera portate/ et ſic adimplebitis legē xp̄i
quia et in hoc ipſo qđ proximis ſeruiunt/ pro
pter deum dilectioni diuine obſequunt. Un̄
dicitur iaco. prio/ Religio munda et īmacu⸗
lata apud deum et patrem hec eſt/ viſitare pu
pillos et viduas in tribulatione eoruꝫ/ glo. i.
ſuccurrere eis qui carent preſidio in tempore
neceſſitatis. Eſt ergo dicendū ꝙ cauſa cupi⸗
ditatis ſecularia negocia gerere nec mona⸗
chis nec clericis licet: cauſa vero caritatis ſe

negociis ſecularibus cū debita moderatione
ingerere poſſūt/ſecundū ſuperioris licentiā ⁊
miniſtrando et dirigendo. Vñ dr̄ in decreto.
di.lxxxviii. Decreuit ſancta ſynodus nulluʒ
deinceps clericum aut poſſeſſiones conduce
re/aut negociis ſecularibus ſe permiſcere/niſi
propter curam pupillorū.aut orphanorū.aut
viduarū/aut ſi forte epiſcopꝰ ciuitatis eccle⸗
ſiaſticaꝝ rerū ſollicitudinē eū habere precipi
at/ Eadem autem ratio eſt de religioſis ⁊ cle
ricis/quia vtriſqʒ ſimpliciter negocia ſecula⸗
ria interdicuntur vt dictum eſt. ¶ Secundꝰ
ſenſus qui poteſt haberi de intelligētia huiꝰ
inſtrumenti ſicut dictū eſt/ vt non modo con
uerſatione ab actibus ſeculi/ſed etiā ab amo
re eius diſcipulus oīno ſit ſeparatꝰ/¶ De hoc
inquit apoſto. Nolite diligere mundum nec
ea que in mundo ſunt/Si quis diligit mun⸗
dum non eſt caritas patris in eo/io.ii. Glo.
vnū cor duos ſibi aduerſarios amores nō ca
pit/radicati in caritate.hanc ſuper radicē ni
chil edificetis/niſi qđ conuenit caritati/quia
non poteſtis duobus dñis ſeruire/ſicut dile⸗
ctio dei eſt fons oīm virtutū:ita dilectio mū⸗
di oīm viciorum. ¶ Circa qđ notandū ꝙ ſūt
decem rationes que merito nos alienare de⸗
bent/et ſeparare ab actibꝰ ſeculi et amore mū
di. ¶ Prima eſt quia mundus eſt tenebroſꝰ/
magnas enī tenebras patiuntur amatores
mundi/⁊ ideo per egyptū conuenienter intel
ligitur/ Interpretatur enī tenebre/ De tene
bris maloꝝ dicitur.prouer.iiii. Via impiorū
tenebroſa/et in p̄s. Neſcierunt neqʒ intelle⸗
xerunt:in tenebris ambulant/ Cauſa autē ꝙ
amatores mundi tenebris inuoluuntur eſt/ꝙ
oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terram q̄
eſt corpus obſcurū/ dorſum habentes ad deū
qui eſt verum lumen/Augu. Dorſum habe⸗
bam ad lumen/ et facies mea non illumina
batur/ Idē de libero arbitrio/Ve eis domine
qui auertunt ſe a lumine tuo ¶ Secunda ra
tio retrahens nos ab amore mundi eſt/ꝙ mū
dus eſt falſus et deceptorius/eum cui arridet
decipit.potius eligenda eſt ira eius ꝙ̄ arriſꝰ/
eccleſiaſtici.vi. Melior eſt ira riſu/ Gregoriꝰ
Cum omnis fortuna timenda ſit magis ti⸗
menda eſt proſpera ꝙ̄ aduerſa/hec enī ſeuien
do erudit:illa blandiendo ſeducit/ mundus
amātes ſe deuorat.iuxta illud Augu. Amas
ſeculum abſorbebit te/amatores ſuos vorare
nouit non portare/ Fallax profecto eſt preſēs
ſeculum/omnia enim que habet aut ꝓmittit
falſa ſunt et fallacia/fallaces quidē ſunt di⸗
uicie eius/fallaces delicie/ fallax gratia/fal⸗
lax potentia/fallax gloria eius ¶ Hinc deus
per prophetam ait p̄s.iiii. Filii hoīm vſqʒqꝫ
diligitis vanitatem/et queritis mēdacium:
/ vbi glo.inquit. Terrena bona vana ſūt quia
vt vmbra tranſeunt/mendacia vero quia nō
faciunt qđ promittunt ſcʒ beatos. ¶ Tertia
ratio quia mundus eſt modicus/ bona enim
terrena modica ſunt in ſe/modica ſunt reſpe
ctu dei/reſpectu anime/reſpectu celi/modica
quidem ſecundū ſe. Unde Bernardꝰ. Preci⸗
oſiſſima mundi aurū et argentū ſunt/ſed qđ
ſunt illa niſi terra rubea et arida/ergo qui di
ligit aurum et huiuſmodi diligit terrā/¶ Sūt
preterea modica reſpectu dei/quia ſunt reſpe
ctu eius quaſi gutta roris.ſapien.xi/ Quaſi
gutta roris ante lucanuʒ ſic eſt ante te orbis
terrarum/imo nec ſunt reſpectu dei dicente.
beato gregorio in moralibus/ Omīa huma⸗
na que pulcra que iuſta ſunt/dei iuſtitie ⁊ pul
critudini comparata:nec pulcra nec iuſta ſūt
omino:nec ſunt/ Et io.xvi.dicit xp̄s.vſqʒ mo
do non petiſtis quicꝙ̄/ Nichil petit qui tem⸗
porale petit/ Jere.iiii/ Aſpexi terraʒ ⁊ ecce va
cua erat et nichil. Et ideo beatus Augu. Ue
tibi ſi amaueris condita et deſerueris condi⸗
torem/pulcra ſunt tibi hec:ſed ꝙ̄to eſt pulcri
or qui illa formauit/¶ In reſpectu anime etiā
modica ſunt/quoniā eam replere non poſſūt/
Cum enī aīa capax ſit dei:re minore deo re⸗
pleri non poteſt/vnde Augu.in ſermone quo
dam/ Ad imaginē quippe dei facta aīa ratio
lis ceteris omibus occupari poteſt/repleri oī
no nō poteſt/ Capax enī eſt dei.quicquid deo
minꝰ eſt non eam implebit/ Quare idem be
atus Augu.in quadam omelia ita loquitur.
/ Si inferius eſt qđ amas:ad cōſolandū ama/
ad vtendum ama:non ad alligandu ʒ/ verbi
gratia.auruʒ amas:noli te alligare auro. ꝙ̄
to melior es ꝙ aurum/ Aurū enī terra eſt ful
gens:tu autem ſi illuminaberis a domio ad
imaginē dei factus es/cum ſit aurum creatu
ra dei.non tamen fecit aurum ad ſimilitudi⸗
nem ſuā ſʒ te:ergo poſuit ſub te aurū/¶ Amor
ergo iſte contemnendus eſt/non eius vincu⸗
lo amoris quaſi glutino inherēdū eſt/ modi⸗
ca enim ſūt reſpectu celi/ſicut centrū reſpectu

circunferentie/latitudo circunferentie eſt nõ
centri. Seneca punctum eſt in quo nauiga⸗
tis.bellatis.regnatis. modica plane eſt boni
tas temporalium reſpectu bonorum eterno⸗
rum/vmbre potius dicenda ſunt verorum bo
norum ꝙ̈ vera bona/ſapien.v. Omnia tran
ſierunt tanꝙ̈ vmbra/Signũ modice bonita⸗
tis bonorum temporalium manifeſtiſſimuz
eſt/ꝙ deus ea dat omibus/et amicis et inimi
cis cõmunia ſunt et bonis et malis/ Auguſti
nus libro xv.de ciuitate dei/. Temporalia ⁊
carnalia bona ꝓpterea largitur ea deus eti⸗
am malis/ne magna videãtur bonis/ quare
optime concludit beatus Augu. libro de con
flictu viciorum / Si te iſta delectant que ſub
celo ſunt/cur non magis ea delectant que ſu
per celos ſunt/ Si carcer iſte pulcer eſt/patrũ
ciuitas et domus qualis eſt/ Si talia ſunt
que hic incolunt peregrini/ qualia ſunt que
ibi poſſident filii/ Si mortales et miſeri in
hac vita taliter ſũt remunerati/imortales et
beati qualiter ſunt in illa vita ditati/ Qua
propter recedat amor preſentis ſeculi in quo
nullus ita naſcitur vt non moriatur/et ſucce
dat amor futuri ſeculi in quo omnes ſic viui
ficant̃ vt non moriant̃/ Deinceps vbi nulla
neceſſitas turbat/nulla aduerſitas anguſti⸗
at/nulla moleſtia inquietat/ ſed perhemnis
leticia regnat. Quarta ratio quia mundꝰ
eſt damnoſꝰ ſiue noxiꝰ.ia.iiii. Amicicia huiꝰ
mundi inimica eſt deo/Quicunqꝫ ergo vo⸗
luerit amicus eſſe huius ſeculi inimicus deo
conſtituitur/Sicut enim non coniungitur ce
lum terre imo multum diſtat ab ea/ ſic cele⸗
ſtia in corde humano terrenis non cõiungũ
tur/Unde inuitati ad nuptias excuſant ſe ꝙ
ſint terrenis negociis impediti.luce xiiii.vbi
glo/ Excuſat ſe omis qui plus terrena ꝙ̈ ce⸗
leſtia diligit etiam ſi ad celeſtia ſe extendere
dicat/Abundantia temporalium et dei obli⸗
uio frequenter ſe cõmitantur/ Effrayn ⁊ ma
naſſen fratres fuerunt: vt dicitur Gen͂.xli.
Effrayn fructificans interpretatur/manaſ⸗
ſen obliuio/proficientes temporalibus deuz
ſolent obliuiſci.deutero.viii. Caue ne cũ de⸗
derit tibi dñs vrbes et opida cunctarũqꝫ opũ
gloriã/obliuiſcaris dñi dei tui/ Et beatus Au
guſtinus in omelia quadam/ Eſt amor vtiliſ
et eſt amor noxius/Amor amore impeditur.
/ Amor noxius ſecedat/⁊ amor vtilis ſuccedat

ſed quia homines nolunt illũ recedere/ideo i
illos alius non poteſt introire/vt non capiãt
pleni ſunt.fundant vt capiant: pleni enĩ ſũt
amore voluptatum carnaliũ / pleni ſũt amo
re preſentis vite/ pleni ſunt amore auri et ar
genti et poſſeſſionum huius ſeculi/quia ergo
pleni ſunt ſic ſunt quomõ vaſa/ vis ergo vt i
tret mel vnde acetum nondũ fudiſti/fũde qđ
habes vt capias qđ non habes/ Ideo prima
renunciatio eſt huic ſeculo/ deinde euerſio et
cõuerſio ad deũ/qui renũciat fundat. q euer⸗
tit impletur/ ſed hoc non fiat corpore ſolum
ſed etiam mente.hec Augu./ Quinta ratio/
qꝛ mundus eſt tranſitorius et ruinoſus/ Pa
rum enĩ viuunt homies/ parum durant res
temporales/cito tranſeunt/ Tranſit enĩ mũ
dus et concupiſcentia eius/ prĩe io.ii/ et prĩe
ad corin.vii.dicit apoſtolus/ Preterĩit figu⸗
ra huius mundi/ Gregorius in moralibus.
/ Qui temporalia diligit que ſtarẽ non poſ⸗
ſunt: quia ipſa fugiunt/qui eis innitũtur cuz
temporis volubilitate percurrunt. Item idẽ
/ Nemo poteſt mobilia diligere:et ipſe imobi
lis ſtare/ qui enĩ trãſitoria amplectitur eo ip
ſo ad curſum ducitur/ quo decurrentibus im
plicatur. Et Augꝰ.in omelia.// Quid amas
qđ ad tempus durat/amandũ eſt qđ nobiſcũ
poteſt eſſe eternũ/ Nunc tranſitũ velocẽ bo⸗
norũ temporalium recognoſcunt reprobi in
inferno dicentes/ſapien.v. Diuiciarũ iactã
tia quid profuit nobis? Et infra/ Tranſie⸗
runt omĩa velut vmbra / et tanꝙ̈ nuncius p̃
currens/et tanꝙ̈ nauis que pertrãſiit fluctu
antem aquam cuius cum pertranſierit nõ ẽ
veſtigium nec ſemita carine eius in fluctibꝰ/
Quare beatus gregorius dicit/ Si domus
quaſſata ruinã minaretur quiſquis in ea ha
bitaret fugeret/et qui ſtantem dilexerat ꝙ̈to
cius a cadente feſtinaret/ Si igitur mundus
cadit et nos eum amando amplectimur/cõ⸗
primi potius volumus ꝙ̈ habitare./ Sexta
ratio quia mundus eſt inquietus/ Amor enĩ
mundi vt dicit Augu. aĩas quas ingreditur
quietas eſſe non patitur/ Et ideo io.xvi.in⸗
quit dñs diſcipulis/ In mundo preſſuraz ha
bebitis/in me autem pacem/ Naſcuntur aũt
inter amatores mundi vt ait Augu. morda⸗
ces ſciſſure/ꝑturbationes/merores/ formidi⸗
nes.inſana gaudia/diſcordie.lites.bella/ inſi
die.inimicicie.falſa adulatio.fraus furtũ. ra

pina/ perfidia/ ſuperbia/ ambitio inuidia/ Et
ideo dicebat quidam ſapiens/ Si vis eſſe per
fecte quietus nichil ſeculi appetas/ ſemp mē-
tis quietem habebis: ſi a te mundi curas ab-
ieceris/ abice abs te quicquid impedire bonū
propoſitum poteſt/ Eſto moderatus mundo
et mundus tibi/ gloriam tanꝙ mortuus non
aſpicias/ tanꝙ mortuus ab affectu huius vi-
te te ſepara/ ſicut ſepultus non habeas curaꝫ
de ſeculo/ tanꝙ defunctus ab omī terreno te
purga negocio/ contenine viuens q̄ poſt mor
tem habere non potes. ¶ Septima ratio. qꝛ
mundus eſt īmundus ꝛ fetidus/ eſt enim cor
ruptionibus plenus/ ſcd̄e petri prīo/ Fugien-
tes eius que in mundo eſt concupiſcentie cor
ruptionem/ Omne enī qd̄ eſt in mundo con
cupiſcentia carnis eſt/ et concupiſcentia ocu-
lorum et ſuperbia vite/ quoniā vt dicit beda
in glo. Omnes dilectores mundi nichil ha-
bent niſi hec tria/ quibus omīa viciorū gene
ra comprehenduntur/ Ideo beatus Auguſti-
nus de verbis dn̄i dicit/ Amor mundi adulte
rat aīam/ amor fabricatoris mūdi caſtificat
aīam/ Et bernar. O munde immunde cum
ſic fugiens me teneas/ quomodo me teneres
ſi permaneres/ turbatur mundus et amatur
quid ſi tranquillus eſſet/ formoſo quomodo
adhereres ſi amplecteris fetidū/ flores quo-
modo colligeres q a ſpinis non reuocas ma
nū/ ¶ Octaua ratio. qꝛ mundus eſt valde pe
noſus ſiue laborioſus/ vita ei mundana mul
tum laborioſa eſt. ſapi. v/ Laſſati ſumꝰ in via
iniquitatis et perditionis/ Ambulauimꝰ vi-
as difficiles fatigationis/ Huius duplex eſt
cauſa/ ſimilitudo agendorum/ et multitudo ī
pedimentoruꝫ/ Amatores mundi tot inueni
unt impedimenta in hiis que agunt/ ꝙ etiaꝫ
homines potentes non perficiunt qd̄ inten-
dunt/ Gregorius. Uita preſens laboribꝰ ple
na eſt/ cuꝫ luctu agitur et cū lachrymis amit
titur/ Non ſunt ſine cruciatu qui amore ſpi-
nas deliciarū amplectuntur/ eccleſiaſtici. ii.
dicitur de auaro/ Cuncti dies eius doloribus
et erumnis pleni ſunt/ nec per noctē nec per
diem requieſcit/ Ideo dicit ſeneca. Horū qui
felices vocantur hilaritas ficta eſt et grauis
triſtitia/ eo quidem grauior ꝙ non licet inter
dum palam eſſe miſeros/ ſed inter erumnas
cor ipſum excedentes neceſſe eſt agere felicē/
Non ſūt plane ſine cruciatu/ qui in ſpinis vi
ciorū iacent. Math. vii/ Nunqd colligūt de
ſpinis vuas/ aut de tribulis ficus/ Non ſunt
ſine cruciatu quos vermis conſcientie mor-
det/ Jere. xi. Arguet te malicia tua/ Aug. Cur
re per ſingula/ et inuenies tot anime tormen
ta quot vicia. ¶ Nona ratio. quia mundus
valde eſt periculoſus/ Bernardus. Mundꝰ
eſt vbi eſt malicie plurimū/ ſapientie modicū/
vbi omīa lubrica omīa ruinoſa/ vbi omīa pi-
citantur et corpora affliguntur/ propter qd̄
merito mare nuncupatur in ſcriptura ſācta/
ps. hoc mare magnū ꝛc. Periculū huius ma
ris iuxta verbum bernardi probat tranſeun-
tiū raritas/ et pereuntiū multitudo/ mirabi-
les elationes huius maris/ nunꝙ ibi trangl
litas: inceſſāter flant ibi venti/ Et qui in hoc
mari periit eternaliter periit/ quaſi locus di-
luuii eſt mundus iſte vbi pauci reſpectu pere
untium ſaluantur/ Oſee. iiii. Maledictum
mendaciū et homicidium et furtum et adul-
terium inundauerunt/ Mundus iſte eſt ve-
lut locus peſtilens/ Declinant ſapientes lo-
ca peſtilentie/ maxime quādo vel egros ſe ſē-
tiunt vel egrotaturos ſe agnoſcunt/ Seneca
Non tantum corpori/ ſed etiam moribus lo-
cum ſalubrē eligere debemus. ¶ Decima ra
tio. quia mundus iſte eſt plenus laqueis. Un̄
beatus antonius ait/ Uidi oēs laqueos ini-
mici tenſos in terra ꝛ ingemiſcēs dixi/ Quis
poterit trāſire/ Et iam audiui vocem dicen-
tē: humilitas/ Et ideo optime pater Augu-
ſtinus nos hortatur dicens/ Ne deſideremuſ
remanere cum hoc mundo: ne pereamus cuꝫ
hoc mundo/ Heu ꝙ miſeri ſumus. ſi hoc cre-
dere nolumus/ et ab amore huius ſeculi men
tem noſtram non reuocamus/ dum iſta per-
petualiter tenere non poſſumus/ et illa per
ſecuritatem amittimus/ Cum ergo mundus
iſte ſit tenebroſus. falſus. et deceptorius: mo-
dicus. et damnoſus. tranſitorius. et inquietꝰ.
immundus. laborioſus. ac periculoſus/ ac la-
queis plenus merito ſanctus pater Benedi
ctus exhortatur diſcipulum ſuuꝫ vt a ſeculis
actibus ſe faciat alienum.

¶ Capitulum xxiiii. ꝙ chriſti amori nichil
ſit preponendum

V Iceſimumprimum inſtrumentum eſt
(Nichil amori dei ꝑponere) qd̄ ſuptū

eſt ex illo Mathei.x.vbi chriſtus ait / Qui amat patrem aut matrem pluſq̄ me non ē me dignus/ qui amat filium aut filiam ſup me non eſt me dignus/vbi hieronym⁹ in gloſa/ Hic enim ordo in omni affectu neceſſarius eſt/ Ama poſt deum patrem matrem aut filios/ Si autem neceſſitas venerit vt amor parentum aut filiorum dei amori comparētur/et non poſſit vtrūqȝ ſaluari: odium in ſuos:pietas in deum eſt/ Non ergo probibuit amari patrem et matrem/ſed ſignanter addit pluſq̄ me: hec hieronymus/ Et rabanus ſuper illud:non eſt me dignus dicit/ Per qđ ſignificat illū diuino conſortio eſſe indignū/ qui conſanguinitatis carnalem amorem preponit ſpirituali amori dei/ Et ideo dicit Auguſtinus libro de doctrina xp̄iana/ Amand⁹ eſt genitor:ſed preponendus eſt creator/ Hic profecto legittimus ordo caritatis eſt/vt nichil amori chriſti qui ſummum et verum bonum eſt preponatur/ De quo ſponſa chriſti Canticorum ſcđo ait/ Ordinauit in me caritatem.gloſa/id eſt oſtendit qualiter deus q̄liter proximus diligendus eſt/ Oſtendit autē in euangelio cum ait. Diliges dominū deū tuum toto corde.ꝛc./ Sane chriſtus a nobis toto corde/tota anima/tota mente non diligitur:ſi amori eius aliquid preponatur. Criſoſtomus. Diligere deum toto corde eſt habere cor non inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis q̄ dei/ Diligere tota anima/ eſt certiſſimum animum habere ī veritate/ꝛ firmum in fide eſſe / Qui enim credit apud deum eſſe omne bonuȝ et nichil boni eſſe extra ipſum hic diligit deum tota anima/ Tota vero mente diligere deum eſt omnes ſenſus hominis deo vacare/ Auguſtinus/ Diligamus id quo nichil melius eſt hoc eſt deus/ cui ſi aliquid diligendo vel preponim⁹ vel eq̈mus nos diligere neſcimus / Tanto enī melius eſt/q̄to magis in illum imus quo nichil melius eſt/ Imus autem non ambulando:ſȝ amando/quem tanto habebimus preſtantiorem q̄to eundem amorem quo in eum tendimus poterimus habere puriorem/

Capitulum xxv.de xxii xxiii. xxiiii.xxv/ꝛ xxvi inſtrumentis:vbi de vitanda ira et fraterna pace ſeruanda cum proximo.

Viceſimum ſecundum inſtrumentuȝ eſt ( Iram non perficere ) Ira autem eſt deſiderium/quo eum qui nos irritauit affligi cupimus/ſiue vt ait Auguſtinus: Vlaſcendi libido aut appetitus vindicte/ſiue vt ali⁹ dicit irrationalis perturbatio mentis in vltionem effluens. Vbi conſiderandum q̄ ſanctus pater non dicit non iraſci/ quia motus ire non eſt ī poteſtate noſtra omnino/:ſed dicit iram non perficere / id eſt ad effectum non deducere/ Unde gloſa ſuper illud apoſtoli/ad epheſeos quarto:qđ ſumptū eſt ex p̄s quarto/ Iraſcimini et nolite peccare ita dicit/ Si ſurgit motus animi qui iam propter penam peccati non eſt in poteſtate noſtra/:ſaltim ei non conſentiat/ Ideo permittit quidem apoſtolus iraſci:qđ eſt humana temptatio:ſed probibet iram ad effectum deducere/ Auguſtinus in libro de patientia. Iraſci itaqȝ hominis eſt/et iram non perficere chriſtiani/ Iram autem quis perficere dicitur/cū ad liuorem vindicte/ad contumelias/ad conuicia et ad alia inferenda nocumenta proximo progreditur/ Circa qđ inſtrumentum pro ſimplicium monachorum doctrina quinqȝ hic notanda veniunt/ Primo ponūtur rationes que faciunt ad deteſtationem huius vicii / Secundo oſtendetur quando iraſci ſit peccatum/ Tertio quando ſit peccatum mortale/ Quarto de octo documētis que faciūt ad ordinationem hominis q̄tum ad actum iraſcendi/ Quinto de aliquibus remediis cōtra iram/ Pro primo ſufficere credimus rationes quas caſſianus libro octauo de inſtitutionibus inducit dicens/ Mortiferuȝ vir⁹ ire/eſt de receſſibus anime noſtre fūditus eruendum/ Hac enim in cordibus noſtris inſidēte/et oculum mentis noxiis tenebris obcecante/nec iudicium recte rationis acquirere/ nec honeſte conuerſationis habitum/vel nature contemplationis intuitum/nec maturitatem conſilii poſſidere/nec vite participes/ nec iuſtitie tenaces/ſed nec ſpiritualis quidē ac veri luminis capaces poterimus conſiſtere/quia turbatus eſt inquit ſcilicet propheta in pſalmo In ira oculus meus /nec ſapientie participes effici / et ſi ſapientes omnium prouinciarum opinione videamur/ quia ira in ſinu inſipientiū requieſcit /eccliaſtes .vii.

Ira nō pfice. xxii

De ira

¶ Sed nec vitam quidem immortalitatis con
ſequi poterimus ꝙuis prudentes videamur
diffinitione hominum iudicari/ quia ira per
dit etiam prudētes/ Nec iuſtitie moderami-
na perſpicaci diſcretione cordis valebimus
obtinere/ licet perfecti ſanctiqꝫ cunctorū opi-
nionibuſ eſtimemur/ quia ira viri iuſtitiā dei
non operatur. Jacobi prio/ Ipſamqꝫ honeſta
tis grauitatem que etiam viris ſeculi huius
ſolet familiaris exiſtere nullo modo poſſide-
re poterimus/ licet nobiles et honeſti nataliū
prerogatiua putemur/ quia vir iracundus i-
honeſtus eſt/ conſilii etiam maturitatem nul
latenus valebimus obtinere/ ꝙuis graues ⁊
ſcientia ſūma prediti videamur/ quia vir ira
cundus agit ſine conſilio/ Sed nec quieti a ꝑ
turbationibus noxiis/ nec poterimus carere
peccatis/ et ſi nequaꝙ̄ nobis inquietudines
ab aliis inferātur/ quia vir animoſus parat
rixas vir autem iracundus effundit peccata.
¶ Item beatus Gregorius in moralibus. Per
iram iuſtitia relinquitur/ quia dū perturba-
ta mens iudicium ſine ratione exaſperat/ om
ne qđ furor ſuggerit rectuꝫ putat/ Item per
iram gratia ſocialis vite amittitur/ quia qui
ſe ex humana ratione non temperat neceſſe
eſt vt beſtialiter viuat/ Item per iraꝫ manſu
etudo amittitur. per iram concordia rumpi-
tur/ Quia cum mēti iracundia confuſionis
tenebras incutit/ huic deus radiuꝫ ſue cogni
tionis abſcondit/ Item per iram ſpiritus ſan
cti ſplendor excutitur/ qui ſuper humilem et
quietuꝫ requieſcere dicitur/ quia cum ira qui
etem menti ſubſtrahit/ ſuam ſancto ſpiritui
habitationem claudit/ Cuius receſſione ani-
mus vacuus ad apertam morum inſaniam
ducitur/ et vſqꝫ ad ſuperficiem ab intimo co-
gitationum fundamento diſſipatur. ¶ Cir-
ca ſecundum notandum ꝙ vt dicit ſanctus
Thomas ī ſcđa ſecunde/ Ira proprie noīat
quandam paſſionem/ paſſio autem appeti-
tus ſenſitiui intantum eſt bona inꝙ̈tum rati
one regulatur/ Si autem ordinem rationis
excludat eſt mala/ Ordo autē rationis in ira
poteſt attendi ꝙ̈tum ad duo/ Primo quideꝫ
ꝙ̈tum ad appetibile in quod tendit/ qđ eſt vi
dicta/ Unde ſi aliquis appetat/ ꝙ ſecundū or
dinem rationis fiat vindicta ē laudabilis ta
lis ire appetitus/ et vocatur ira per zelum de
qua dicitur eccleſiaſtes ſeptio/ Melior eſt ira
riſu. gloſa. ira contra vicia/ Si auteꝫ aliquis
petat ꝙ fiat vindicta qualitercūqꝫ contra or
dinem rationis/ puta ſi appetat puniri eum
qui non meruit/ vel vltra ꝙ̄ meruit/ vel non ſe
cundum legittimum ordinem/ vel non ſecun
dum debitum finem/ qui eſt conſeruatio iu-
ſtitie et correctio culpe/ erit appetitus ire vici
oſus et nominatur ira per vicium/ Alio mo-
do attenditur ordo rationis circa iram ꝙ̈tuꝫ
ad modum iraſcendi/ vt ſciliꝫ motus ire non
immoderate ferueſcat nec interius nec exte-
rius/ qđ quidem ſi pretermittatur nō erit ira
abſqꝫ peccato/ etiam ſi aliquis appetat iuſtā
vindictam. ¶ Circa tertium notandum vt
dicit ſanctus Thomas vbi ſupra/ ꝙ motus
ire poteſt eſſe inordinatus et peccatum du-
pliciter ſicut dictum eſt/ Uno modo ex par-
te appetibilis/ vtpote cum aliquis appetit in
iuſtam vindictam/ et ſic ex genere ſuo ira eſt
peccatum mortale/ quia contrariatur carita
ti et iuſtitie/ Poteſt tamen contingere ꝙ ta-
lis appetitus ſit peccatum veniale propter ī
perfectionem actus/ que quidem imperfectō
attenditur vel ex parte appetentis/ puta cum
motus ire preuenit iudicium rationis/ vel ex
parte appetibilis puta cum aliquis appetit ī
aliquo modico ſe vīdicare/ qđ quaſi nichil eſt
reputandum/ Ita ꝙ etiam ſi actu inferatur
non eſſet peccatum mortale/ puta ſi aliquis
parū trahat aliquē puerum per capillos vel
aliqud huiuſmodi/ Alio modo poteſt eſſe mo
tus ire inordinatus ꝙ̈tum ad modum iraſcē
di/ vtpote ſi nimis ardenter iraſcatur interi-
us/ vel ſi nimis exterius manifeſtet ſigna ire/
et ſic ira ſecundum ſe non habet ex ſuo gene-
re rationem peccati mortalis/ Poteſt tamen
contingere ꝙ ſit peccatuꝫ mortale/ puta ſi ex
vehemētia ire aliquis excidat extra dilectio-
nem dei ⁊ proximi/ et ſic patet ꝙ ira poteſt eſ
ſe pectatum mortale. ¶ Circa quartum no-
tandum ꝙ ad ordinationeꝫ hominis quo ad
actum iraſcendi octo pertinent. ¶ Primum
eſt vt homo non ex leui cauſa iraſcatur. pro-
uerbiorum octauo/ Spiritum ad iraſcenduꝫ
facilem ſuſtinere quis poterit/ Intolerabilis
eſt familiaritas iracundi/ prouerbiorum xxii
Noli eſſe amicus homini iracundo/ Qui fa
cile iraſcitur eſt ſicut domus de palea que de
facili comburitur/ Dominus talis domus
multum damnificatur/ ſic qui facile iraſcitur

ad ſybilū vnius verbi omīa bona ſua perdit/
eccleſiaſti.ii. Ve his qui perdiderunt ſuſtinē
tiam.prouerbiorum.xix. Qui impatiens eſt
ſuſtinebit damnum. ¶ Secundū eſt vt non
velociter iraſcatur/eccleſiaſtici.xii/ Ne ſis ve
lox ad iraſcēdum/ Jacobi prio. Sit omīs ho/
mo tardus ad iram/ Qui velox eſt ad iraſcē/
dum velox eſt ad ſe precipitandum et ad faci
endum ſaltū quo ſibi collum frangit/dum de
ſtatu amoris ad ſtatum odii tranſit. ¶ Ter
tium eſt ꝙ ire reſiſtatur ne homo ab ea ſupe/
retur. Job xxxvi. Non te ſuperet ira/ Multū
timēdū eſt ſuperari ab ira quaſi ab hoſte cru/
deliſſimo/et qui non habet miſericordiam/ ꝓ
uerbiorum.xxvii/ Ira non habet miſericordi/
am.cū ſecundum ſapientem ira furor breuis
ſit/ multū timendū eſt dominiū ire ſicut do/
miniū inſani. ¶ Quartū eſt vt ira cito ſedet
ad epheſeos.iiii. Sol non occidat ſupra ira/
cundiam veſtram/eccleſiaſtici xi. Aufer iram
de corde tuo/ Cito auferenda eſt ira de corde
ſicut ardens carbo de ſinu/ Job xxxii/ Ignis
eſt vſqȝ ad conſumptionem deuorās. ¶ Qui
tum eſt vt ira ſermone non indicetur/prouer
biorum.xii. Fatuus ſtatim indicat iram ſuā
glo/ Natura ire eſt vt prolata magis ferue/
at/occultata langueſcat/ prouerbiorū.xxvi.
Qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat.
¶ Sextum vt ira operari non permittatur/
cum ſit in tenebris animus iratus/non videt
quid ſit agendum/ Jo.xii. Qui ambulat in
tenebris neſcit quo vadat/ Opus qđ alias eſ
ſet commēdabile/ cuȝ ex ira procedit non eſt
commendabile. Jacobi.i. Ira viri iuſtitiam
dei non operatur. ¶ Septimum eſt vt iraſca
tur vicio non perſone/ Ira qua quis iraſcitur
vicio vtilis eſt/ De qua eccleſiaſtici.vii. Me
lior eſt ira riſu/quia per triſtitiam vultus cor
rigitur animus delinquentis. ¶ Octauum
eſt vt potius iraſcatur culpe proprie/ꝙ aliene
Seneca. Regum animos vidimus.illi obli
ti infirmitatis ſue/aliene deſeuiunt quaſi in/
iuriam acceperint/ Auguſtinꝰ/ Iraſceris ſer/
uo tuo ne peccet/ Iraſcere tibiipſi ne pecces.
¶ Circa quintum notandum ꝙ ſunt ſex re/
media contra iram. ¶ Primum eſt conſide/
ratio dñice paſſiōis/ Bernardus. Si paſſio
dñi ad mentem reuocetur/nichil adeo duruȝ/
qđ non equo animo toleretur / Quod reme
dium inſinuatum eſt in libro numerorū. ca.
xxi. vbi legitur ꝙ filii iſrael reſpiciētes ſerpē/
tem in palo ſanabantur a morſibus ſerpen/
tum ignitorum/vnus de ſerpentibus ignitis
eſt ira/a qua quis ſanatur ſi diligenter atten
dat/ ꝙ xp̄s in cruce paſſus eſt/ Tūc enim pa/
tienter ſuſtinebit/quicquid oportebit ꝓ amo
re xp̄i. ¶ Secundum eſt ſilentiū/vnde ſuper il
lud.prouerbioruȝ.xii. Fatuus ſtatim indicat
iram ſuam dicit glo/ Natura ire eſt vt prola
lata magis ferueat/occultata langueſcat. ꝓ
uerbiorꝫ xxvi. Qui imponit ſtulto ſilentium
iras mitigat/ Abbas yſaac requiſitus quare
demones eum timerent ait/ex quo factus ſū
monachus/ira non proceſſit extra guttur me
um/ Quāobrem dicit abbas ioſeph in colla/
tionibus patrum/colla.xvi.capi.xxv/ Ab hiis
qui ſoliditatis affectū cupiunt inuiolabilem
cuſtodire/pre omībus obſeruandum cenſemꝰ/
vt primuȝ quibuſlibet iniuriis laceſſitus nō
ſolum labia ſed etiam profunda pectoris ſui
monachus tranquilla cuſtodiat/ que tamen
ſi ſenſerit vel tenuerit fuiſſe turbata/omni ſe
metipſum taciturnitate contineat/ Et illud
qđ pſalmiſta cōmemorat diligēter obſeruet/
Turbatus ſum et non ſum locutus/ Et dixi
cuſtodiam vias meas/vt non delinquā in lin
gua mea/ Et poſui ori meo cuſtodiam cū con
habes qđ non accepiſti? ¶ Secunda cum ſi ſi
bi datū deſuper credunt: pro ſuiʒ nichilomi⸗
nus accepiſſe meritis putāt/ contra quos di⸗
citur ad ephe. ii/ gratia ſaluati eſtis. ¶ Ter
tia cum ſe iactant habere qđ non habent/ de
quibus dicitur. yſa. xvi. Superbiaʒ moab et
arrogantiam ego noui/ ⁊ ꝙ non ſit iuſta vir
tus eius. ¶ Quarta cū deſpectis ceteris/ ſin⸗
gulariter videri appetunt habere qđ habēt/
vt fuit de phariſeo extollente ſe ſupra publi
canū/ luce xviii. Hec ſunt ſpecies ſuperbie ſe
cundū gregorium. ¶ Circa ſecundum notan
dum ꝙ quadruplex in religioſis clauſtralibꝰ
ſolet ſuperbia reperiri. ¶ Prima eſt eorū qui
ſapientes ſe credunt/ et ideo ſuo ſenſu ſe rege
re volunt: et ſunt ſue voluntatis/ Bernar⸗
dus. Superbia ꝙ̄tum vis prudens videtur
eſſe: dimittenda eſt ⁊ abicienda/ Si enim ad
mittitur ſuperbus. prima die qua incipit ha⸗
bitare/ incipit leges dare/ prouer. xxvi. Vidi⸗
ſti hominē ſapientē ſibi videri/ tales non fa⸗
ciunt qđ eis dicitur/ et ſi prius volebāt ꝙ̄ eis
diceret/ Gregorius. Superba mens ad ea q̄
non appetit. nullis exhortationibus flectit/
ad ea vero que appetit ſponte querit cogi/ et
hec ſpecies precipue periculoſa eſt nouiciis.
Bernardus/ Nouiciū prudentem: inſipien⸗
tem ſapientem. diu in cella cōſiſtere poſſe im
poſſibile eſt/ Stultus fiat vt ſit ſapiēs/ ⁊ hec
omīs ſit eius diſcretio. vt in hoc nulla ſit eius
diſcretio/ hec eiꝰ omīs ſapientia ſit vt in hac
parte nulla ſit. ¶ Secunda eſt eorum/ qui de
ſpiciūt ſeculares et peccatores/ credētes ſe in
quinari ex conſortio eorū/ ſimiles iudeis de
quibus Jo. xviii. qui non introierunt in pre⸗
torium/ timebant enī inquinari cohabitatio
ne gentiliū/ et nō timebāt inquinari ſangui
ne xp̄i. De talibus. yſa. lxv. dicitur/ Recede
a me non appropinques. quia imundus es/
Iſti non attendūt/ ꝙ ſepe aliquis ducit vitaʒ
religioſam in mundo/ et in clauſtro vitam ſe
cularem. Et ꝙ aliqui ſeculares quo ad meri
tum ſunt clauſtrales: et econtra/ Gregoriꝰ
in examerō. Recti iudicis mutat merita or⸗
dinum qualitas actionū/ Et quidam etiā in
meliori ordine deteriores ſunt/ quia et iſti ſor
tem extremi habitus bene viuendo tranſcen
dunt/ et illi ſuperioris loci meritum non exe
quendo diminuunt. ¶ Tertia eſt eoruʒ qui
volunt habere in clauſtro qđ non habebant
in ſeculo/ vt delicias vel magnū nomen/ De
quibus Bernar. in omelia ſuper Miſſus eſt/
ita dicit. Qui antea in ſuo opido vł vico vix
cogniti fuerunt/ modo circūeuntes prouinci
as. curias frequentantes: regum notitias et
principum familiaritates aſſecuti ſunt/ Con
tra hoc eſt qđ dicit Auguſti. in regula. Qui
autem non habebant non ea querant in mo
naſterio/ que nec foris habere potuerūt/ Idē.
Nec erigant ceruicē/ ſi ſociātur eis ad quos
foris accedere non audebant/ ſed ſurſum cor
habeant et terrena vana non querant/ ne ī
cipiant monaſteria diuitibus eſſe vtilia/ non
pauperibus/ Dū diuites illic humiliantur:
et paupes illic inflantur. ¶ Quarta eſt eoꝝ

qui in clauſtro gloꝛiantur: vel ſuperbiunt de
diuiciis quas habuerunt/ vel de hoc ꝙ eas in
clauſtro contulerunt; vel de aliquibus que ī
ſeculo fecerunt/ Contra hoc Augu. in regula
loquitur. Non extollantur ſi comunivite ali
quid de ſuis facultatibus contulerint/ nec de
ſuis diuiciis magis ſuperbiant. ſi eas in mo-
naſterio partiuntur/ ꝙ̄ ſi eis in ſeculo frueren
tur. Quid prodeſt diſpergendo dare pau-
peribus. cuꝫ aīa miſera ſuperbioꝛ efficitur di
uicias contemnendo ꝙ̄ fuerat poſſidendo.
Et vt ait bernardus/ Secularis ad hoc ani-
mi indiciū eſt. hoc vnde et humilis habitus q
geſtatur a talibꝰ non ſancte nouitatis eſt me
ritū. ſed pꝛiſce vetuſtatis operculū. Circa
tertium notandū ꝙ ſecundū beatum bernar
dum duodecim ſunt gradus ſuperbie. Pri
mus curioſitas: que hiis indiciis agnoſcitur
ſecundū eundem bernardū. ſic dicentem/ Si
videris monachum oculis vagari/ caput ere
ctum habere: aures habere ſuſpenſas: ex mo
tibus exterioꝛis hominis interioꝛē hominē
eſſe mutatū cognoſcas. Secundus gradꝰ
leuitas. De quo ſic dicit Bernardus. Mo-
nachus enim qui ſui negligens. alios curioſe
circūſpicit: dum quoſdam ſuſpicit ſuperiores.
quoſdā deſpicit inferioꝛes/ In aliis quidē vi-
det qđ inuidet: in aliis qđ irridet. Inde fit ꝙ
mobilitate oculoꝛū leuigatus animus. nulla
vtiqꝫ cura ſui aggrauatus: modo per ſuper-
biam ad alta ſe erigit. modo per īuidiam ad
ima demergit. in altero nequā. in altero va
nus: in vtroqꝫ ſuperbus. Tertius gradus
eſt inepta leticia: cuius indicia vt ait beatus
Bernardus ſūt in ſignis leuitas. in frōte hy
laritas. in inceſſu vanitas. in ioco facilitas.
et in riſu pꝛonitas. Quartus eſt iactantia
de hoc bernardus ſic loquitur. Eſurit et ſitit
auditores. quibꝰ ſuas iactet vanitates. inuē-
ta autē occaſione loquēdi. ſi ſermo de litteris
exoritur vetera pꝛoferuntur et noua/ volant
ſnīe. verba reſonant ampuloſa. pꝛeuenit int-
rogantē. non querenti reſpondet. ipſe que-
rit. ipſe ſoluit et verba colocutoꝛis imperfe-
cta pꝛeſcīdit/ Si de religiōe agitur: ſtatim vi
ſiones et ſomnia pꝛoferuntur/ Laudat ieiu-
nia. cōmendat vigilias: ſuper oīa oꝛatiōes
exaltat. De patientia de humilitate de cete
ris virtutibus pleniſſime diſputat/ vt ſi audi
eris dicas: ex abundantia coꝛdis os loquitur
Si ad lubꝛica ſermo conuertitur. in hiis ꝙ̄to
aſſuetioꝛ. tāto loquacioꝛ īuenitur/ vt dicas ſi
audias os eius riuū eſſe vanitatis: fluuium
ſcurrilitatis: vt ſeueros quoſqꝫ ⁊ graues ani
mos in leuitatē concitet riſus. Quintus
eſt ſingularitas de quo Bernardꝰ ſic inquit
Turpe eni eſt ei. qui ſe ſupꝛa ceteros iactat. ſi
nō plus ceteris aliquid agat. per quod vltra
ceteros appareat: vt dicere valeat/ Non ſum
ſicut ceteri hoīm. nō tñ melioꝛ eſſe ſtudet: ſed
videri/ plus ſibi blanditur de vno ieiunio qđ
ceteris pꝛandentibꝰ facit. ꝙ̄ ſi cū ceteris ſeptē
dies ieiunauerit/ cōmodior ſibi videtur vna
oꝛatiūcula peculiaris: ꝙ̄ tota pſalmodia vni
us noctis. Sextus eſt arrogantia. de quo
Bernardus ſi loquitur. Cum autem ex hiis
que ſingulariter ſed inaniter agit apud ſim-
plicioꝛes eius opinio excreuerit. dū miſerum
beatificant ipſum in erroꝛē inducunt/ Cre-
dit nāqꝫ qđ audit: et qđ intendat non atten
dit. obliuiſcitur intentionem dū amplectitur
opinionē. qui licꝫ de oīn alia re plus credat
ſibi ꝙ̄ aliis: tamen de ſe ſolo plus aliis ꝙ̄ ſibi
vt iam non verbotenus aut ſola operū oſten
tatione ſuam pꝛeferat religionē: ſed intimo
coꝛdis credat affectu ſe omnibus ſanctioꝛem.
et quicquid de ſe laudatū agnouerit: nō igno
rantie aut beniuolentie laudatoꝛis ſed ſuis
meritis arroganter aſcribet. Septimus ē
pꝛeſumptio. qui ī hoc gradu eſt vt dicit Ber-
nardus plus de ſe ꝙ̄ de aliis pꝛeſumit/ pꝛimꝰ
in conuentibus reſidet/ in cōſiliis pꝛimus re-
ſpondet/ non vocatus accedit. non miſſꝰ ſe in
tromittit/ reoꝛdinat oꝛdinata. reficit facta. qc
quid ipſe non fecerit aut oꝛdinauerit non ri-
te factū. non recte exiſtimat oꝛdinatū/ iudicā
tes iudicat: iudicaturus pꝛeiudicat: ſi cum tē
pus aduenerit. non pꝛomouetur ad pꝛioratū.
abbatem ſuū aut inuidū iudicat aut deceptū
Si autem aliqua mediocris obedientia ei ī
iungatur: indignatur/ aſpernatur: arbitrās
ſe nō ī minoꝛibus occupandū. qui ſe ad maio
ra ſentit idoneū. Octauus eſt defenſio pec
cati. De quo Bernar. Si argutus fuerit de
clinare coꝛ eiꝰ videris: in verba malicie ī octa
uū gradū qui dicitur defenſio peccatoꝛū no-
ueris incurriſſe/ Multis eni modis fiunt ex
cuſationes in peccatis. aut eni dicit qui ſe ex-
cuſat non feci. aut ſi feci bene feci: aut ſi male
feci non multū male feci: aut ſi multuꝫ male

feci non mala intentione/ Si autē de illa ſi⸗
cut adam vel eua cōuincitur: aliena ſuaſione
excuſare ſe nititur. ¶ Nonus eſt ſimulata cō
feſſio/ que vtiqꝫ multo periculoſior eſt fallax/
et ſuperba cōfeſſio ꝙ etiā obſtinata defenſio.
de quo Bernardus ita dicit/ Sunt nōnulli
cū de apertioribꝰ arguūtur. ſcientes ꝙ ſi ſe de
fenderent non ſibi crederetur/ ſubtilius inue
niunt argumentū defenſionis. verba reſpon⸗
dētes doloſe cōfeſſionis/ Eſt quippe q̄ nequit̄
ſe humiliat: vultꝰ demittitur. corpus proſter⸗
nit̄. aliquas ſibi lachrymas extorquēt. ſi poſ⸗
ſunt verba gemitibꝰ vocē ſuſpiriis interrum
punt: ſed ſimulatio iſta cito deprehendit̄/ Va
ſa enī figuli probat fornax. et tribulatio con⸗
ſcientiā vere penitentis diſcernit/ Nā qui ve
raciter penitet. laborē penitentie non exhor⸗
ret: ſed quicquid ſibi pro culpa quam odit in
iungitur. patienter amplectit̄/ Cuius vero ſi
mulata confeſſio eſt vna vel leui contumelia
aut exigua pena. interrogatus iā humilitatē
ſimulare. iam ſimulatā diſſimulare non pōt/
murmurat frendet et iraſcit̄: ac per hoc in de
cimū gradū ſuperbie corruiſſe ꝓbatur. ¶ De
cimus eſt rebellio. de quo Bernardus ita lo
quitur/ Frontoſus mox et impudens factus/
tāto deterius q̄to deſperatius in rebellionē
corruit/ qui prius latenter arrogans fratres
contempſerat. iam patenter inobediens etiā
magiſtrū contemnit. ¶ Undecimus gradus
eſt. libertas peccandi. per quā monachus nec
magiſtrū. nec p̄elatū. nec fratres timet nec re
ueretur. q̄to ſecurius tanto liberius ſua deſi
deria implere delectatur. ¶ Duodecimꝰ gra
dus eſt conſuetudo peccandi. Bernar. Quā
terribili dei iudicio poſtꝙ prima flagitia im⸗
punitas ſequitur. experta voluptas libenter
repetitur. repetita blandit̄. cōcupiſcētia reui
uiſcente ſopitur ratio. ligat cōſuetudo. trahi⸗
tur captiuus in profundū malorū/ ita vt car
naliū deſideriorꝫ voragine abſorptꝰ ſue ratō
nis et diuini amoris oblitꝰ/ dicat inſipiens in
corde ſuo: non eſt deus/ iā indifferēter licitis
pro illicitis vtitur: iā ab illicitis patrādis co
gitandis. inueſtigādis: animꝰ. manus. pedes
nō ꝓhibent̄/ ſed quicqd in cor in bucā illis ad
manū venit. machinat̄ garrit et operat̄ mali
uolus. maliloquus. facinoroſus.

¶ Capitulū xxxi. de cauſis quibus ſuperbia
fugienda eſt/ ꝛ de remediis quibus vtendum
eſt contra merbum illius.

Circa tertiū principale notandum duo
decī cauſas eſſe inter alias/ ꝓpter quas
ſuperbia deteſtanda eſt. et potiſſime a
religioſis/ quos maxie cōuenit ab hoc diabo⸗
lico vicio eſſe alienos. ¶ Prima eſt qꝛ ſuper⸗
bia eſt caput et iniciū omniū peccatorū. eccle
ſiaſtici xi. Iniciū oīs peccati ſuperbia. Criſo
ſtomus/ Superbia principiū ꝛ mater. radix ꝛ
fons oīm malorū/ Quā ob cauſā dicit Augꝰ
ſuper iohannē. Cura ſuperbiam et nulla erit
iniquitas/ Bernar. in ſermone de ſancto an
drea/ Iniciū oīs peccati et cauſa totius perdi
tionis. ſuperbia/ Propterea quiſquis es qui
ſalutem tuā operari ſtudes. aduerſus hanc ſu
per caput tuū ſignū ſancte crucis habere me
mento. vt non eleueris in ſuperbiā: nō eleue⸗
tur cor tuū. ¶ Secunda cauſa. qꝛ ſuperbia eſt
maximū peccatorꝫ. quod ei eſt primū in quo⸗
libet genere. vt teſtatur philoſophus/ eſt maxi
mū oīꝫ in illo genere contentorū. ¶ Un̄ ſuper
illud p̄s. xviii/ Emūdabor a delicto maximo
dicit glo. viciū ſuperbie qd̄ eſt vltimū redeūti
bꝰ ꝛ primū recedētibꝰ vere eſt maxiꝫ/ Itē glo.
ſup illud p̄s. Inique agebāt vſqꝫquaqꝫ: dicit
maximū peccatū eſt ſuperbia ī hoīe/ ¶ Ubi no
tandū ꝙ maximū poteſt dici quintupliciter.
¶ Primo origine quia eccleſiaſtici x. dicitur.
iniciū oīs peccati ſuperbia. ¶ Secundo gene
re quia vt dicitur in glo. Superbia natione
celeſtis ſublimiū mentes inhabitat. ¶ Tertio
numeroſitate. qꝛ fere oēs ſuperbi ſunt. Unde
glo. addit ſub cinere latitās ꝛ cilicio. ¶ Quar
to temporis antiquitate/ qꝛ et hoc fuit primū
peccatū in diabolo. yſa. xiiii. Aſcendā in celū
et ero ſimilis altiſſimo/ Et in homīe gen̄. iii.
Eritis ſicut dii. ſcientes bonū et malū inquit
diabolus. ¶ Quinto magnitudine malicie ꝛ
iniquitatis. Augꝰ ſuper p̄s. cxviii. Quid ſup
bie malicia deterius/ que prepoſitum habere
non vult nec deum. Hieronymus ſuper p̄s
cxviii. Superbia nichil poteſt eſſe deterius.
Superbia enī a dei incipit iniuria/ que natio
ne celeſtis ſublimiū mentes inhabitat/ Ber⸗
nardus/ Que maior iniquitas ꝙ vt inde cre
ator a te contemnatur/ vnde plus amari me
rebatur/ que maior iniquitas. ꝙ cum de po⸗

tentia dei non dubitas quin te deſtruere poſ-
ſit qui condere potuit. cõfiſus tamen de mul
ta eius dulcedie qua ſperas eum nolle vindi
care cum poſſit: malum pro bono. odiũ tribu
as pro dilectiõe. q̃to magis ad alta feſtinas.
tanto magis ad occaſũ declinas. Tertia
ratio qr ex ſuperbia oriuntur ⁊ propagantur
multa mala. Ait enĩ Augꝰ in epiſtola ad quẽ
dam militem. De ſuperbia naſcuntur here-
ſes. ſciſmata. detractiones. inuidie. rixe. diſcẽ
ſiones. contentiones. elationes. preſumptio
nes. iactantia. verboſitas. vanitas. inquietu
do. mendaciũ periuriũ / et cetera huiuſmodi
que dinumerare per ſingula longũ eſſet. Vñ
apoſtolus ſcđe ad thimo. iii. Erunt homines
amantes ſeipſos. ecce ſuperbia. Sequitur. cu
pidi elati. ⁊c. In hoc tangitur turba viciorum
que ex illa oriuntur. Quarta ratio quia ſu
perbia eſt generatiua multorũ viciorũ et ſcã-
dalorũ. Spiritus enĩ ſuperbie eſt quaſi vẽtꝰ
incluſus in terra / qui agitatus generat terre
motũ vt ariſtoteles docet tertio metheororũ
et ſepe abſorbet domos et montes: Sic ſuper
bia concitat bella et terremotus magnos in
orbe. prouer. xiii. Inter ſuperbos ſemper iur-
gia ſunt. prouer. xiiii. Qui ſe iactat ⁊ dilatat
iurgia concitat. Et prouer. xxii. Arma et gla
dii in via ſuperbie. Quinta ratio quia ſup
bia facit hominẽ inhabilẽ et incapacẽ ad di-
uinã gratiã. Jaco. iiii. Deus ſupbis reſiſtit /
humilibus aũt dat gratiã. Bernardus. Ela
tũ cor expers eſt pietatis / ignarũ cõpunctio-
nis. ſiccũ ab omĩ rore gratie ſpiritualis / Sci
mus aũt ſuperbis non eſſe partẽ. vel ſocieta-
tem in ſorte ſanctorũ. Sexta ratio ſupbia
perimit et deſtruit germina omniũ virtutũ.
Unde caſſianus libro de inſtitutionibꝰ. Nul
lum aliud viciũ eſt quod ita oẽs virtutes ex
hauriat: cũctaqꝫ iuſtitia et ſanctitate homiẽ
expoliet atqꝫ denudet vt ſuperbie malũ / tan
q̃ generalis quidã atqꝫ peſtifer morbus. non
vnũ membrorũ partẽ ve eius debilitare con-
tentus: ſed ſolidum corpus letali corrumpit
exitio: ⁊ in virtutũ iã faſtigio collocatos gra
uiſſima ruina deicere ac trucidare conatur /
yſidorus. Superbia ſicut eſt origo oĩũ crimi-
nũ / ita et ruina cunctarũ virtutũ. Grego. Si
cut humilitas oĩa vicia eneruat. oẽſqꝫ virtu-
tes colligit et roborat: ſic ſuperbia oẽs virtu-
tes deſiccat et eneruat. hinc iob xx. Supbia

ventus vrens dicitur / qr oĩa deſtruit ſicut vẽ
tus vrens germina arborũ deſiccat et adurit
Septima ratio. Superbia excecat ratiõis
oculos. Gregoriꝰ in moralibus. Obſtaculũ
veritatis tumor mẽtis. Idem. lumen intelli-
gentie humilitas aperit: ſuperbia abſcondit
Math. xi. Abſcondiſti hec a ſuperbientibus
⁊ reuelaſti ea paruulis. Itẽ in regiſtro. Quiſ
quis ſuperbie tirãnidem captiua mẽte ſuſce-
perit / hoc primũ dãnum patitur: q̄ clauſo cor
dis oculo iudicii equitatẽ perdit / Nam cun-
cta que ab aliis vel bene geruntur diſplicent /
⁊ ſola que ipſe vel praua egerit placent. hinc
dicitur prouerbi. xxii. Superbus et arrogãs
vocabitur indoctus. Unde omnes hereſes et
oẽs alii errores periculoſi ex ſuperbia proue-
nerunt. Unde ſuper illud Jere. xlix. Arrogan
tia ⁊ ſuperbia cordis tui decepit te. glo. Dis
hereticus arrogans: quia ſuperbia facit here
ticũ. non ignorantia. Bernardus. Trabes ĩ
oculo grandis et groſſa ſuperbia in mente ẽ /
que quadã corpulentia ſui vana. non ſana nõ
ſolida. oculum mẽtis obſcurat / veritatẽ obũ-
brat: ita vt ſi tuã occupauerit mentem. illa tu
te videre iam te qualis es. vel qualis eſſe po-
tes non poſſis ſentire. Octaua ratio. ſuper
bia hominẽ imundũ reddit. Criſoſtomus ſu
per iohannẽ. Superbia intꝰ exiſtẽte oĩs nr̃a
vita imũda fit: etiã ſi ſobrietatẽ virginitatẽ
et ſi ieiuniũ orationes et elemoſinã et quecũ
qꝫ alia fecerimꝰ. Poeta. Si tibi gratia: ſi ſa
piẽtia formaqꝫ detꝫ. Inquinat egregios ad-
iuncta ſuperbia mores. Nona ratio. Sup-
bia hoiẽ deformat. Vñ quidã deſcribẽs ſup
bũ et quaſi depingens ait / q̄ ſuperbus eſt in-
tolerabilis. habitu ſuperfluus. inceſſu põpo-
ſus. ceruix erecta. facies elata. truces oculi.
v̄ba ⁊ facta ſua iactat: reuerẽtiã in obſequio
nõ ſeruat. De quo prouerbi. vi. dicitur. Hõ
apoſtata vir inutilis gradiẽs ore peruerſo / ã-
nuit oculiſ. terit pede. digito loquitur. prauo
corde machinatur malũ: et omĩ tempore iur
gia ſeminat. Itẽ Grego. in moralibꝰ. Cũctis
apud ſe ſupba cogitatione tumẽtibꝰ. ineſt cla
mor in locutõe. amaritudo ĩ ſilẽtio. diſſolutõ
in hylaritate. furor ĩ triſtitia. ĩhoneſtas ĩ acti
one. incõgruentia in imaginatõe. erectio in
inceſſu. rancor in reſponſione. Horum mens
ſemper eſt ad iracundas contumelias valida /
ad tolerãdas infirmitates ⁊ ad obediendum

pigra/ ad laceſſendū vero alios importuna/
ad ea que facere debet ⁊ preualet ignaua/ ad
ea que facere nec debet nec preualet parata/
Unde de ſupbo dicitur yſaie.ii. Quieſcite ab
homine/ cuius ſpiritus eſt in naribus eius.
Decima ratio ſuperbia eſt multū odibilis
et diſplicibilis deo/ Nichil enī ſic odit deus.
teſte beatiſſimo Auguſtino quomō ſuperbiā
prouer.vi. Sex ſunt que odit deus/ Oculos
ſublimes. glo.i. ſuperbiā/ Item prouer.viii.
Arrogantiā et ſuperbiā deteſtor/ Merito de
us ſuperbiā odit et deteſtatur/ Tum qꝛ vt di
cit beatꝰ Bernardꝰ in ſermone de vigilia na
tiuitatis xpi/ Qis ſuperbus extollitur ſupra
deū/ vult enī deus fieri voluntatē ſuā: et ſup
bus vult fieri ſuā/ Deus quidē in hiis tm̄ q̄
ratio approbat: ſuperbꝰ vero ⁊ cū ratiōe ⁊ cō/
tra rationē. ideo dicit Gregorius/ Cū oīa vi
cia fugiant a deo: ſola ſuperbia deo ſe oppo/
nit/ Tum qꝛ vt idē dicit in ſermone natiuita
tis xpi/ Elatus ꝙtū in ſe eſt deum inhonorat
non colit deū/ ſꝫ aduerſus deū extollitur im
pius plane et infidelis./ Que enī pietas niſi
cultus dei/ Quis ꝓo deū colit niſi qui volū
tarie ei ſubiectus eſt/ Quare clamat bernar
dus in ſermone quodā/ Fugite ſuperbiā fra/
tres mei. que tam velociter ipſū quoqꝫ cūctis
ſyderibꝰ clarius emicantem eterna caligine
obtenebrauit luciferū/ que nō ſolū angelum
ſed angelorū primū in diabolum cōmutauit/
Certi eſtote eū qui ſupbis nō pepercit: ange/
lis nec homībus parciturū. Undecima ra
tio. ſuperbia eſt odibilis homibus/ eccleſiaſti
ci x. Odibilis corā homibus ſuperbia/ Augꝰ.
aſſignans rationem dicit xix. de ciuitate dei.
/ Superbia odit pacē cū aliis/ et vult impone
re dominationem/ Et innocentius/ Super/
bia inquit cūctis importabilis omibus odio
ſa/ tu es ſemper pria· tu es ſemp vltima/ Nā
oē peccatū te accedente accedit/ et te receden
te recedit/ Bernardus in quibuſdā ſentētiis
/ Solos ſeſe putant eſſe ſupbi: ſolos appetunt
reputari/ Litteratus eſt odit ſociū/ aſtutus in
negociis ſecularibus/ neminē vellet ſimilē in
ueniri. Duodecima ratio ſuperbia multi
plici pena punitur/ Punitur ei ſuperbus pe
na multiplici/ Prima eſt ignominioſa con
fuſio. Job xl. Diſperge ſupbos in furore tuo.
Sequitur Reſpice cunctos ſupbos ⁊ confun
de eos. Secunda eſt illorum deiectio et de
preſſio ab honore/ eccleſiaſtici x. Sedes ducū
ſuperboruꝫ deſtruxit dn̄s/ Et infra/ Radices
gentiū ſuperbarū arefecit dn̄s et ꝑdidit me/
moriā ſupboꝝ. lu. p̄io/ Depoſuit potētes de
ſede ⁊ exaltauit huīles/ Innocētius li. de mi/
ſeria conditiōis humane/ Superbia turrim
euertit. linguas cōfudit. Goliam proſtrauit
Aman ſuſpendit. interfecit nicanorem. pere/
mit antiochū. pharaonem ſubmerſit. ⁊ ſenaſ
cherip interemit. Tertia eſt eterna dam/
natio. yſa.ii. Dies dn̄i ſuper omnē ſupbum
yſaie xviii. Ue corone ſuperbie/ Quare bea
tus io. criſo. ſup iohanē ait/ Supprimamꝰ
hanc inflationem ſi volumus eſſe puri: et ab
eo quod diabolo adiacet erui ſupplicio: quo/
niam hominem elatum eadem cum illo/ ſcꝫ
diabolo pati neceſſe eſt. Circa ſecundū no
tandum ꝙ aduerſus ſuperbie morbum pluri
ma dantur a ſanctis remedia. Primū eſt
conſideratio humane vilitatis tam in ortu ꝙ
in progreſſu/ et ꝙ in finali receſſu/ eccleſiaſti
ci x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis. Bernardꝰ
Uide vnde veneris ⁊ erubeſce/ vbi es et inge
miſce/ quo vadis et cōtremiſce/ Idem bernar
dus in ſermone quodam/ Quid tu ſuperbis
terra et cinis/ ſuperbientibus angelis deus
non pepercit. ꝙto magis tibi putredo et ver/
mis. Secundū eſt conſideratio propriorꝫ
defectuū quibus ſubiacet. Gregoriꝰ in ome
lia/ Sancti viri vt huīlitatis in ſe virtu/
tē cuſtodiant. cum que mirabiliter ſciunt: an
te mentis oculos ſtudent reuocare quod ne/
ſciunt/ vt dū ex parte infirmitatē ſuam conſi
derant: ex ea parte qua perfectus eſt eorum
animus ſe nō extollant/ Unde in vitis patrū
dicit quidā ſenex/ Quando cogitatio elatōis
interuenerit. ſcrutare conſcientiā tuā. ſi domi
ni mādata cuſtodiuiſti/ ſi inimicos diligis/ ſi
gaudes in aduerſarii glorificatione/ ſi contri
ſtaris in minoratione eius/ ſi cognoſcis te ſer
uū inutilē/ ſi recognoſcis te plus oībus pecca
torē/ Sic faciebat abbas moyſes qui in ſecu/
lo fuit magnus peccator: et poſtea magne pe
nitentie/ Cum enī temptabatur de elatione
recurrebat ad peccata ſua cogitāda. vn̄ facta
eſt ad eum vox demonum dicentium. Viciſti
nos. quia dum te exaltamus tu te humilias/
et ideo dicitur eccleſiaſtici.xi./ In die bonorū
ne imemor ſis maloꝝ/ Tertiū eſt cōſideratō
meliorū/ Nulla ei reſtat ſupbiendi occaſio. ſi

. C. q vᵉ.

conſideremus ꝙ parua ſūt bona noſtra incō
paratione ad illa. que alii innumerabiles fe-
cerunt. Gregorius. Non quibus iam ſuperi
ores. ſed quibꝰ adhuc inferiores eſtis aſpicite.
Sicut incentiuū ſuperbie eſt reſpectus deteri
orū: ita cautela humilitatis eſt conſideratio
meliorū. Auguꝰ. ad domandā ſuperbiā. Co-
gitare debemꝰ nullū eſſe hominē. qui nō poſ
ſet habere aliquod bonū qđ tu nondū habes.
et ſi lateat in quo ſine dubio poſſit te eſſe ſu-
perior. Quartū eſt cōſideratio incertitudi
nis valoris operū noſtrorū: et ꝙ qn̄qꝫ qđ re-
putamꝰ magnū. nichil eſt in oculis dei. Gre
gorius. Sordet interdū in oculis iudicis. qđ
fulget in oculis actoris. Quis ergo audet ſu
perbire de aliquibꝰ bonis operibus. cum nō
ſecundū ſuū iudiciū: ſed ſecūdū dei iudicium
veniant ponderanda. Preterea neſcit homo
an odio an amore dignꝰ ſit. eccleſiaſtes ix. ſed
oīa in futurū reſeruant̄ incerta. Gregorius.
Adhuc cūcta nobis demeritis noſtris incerta
ſunt. vt vnā certā gratiā teneamus humilita
tem. Quintū eſt conſideratio paupertatis
noſtre. q꞉ nichil habet homo ꝓpriū niſi mēda
ciū et peccatū. Ait gregorius ſuper iohan. Si
que aūt bona habet: a deo accepit. Vn̄ ergo
homo ſuperbit? Hac cōſideratione retondit
elationē ſuperbie. Apoſtolꝰ dicens. Quid ha
bes qđ non accepiſti? Si accepiſti quid glori
aris? Sextū eſt conſideratio breuitatis glo
rie huius ſeculi. pſ. Vidi impiū ſuperexalta-
tū et eleuatū. Et ſequitur. Trāſiui et ecce nō
erat. iob ii. Laus impiorū breuis. et gaudiuꝫ
ypocrite ad inſtar puncti. Si aſcenderit in ce
lū ſuperbia eius. et caput eiꝰ nubes tetigerit:
quaſi ſterquiliniū in fine perdet̄. Septimū
eſt conſideratio grauitatis curarū et anxieta
tū. quibus ſuperbus premit̄ et ſupponit̄. Ait
enī gregorius in moralibꝰ. ꝙto quiſqꝫ hic al
tius erigitur. tanto curis grauioribus onera
tur: eiſqꝫ ipſis populis mente et cogitatione
ſupponitur. Unde omis ſuperbia eo ipſo in
imo iacet. quo in alta ſe erigit. vt inde magis
ſuppoſita ſit. vnde cūctis preeſſe appetit. Ho
mo quippe in ſublimibus eleuatus. tātos ſu-
pra ſuſtinet. ꝙtos ſuppoſitos regit. Octa
uū remediū eſt conſideratio conuerſatiōis et
paſſionis xpi. Nā vt ait augꝰ libro iii. de ver
bis dn̄i. Medicina tumentis homis eſt hu-
militas xpi. Non enī homo periſſet. niſi ſup
biā ſuſcepiſſet. iniciū eī oīs peccati ſuperbia.
Contra iniciū peccati. iniciū iuſtitie neceſſa-
riū fuit. Si ergo iniciū oīs peccati ſupbia. vn̄
ſanaret̄ tumor ſupbie. niſi deus dignatꝰ eſſet
humilis fieri. Erubeſcat homo eſſe ſupbꝰ. qm̄
factꝰ eſt humilis deus. Itē idē augu. ſup io.
vt cauſa oīꝫ morboꝝ curaret̄. id eſt ſupbia: de
ſcendit ⁊ humilis factus eſt filius dei. Quid
ſuperbis homo? Deus ꝓpt̄ te humilis factꝰ
eſt. Puderet te fortaſſe imitari humilē hoīeꝫ
ſaltē imitare humilē deū. Quare ī gloſa ad
philippen̄ ii. exclamat auguſtinus dicens.
Quid intumeſcis o homo pellis morticina?
Quid tēderis. o ſanies feda. Quid inflaris?
princeps tuus hūilis eſt et tu ſuperbꝰ. caput
humile eſt: et membrū ſuperbū: abſit. Et ber
nardꝰ in ſermone de natiuitate dn̄i. Ad quid
fratres. ⁊ q̄ neceſſitas fuit. vt exinaniret ſe. hu
miliaret ſe. abbreuiaret ſe dn̄s maieſtatis. ni
ſi vt vos ſimiliter faciatis? Obſecro ꝑinde.
ſtudete huīlitati. que fūdamentū eſt cuſtoſqꝫ
virtutū. ſectamini illam que ſola pōt ſaluare
aīas veſtras. quid enī magis dignū? No-
nū eſt conſideratio diuine cōminatōis: yſaie
xxviii. ve corone ſupbie. flori decidenti. Et au
guſtinꝰ ſup canonicā iohannis. Ve homini
cuiꝰ auriga ſupbia eſt: neceſſe ei eſt vt p̄ceps
eat. Decimū eſt cōſideratio caſus eorū qui
ꝓpter ſupbie viciū deiecti ⁊ dānati ſūt. et ma
xime angelorū. Vn̄ de lucifero capite et ſup̄-
mo eoꝝ. qui ceciderūt dicit̄ yſa. xiiii. Quomō
cecidiſti lucifer de celo? Et luce x. Videbā ſa
thanā. tanꝙ fulgur de celo cadētē. Vn̄ dicit
Grego. in moralibus. Cōſideret hō quid ela
tus in terra mereatur: ſi etiam prelatus an-
gelus in celo proſternitur. Bernardus ſuper
cantica. Si deus ſic egit cū angelo ſuperbiē
te. quid de me fiet terra et cinere: ille ī celo in
tumuit: ego in ſterquilinio. Quis non tole-
rabiliorem in diuite ſuperbiā. ꝙ ī paupere di
cat? Ve michi. ſi tā dure in potēte illo anim
aduerſum eſt. pro eo ꝙ eleuatuꝫ eſt cor illius
nec ei profuit ꝙ cognata potentibus ſuper-
bia eſſe cognoſcatur. quid de me exigendū ē
et miſero et ſuperbo?

Capitulum triceſimum ſecundum de trice
ſimo ſexto ⁊ triceſimo ſeptimo inſtrumentis
vbi de vitāda ebrietate et immoderata cibo
rum auiditate.

Tricesimū sextū instrumentū est (Nō
esse vinolentū) id est amatorē vini siue
cum auidate multuz et excessiue vino
vtentē. Quē vero plurimū se concomitātur
saturitas ⁊ superbia ac rebelliōis temeritas
secundū illud ozee. Saturati sunt et eleuaue
rūt cor suū. Et illud deutero. Impinguatus
dilatatꝰ recalcitrauit: merito post instrumē-
tū de superbia vitanda. adiungit sanctus pa
ter instrumenta de fugienda ebrietate et cra
pulositate. De vino excessiue non vtendo dī
prouer.xxiii. Cui ve nisi hiis qui cōmorant̄ ī
vino: et student calicibus epotandis: glosa.
non vetat bibere vinū ad necessitatē sȝ mora
ri extra tempus ⁊ vtilitatē in vino: et euacu
andis certare calicibꝰ. Vñ ysa. Ve qui potē-
tentes estis ad bibendū vinū ⁊ fortes viri ad
miscendā ebrietatē. Ubi notandū ꝙ exces
siuus vini vsus vitandus ē quia inducit mul
ta mala. Primo quia bona oīa dissipat in
homīe: bona maxime gratie vsqȝ ad funda-
mentū eorū. scȝ vsqȝ ad fidē. Ecclesiastici.xx.
Uinū et mulieres apostatare faciunt sapien
tes a deo. sicut mater fidei continētia est: ita
perfidie mater ebrietas: bona etiā nature ex
terminat. Augꝰ. Ebrietas aufert memoriā
dissipat sensū: confundit intellectū: concitat
libidinē: inuoluit linguā: corrūpit sanguinē
oīa membra debilitat: vitā diminuit ⁊ oēȝ sa
lutē exterminat. Ambro. Ebriosus confūdit
naturā. amittit gratiaȝ. ꝑdit gloriā: incurrit
dānationē eternā. Secūdo turpissimū ho-
minē reddit. Innocētius libro de miseria ho
minis. Quid turpiꝰ ebrioso: cui fetor in ore
tremor in corpore. qui promit stulta. ꝑdit oc
culta. cui mens alienatur: et facies transfor-
matur. Et sequitur. Ebrietas verenda nuda
uit scȝ in noe. incestū cōmisit scȝ in loth: filiū
regis scȝ amon occidit. et principē exercitꝰ. s.
olofernē iugulauit. Tertio quidē prouocā
do ad irā et contumelias: dissipat fraternalē
concordiā et pacē. ecclesiastici.xxxi. vinū mul
tū potatū irritationē et irā ⁊ ruinas multas
facit. Petrus rauennas in sermone. Ebrie-
tas cedis mater. parēs litiū. furoris genitrix
petulentie est magistra. Quarto inflāmat
libidinē. Ex ebrietate ei quasi primogenita
filia generatur luxuria. prouer.xx. Luxurio-
sa quidē res est vinū et tumultuosa ebrietas.
Et ideo apostolus ad ephe.v. inquit. Nolite
inebriari vino in quo est luxuria. Quinto
subuertit sensū. Osee.iiii. Uinum ⁊ ebrietas
auferunt cor. Petrus rauēnas. Ubi regnat
ebrietas ratio exulat. intellectus obtunditur
consilia deuiant: iudicia subuertuntur. Et iō
dicit sapiens salomon ecclesiastes ii. Cogita
ui in corde meo abstrahere a vino carnē meā
vt aīm meū transferrē ad sapientiā deuitarē
qȝ stultitiā. vñ glo. ecclesiasti.xxxi. dicit. Ebri
etas multos subuertit que sensū minuit: irā
excitat: libidinē inflāmat: animi secreta reue
lat. Ideo ambro. ait. Fugiamꝰ ebrietatē per
quā cetera vicia vitare non possumꝰ. Tri
cesimū septimū instrumentum est (Non esse
multū edacē) id est nō esse crapulosū aut gu
losū. De quo ecclesiasti.xxxi. Utere quasi ho
mo frugi. hiis que tibi apponuntur. vt nō cū
manducaueris multū odio habearis. glosa.
Sobrietatē dilige. temperāter age. Ne quid
nimis: ne in scandalū confusionis incidas.
Ubi notandū ꝙ sobrietas cibi amanda est
ab oībus: ⁊ maxime a discipulo huius schole
Primo quia sobrietas cibi plurimū valet
ad vitā nature cōseruandā. ecclesiasti.xxxvii.
Noli esse auidus in omī epulatione: et nō te
effundas super omnē escam. In multis eni
escis erit infirmitas: et auiditas appropiqua
bit vsqȝ ad colerā. propter crapulā multi peri
erūt: qui aūt abstinēs ē adiciet vitā. Seneca
Potest nr̄a ꝓuidētia huic corpusculo longio
rem prolongare morā: si voluptates quibus
maior pars periit. poterimꝰ regere et coerce-
re. Scd̄o valet ad custodiā vite gr̄e. Sobri-
etas eni mater ē oīȝ virtutū: sicut econuerso
ebrietas oīȝ viciorꝝ. Ait origenes sup leui.vii
ysidorꝰ libro de sūmo bono. Sicut carnales
cupiditates resecant̄ abstinentia: ita oēs aīe
ꝟtutes edacitatis vicio destruunt̄: inde est ꝙ
pr̄iceps coquorꝝ muros ir̄l'm subuertit. qr vē
ter cui ml'titudo coquorꝝ deseruit: edificia vir
tutū ad solū redigit. Tertio qr sobrietatem
concomitat̄ aīe et corpis puritas. q̄admodū
eni teste beato ysidoro. escis libido crescit ⁊ ci
borū saturitas luxuriā suscitat: ita ieiunio li
bido restringit̄: ieiunio ⁊ abstinentia luxuria
superatur. Sequestrata autēȝ saturitate nō
dominatur luxuria. Quo circa vt ait glosa.
Mathei quarto. Diabolus victus de gula
non temptat de luxuria. Hieronymus. In
omnibꝰ exhibe te sobrium: vt te sobrietas ex

bibeat purū. Quarto ſobrietas diligenda
eſt/quia gula inter alia mala que facit. de tē
plo ſpiritus ſancti qđ eſt homo. ſecundum il
lud ſcđe corin. vi. Uos eſtis templuꝫ dei:ſter
quiliniū facit. Hieronỹ. Quanto ſtudio fu
gienda eſt gula. que corpus domeſticū ſpiri⸗
tꝰ receptaculū. reducit in ſterquiliniū:carnis
noſtre gloꝛiam reducit in lutum. Quin⸗
to quia gula aggrauat et diminuit lumē ra
tionis/ luce xxi. ait ſaluatoꝛ/ Attendite auteꝫ
vobis. ne foꝛte grauentur coꝛda veſtra crapu
la ⁊ ebꝛietate/quaſi diceret vt ait quedā glo.
Ne lumina mentis veſtre grauentur. Cura
nāqꝫ pꝛeſentis vite. et crapula. et ebꝛietas fu
gant pꝛudentiam/caſſant fidē. operātur nau
fragia/ Hieronỹ/ Gula eſt rationis ſepulcrū
hinc dicit ſanctus vir iob/ Sapientia non in
uenitur in terra ſuauiter viuentiū/ Seneca.
In copia ciboꝛū ſubtilitas impeditur/venter
pinguis tenuem ſenſū non gignit. Sexto
quia intemperantia eſt viciū maxime expro
babile:vt dicit ariſtoteles tertio ethicorum.
Cuius ratio eſt ſecundū ſanctum thomaꝫ/qꝛ
exprobꝛatio opponi videtur honoꝛi et gloꝛie/
Honoꝛ autē debetur excellentie:gloꝛia autē
claritatem impoꝛtat/ Eſt igitur intemperan
tia maxime exprobꝛabilis ꝓpter duo. Pꝛi
mo quia maxime repugnat excellentie homi
nis/ Eſt enī circa delectationes cōmunes no
bis et brutis. vnde et in p̄s dicitur/ Homo cū
in honoꝛe eſſet no intellexit/comparat us eſt
iumentis inſipientibus: et ſimilis factus eſt
illis. Secundo quia maxime repugnat eiꝰ
claritati vł pulcritudini inq̄tū ſcꝫ in delecta⸗
tionibus circa quas eſt intemperātia. minus
apparet de lumine rationis/ ex q̄ eſt tota cla
ritas:et pulcritudo v̾tutis/ Hinc dicit hiero.
Qui poſt carnē ambulant in ventrē et libi⸗
dinem pꝛoni: quaſi irratiōabilia aīalia repu
tantur/ Et ſeneca. Quoſdā ventri obediētes
loco numeremus aīalium non hoīm. Sep
timo quia gula generatiua eſt multe diſſolu
tionis/ Gregoꝛiꝰ in paſtorali/ Gule deditos
ſequitur ſuperfluitas locutionis:leuitas ope
ris atqꝫ luxuria/ ſecundū illud : ſedit populꝰ
manducare et bibere et ſurrexerunt ludere.

## Capitulum xxxiiii. de xxxviii et xxxix. inſtrumentis : vbi de ſomnolentia et pigritia euitandis.

Inſtrumentum triceſimū octauum eſt
Non eſſe ſomnolentū/ Quoniā cra
pula reddit hominem ſomnolentuꝫ et
pigrū:dicit enī baſilius. Monachus impe⸗
ditur a vigiliis. cū eſcaruꝫ largitate toꝛpeſcit:
rationabiliter ſanctus pater poſt inſtrumen
ta vitande gule:ſubiungit inſtrumēta de ſō⸗
no ⁊ pigritia fugiendis. Eſt autē ſomnolen
tia toꝛpoꝛ mentis et corporis/qua quis ad la
boꝛes vigiliaſqꝫ piger:facili ſōno reſoluit̾ ac
detinetur. Circa hoc notandū ꝙ multipli
ci de cauſa debet diſcipulꝰ cohibere ſe a ſom⸗
nolentia. ſiue amenitate ſomni. Primo quia
turpe et indecens eſt eſſe ſomnolentū/ Unde
dicit Augu/ Indecens eſt xp̄iano. ſi radius ſo⸗
lis eū ſanū in lecto inueniat. Item Ambꝛo.
Graue eſt. ſi te ocioſum in ſtratu ſol oꝛiēs in⸗
uerecundo pudoꝛe inueniat/et lux clara feri⸗
at oculos ſomnolento adhuc corpoꝛe. Se
cundo quia ſomnū nimiū concomitatur ege
ſtas bonoꝝ ſpiritualiū/ pꝛouerbi. xxiiii. Uſqꝫ
quo piger doꝛmis. quando de ſomno conſur
ges? Et ſequit̾/ Ueniet tibi quaſi curſoꝛ ege
ſtas: et mendicitas quaſi vir armatus. Hic
vt dicit glo. geñ xxviii/ Sancti laboꝛioſiꝰ dor
miunt ꝙ vigilant/quia in eo ꝙ actiōes ſecu⸗
li deſerētes ſuperant/ quotidie contra ſemet
ipſos pugnant. ne mens per negligentiā toꝛ
peat. ne ſubacto ocio ad deſideria ſuperna fri
geſcat. ne ſub diſcretionis ſpecie ſibi parcen⸗
do a perfectione langueſcat/ Unde legitur ī
vitas patrum de abbate daniele/qui tota no
cte vigilabat: et quando volebat circa mane
ꝓpter naturaꝫ dormire dicebat ſomno. veni
ſerue male:⁊ ſubripiebat pauxillū ſomni ſedē
do et ſtati ſurgebat. Tertio deſideriū lucri
et pꝛofectus ſpiritualis/ Ambꝛoſius ſup Be
ati īmaculati/ Si ſtudentes doctrinis ſecula
ribus parū ſōno indulgēt: q̄tomagis qui de
um cupiunt cognoſceꝛe. ſōno coꝛpoꝛis niſi q̄⸗
tū nature ſatis eſt īpendere nō debent/ Non
doꝛmiamus ergo totis noctibꝰ. ſꝫ maximam
partē lectioni et oꝛōni deputemꝰ. Quarto
qꝛ ſōnolentia ē nutrix vicioꝝ/ Catho. Plus
vigila ſemp ne ſōno deditꝰ eſto. Nā diutur⸗
na quies viciis alimenta miniſtrat. Quito
quia ꝑ ſōnū nō neceſſariū nature. fit tēpoꝛis
amiſſio/ Ber. q̄tū ad debitū cōtinui ꝓfectus
nichil ita deperit devita nr̄a. q̄ qđ ſōno depu
tat̾. Ouidius. Infelix tota qīucūqꝫ quieſcere

nocte ſuſtinet: et ſomnos premia magna vo
cat. Stulte quid eſt ſomnus gelide niſi mor
tis imago? Sexto quia diabolus maxime
illudit temptationibus multũ dormientes.
Hinc dicit hierony. ſuper Nauũ prophetam
ſemper diaboli ſtudiũ eſt vigilanter aĩas con
ſopire. Vñ in paſſione dñi apoſtolorum oculos
graui ſopore depſſit: quos ſaluator ſuſcitãs
ait. vigilate et orate ꝛc. Et prie petri v. Fra
tres ſobrii eſtote et vigilate: quia aduerſari
us veſter diabolus circuit querens quẽ deuo
ret: cui reſiſtite fortes in fide. Septio quia
vigilantibus promittit a deo benedictio. lu
ce xii. Beatus ille ſeruus quẽ cũ venerit dñs
inuenerit vigilantẽ. Bernar. ſuper cantica.
Aĩa que amat vigilat et obſeruat. et beata
quã dñs inuenerit vigilantem non tranſibit
eam abſq; benedictione ꝛ recedet ab ea non
relicta conſolatione. Aliqua alia pertinentia
ad iſtam materiã dicentur infra circa capitu
lum regule. xxii. ¶ Triceſimũ nonũ inſtru
mentum eſt (Non eſſe pigrũ) Pigritia autẽ
eſt tarditas cordis metu conſequẽtis laboris.
Hanc pigritia, vt dicit tullius eſt animi iner
tia vel fatigatio qua quis bonũ inchoatũ fa
ſtidit conſũmare. ¶ Ubi notandum ꝙ ſũma
vigilantia a diſcipulo huius ſchole pigritia
hec cauenda eſt: ſequuntur enĩ illaꝫ plurima
mala. Et ſpecialiter inter alia octo. Pri
mum eſt diſtractio cordis per vana deſideria
puer. xxi. Deſideria occidunt pigrũ. Et ſeqt
tota die cõcupiſcit et deſiderat. Secundũ ẽ
nociuorũ germinatio ſiue productio. Sicut
enĩ terra que non colitur. ſpinas tribulos ali
aſq; inutiles herbas generat: ita terra cordiſ
hominis pigri eſt. prouer. xxiiii. Per agrum
hoĩs pigri tranſiui et per vineaꝫ ſtulti viri: et
ecce totũ repleuerant vrtice. operuerant faci
em eius ſpine. glo. Quia in corde negligen
tiũ prurientia terrena deſideria. ꝛ punctiões
pullulant viciorũ. Tertiũ eſt deſtructio edi
ficii virtutũ. eccleſiaſtes. x. In pigritiis humi
liabitur contignatio. glo. i. edificiũ virtutũ.
Quartũ eſt ſterilitas bonorũ operum. p
uerbi. xxi. Omis piger in egeſtate eſt. Et pro
uer. xxiiii. vſq; quo piger dormis? Sequitur
veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua: et mendi
citas tua quaſi vir armatus. Quintũ eſt
cõfuſio et improperiũ. eccleſiaſtici. xxii. In la
pide luteo lapidabitur piger: et oĩes loquẽ
tur ſuper aſpernationẽ illius. De ſtercore bo
um lapidandus eſt piger. Et omnis qui teti
gerit eũ. glo. cõmunicando negligentie eius
excutiet manus ſuas. glo. pigritia malorũ in
bono opere torpentiuꝫ per apertam ſtultitie
operationem a predicatoribus improperabi
tur. Sextũ eſt diſplicentia dei. prouerbi. x
Sicut acetũ dentibus et fumus oculis: ſic pi
ger hiis qui miſerunt eũ. Senſus eſt. ſic ſer
uus piger moleſtat dñꝫ. Item apoca. iii. Uti
nam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepi
dus es. incipiã te euomere ex ore meo. calid⁹
eſt qui feruẽs ẽ ad bonũ. frigidus qui ſimpli
citer deſiſtit. tepid⁹ qui medio modo ſe habet
et remiſſe. Et dicit glo. interli. ꝙ maior ſpes
eſt de frigidis ꝗ̃ de tepidis. cui⁹ rei hec eſt cã.
quia tepidi quandaꝫ fiduciã accipiũt de hoc
ꝙ aliquid boni faciunt: et ideo nõ ſe corrigũt
hierony. in epiſtola. Sicut dñs non vult mor
tem peccatoris ſed vt conuertatur et viuat:
ita tepidos odit. et cito ei nauſeam faciunt.
Et ideo econuerſo de gratia quã habet apud
dominum ſeruus velociter et ſtrenue ſeruiens
dicitur prouer. xxii. Uidiſti hominẽ velocem
in opere ſuo: coram regibus ſtabit. Septi
mũ remiſſio celeſtiũ deſideriorũ. prouer. xxvi
Abſcondit piger manus ſub aſella ſua: et la
borat ſi ad os ſuũ eas conuerterit. Bernard⁹
in ſermone. Tepeſcimus proceſſu temporis
a feruore noſtre conuerſationis. paulatim re
frigeſcit caritas. abundat iniquitas. Et heu
cõſũmamur in carne qui ſpiritu ceperamus.
Octauũ eſt priuatio eterne gratie. prouer
biorũ xx. Propter frigus piger arare noluit:
mendicabit ergo in eſtate. glo. interli. in die
iudicii. Gregorius. Nemo in huius vite iti
nere torpeat: ne in patria locum perdat.

¶ Capitulũ xxxiiii. de xl. et xli inſtrumentis: vbi de murmuratione et detractiõe vitãdis.

Quadrageſimũ inſtrumentũ eſt (Non
eſſe murmuroſũ) Recte ſanctus pater
poſt inſtrumentũ de vitanda pigritia:
ſubiungit inſtrumentum de murmuratione
fugienda. quia pigritiam preſumptio diſcre
tionis comitat: vñ ſepe oritur murmur et de
tractio. ſcdꝫ illud puer. xxvi. Sapientior ſibi
piger videt ſeptẽ viris loquẽtib⁹ ſententias.

gloſa. id eſt viris ſeptiformi gratia imbutis.
¶ Murmuratio autē videtur eſſe oblocutio i⸗
debita cōtra factū vel dictum alicuius facta
¶ Ubi notandum primo ꝙ multiplex eſt ge
nus murmuris. Eſt enī quoddā genus mali
gnitatis ſicut cū quis murmurat cōtra dicta
vel facta bonorū vilipendo: et ſiniſtra interp̄
tatione damnando. Sicut de phariſeis ⁊ ſcri
bis legitur luce v. ꝙ murmurabant de xp̄o ꝙ
comedebat et bibebat cū peccatoribus. ¶ Ali
ud eſt impatientie in aduerſis. ¶ Et ſunt qui
non poſſunt ſuſtinere aliquid tribulationis
vel laboris quin ſtatim murmurēt. De quo
numeri xi. Ortum eſt murmur populi quaſi
dolentiū pro labore contra dn̄m. ¶ Aliud eſt
elationis et inuidentie et eſt eorum qui eo ꝙ
non aſſumuntur ad honores et officia mur⸗
murāt. De quibus numeri xvii. loquitur do
minus ad moyſen. Cohibebo a me q̄rimoni
as filiorū iſrael quibus contra vos murmu⸗
rant. ¶ Aliud eſt gule et eſt eorum qui mur
murant : eo ꝙ non reficiuntur ad ſaturitatē
ſeu ad voluptatē eorum. de quibus in p̄s. Si
vero nō fuerit ſaturati murmurabūt. Utrū
qꝫ genus horū eſt malū et deteſtabile. ſapi. i.
Cuſtodite vos a murmuratione que nichil p̄
deſt ſed plurimū nocet. ¶ Circa qd̄ inſtrumē
tum dimiſſis multis aliis que dici poſſet: de
duobus fiet ſermo. ¶ Primo ponentur quī
qꝫ conſiderationes que diſcipulū huius ſcho
le debent compeſcere a murmure impatiētie
in aduerſitatibus contra deum. ¶ Secundo
ponentur alie quinqꝫ conſideratiōes que di⸗
ſcipulum huius ſchole retrahunt a murmu⸗
ratione contra prelatos locū dei in cōgrega⸗
tione tenentes. ¶ Pria conſideratio eſt pati
entie xp̄i et ſanctorū. De xp̄o dicitur pſa. liii
Quaſi agnus coraꝫ tondente ſe obmuteſcet
et non aperiet os ſuū. Auguſtinus. Omnia
terrena contempſit homo deus: vt ab homi⸗
nibus cōtemnenda monſtraret et oīa aduer
ſa ſuſtinuit vt ſuſtinenda doceret: vt nec in il
lis quereretur felicitas: nec in iſtis timeretur
aduerſitas. De ſanctis vero cantat eccleſia.
¶ Non murmur reſonat non querimonia : ſed
corde tacito mēs bene conſcia conſeruat pa⸗
tientiā. ¶ Secunda conſideratio eſt ꝙ mur
mur de pena aut tribulatiōe eſt murmur cō⸗
tra deum. qd̄ eſt grauiſſimū peccatum : quia
ſecundū qd̄ dicitur amos iii. Non eſt maluꝫ
ī ciuitate qd̄ deꝰ nō fecerit. De grauitate hu
ius peccati dicit Auguſtinus ſuper p̄s. xciii.
Murmuras aduerſus deū: quia fur nō mo⸗
ritur. appende in ſtatera equitatis furem et
blaſphemum. Jam dicis quia fur non es: ſed
murmurando aduerſus deū blaſphemus es.
¶ Tertia conſideratio eſt quia nichil niſi re
ctum et iuſtum poteſt deo placere. Gregoriꝰ
in moralibus. Si recta deo placere ſcimꝰ pa
ti autē nulla niſi que deo placent poſſumus
iuſta autē ſunt cuncta que patimur. Et val⸗
de iniuſtū eſt ſi de iuſta paſſiōe murmuramꝰ.
¶ Quarta conſideratio eſt diuine ſapientie
et noſtre inſipientie. Nos autē neſcimus qd̄
nobis expediat an aduerſitas an p̄ſperitas.
¶ Scit autē celeſtis medicus inquit Auguſtinꝰ
quid nobis daturus ſit ad conſolationem: et
quid ſubtracturus ad emendationē. pſa xlv.
Ue qui contradicit factori ſuo. ¶ Quinta cō
ſideratio eſt diuine beniuolentie : quia deus
quos amat corripit et caſtigat. prouerbi. iii.
Diſciplinā dn̄i ne abicias: ne deficias cū ab
eo corriperis. Quē eī diligit deus corripit ⁊
quaſi pater in filio complacet ſibi. vbi gloſa
ait. Tanto ergo minus de flagello quo caſti
gamur murmurare debemus : q̄to certius ī
eo paterne dilectionis pignus tenemus. vn̄
ipſe ait. Ego quos amo corrigo et caſtigo.
Quare gregorius ait. Jlle ſolus de flagello
murmuret qui animum precurſoris ignorat
¶ Circa ſecundū videlꝫ circa murmur religi⸗
oſorū aduerſus prelatos ſuos ponuntur etiā
alie quinqꝫ conſiderationes que habent diſci
pulum compeſcere ab huiuſmodi murmure.
¶ Prima eſt ꝙ murmurare contra prelatū xp̄i
locūtenentem eſt murmurare contra deum.
Cum enī omīs poteſtas ſit a deo : manifeſtū
eſt ꝙ qui poteſtati reſiſtit dei ordinationi re⸗
ſiſtit vt dicit apoſto. ad ro. xii. Et ita qui mur
murat contra poteſtatem contra deū dicitur
murmurare. Unde Gregorius. Qui enim
contra ſuprapoſitam ſibi poteſtatē murmu⸗
rat. liquet ꝙ eū redarguit qui eandem pote⸗
ſtatem homini dedit. Et ideo dicit Moyſes
exo. xvi. Non eſt murmur veſtrū contra nos
ſed contra dn̄m deū. ¶ Secunda conſidera⸗
tio eſt quia hoc peccatū excludit a regno celo
rum. Sicut enī viciū murmuris filios iſrael
tranſeuntes per deſertum excluſit a terra p̄⸗
miſſionis licet fuerit eis promiſſa multotiēs

numeri.xiiii. Omnes qui murmuraſtis con-
tra me non intrabitis in terraz ſuper quā le-
uaui manū meam vt habitare vos facerem:
ſic etiam nunc excludit a regno celoꝝ. Gre-
gorius. Regnū celoruz nullus qui murmu-
rat accipit: et nullus qui accipit murmurat.
Tertia eſt quia hoc peccatum grauiſſime
et horribiliter punitur a deo. tam in preſenti
ꝙ̄ in futuro. Propter hoc eī peccatū murmu-
ris maria ſoror moyſi percuſſa eſt lepra. nu-
meri xii. Propter hoc peccatuz ignis diuin⁹
accenſus deuorauit extremam partē caſtroꝝ.
numeri.ix. Propter hoc peccatuz dathan et
abiron abſorpti ſūt a terra viuentes. numeri
xvi. Propter hoc peccatū miſit deus ſerpen-
tes ignitos in populuz qui eos ſubito come-
debant. numeri.xxi. Quarta conſideratō
eſt quia viciū murmuris eſt plurimū pertur-
batiuū et corruptiuū ſocietatis bonorū. Adu-
latio enī et mendaciuz et alia multa ſimilia
non ſunt ita ſui diffuſiua et contagioſa alio-
rum ſicut murmur. Sicut eī vno porco grū-
niente alii idem incipiunt: Ita murmuratio
vnius facile inducit alios ad murmuranduz
et ita tota congregatio conturbatur. ſicut dī
nume. xiiii. de illis quos miſerat moyſes ad
conſiderandum terrā: qui reuerſi murmura-
re fecerunt contra moyſen omnē multitudi-
nem. detrahētes terre ꝙ eſſet mala. Et ideo
dicit beatus Bernar. Nichil ſic horrendū vt
murmur. et diſſenſio in cōgregatione. Qui-
ta conſideratio eſt quia hoc peccatuz mutat
hominē de ſtatu religioſo ad ſtatū non religi-
oſum. Unde paſtor abbas dicit in vitis pa-
trū. Qui queruloſus eſt: monachus nō eſt.
Quadrageſimū primum inſtrumentū eſt
(Non eſſe detractorē) De quo inſtrumēto
dicitur prouer.iiii. Remoue a te os prauū: ⁊
detrahentia labia ſint procul a te. Et ſapi.i.
A detractione parcite lingue: quia ſermo ob-
ſcurus.i.occultus in vacuū non ibit. Detra-
ctio autem vt ait hugo de ſancovictore: eſt lo-
cutio ex inuidia procedens. bona aliorū deni-
grans. Et anſelmus in libro de ſimilitudini-
bus. Detractio eſt quotienſcunqꝫ aliquis de
aliquo ea intentione aliquid dicit. vt ipſe mi-
nus amari vel minus appreciari poſſit. Et
bernar. Omnis qui detrahit oſtendit primū
ipſum vacuum caritate: deinde intēdit vt is
cui detrahitur veniat in odiū et contemputz

illis apud quos detrahit. Ubi notande ſūt
quinqꝫ conſiderationes que diſcipulum ha-
bent compeſcere ab hoc detractionis vicio.
Prima quia eſt graue peccatū detractio
cum ex iam dictis repugnet caritati: manife-
ſtum eſt. ꝙ ſecundū ſuam rationē ſit peccatū
mortale. Augu. in ſermone quodaz quadra-
geſime. Omnino abſcinde a lingua tua vici-
um detractionis: alienā vitam non laceres.
Detractio enī graue peccatum eſt. et grauis
damnatio eſt. Et ideo apoſtolus iacob⁹ hor-
tatur dicens. Nolite detrahere fratres mei
qui detrahit fratri: detrahit legi. glo. ne leue
peccatū puteꝫ detrahere addit: legi detrahit
que ſcꝫ detractionem ꝓhibuit. Secunda
conſideratio eſt qꝛ hoc viciū eſt odibile ſingu-
lariter deo. ad ro.i. Suſurrones detractores
deo odibiles vbi glo. ait. Ne leuia putentur
ſuſurratio et detractio. quia in verbis ſūt: ad-
dit apoſtolus de eis: deo odibiles. Tertia
conſideratio quia hoc vicium eſt multū odibi-
le hominibus. prouerbi.xxiiii. Cogitatio ſtulti
peccatū eſt. et abominatio hō detractor. Ra-
tio. Detractor enī ledere nititur famā et in-
ficere honorē hominis: in hoc peior quocūqꝫ
fure. Nam vt dicitur prouer.xxii. Melius ē
nomen bonū. ꝙ̄ diuicie multe. Un̄ detractor
comparatur ſerpenti. eccleſiaſtici.x. Si mor-
deat ſerpens in ſilentio: nichil eo minus ha-
bet. qui occulte detrahit. Serpens eſt aīal ve-
nenoſū. proditioſum. in ſilentio mordēs. tor-
tuoſe incedens. terram comedens: ſic detra-
ctor linguam venenoſaz habet. Itē proditor
retro īcedit. illos eī retro quos preſens ama-
re ſimulat in ſilentio mordet. Nec enī detra-
hit niſi vbi de ſilentio confidit. Terram co-
medit: quia qđ terrenū et infimū in homie ē
hoc in ore ſuo verſat. Nam vt ait hierony⁹.
Callidi detractores rumores peſſimos ſerūt
Quarta conſideratio eſt. ꝙ hoc viciū plu-
rimum nocet ipſi detrahenti. Eſt enī detra-
ctio tanꝙ̄ ignis in corde torquēs ⁊ moleſtās
ſuū poſſeſſorē. Detractor enī nunꝙ̄ caret in-
uidia. Unde detractio dicitur eſſe ſicut vipe-
ra. que anteꝙ̄ quēquā alium ledat. propriam
matrem in vtero exiſtens corrodit vulnerat
et occidit. Quinta conſideratio eſt. ꝙ hoc
vicium non modo detrahentem: ſed etiā au-
ditores inficit. hierony. Tanta eſt diſtantia
inter fornicātē et detrahentem. ꝙ ille qui for

nicatur ſe tantum interficit: ille qui detrahit
ſe et auditoꝛes. Bernar. ſuper cantica. Unꝰ
eſt qui loquitur et vnū tantum verbū pꝛofert
et tamen illud vnū verbum vno in momen-
to multitudinis audientiū dum aures tranſ
figit aīas inficit. eccleſiaſtici. xxi. Dētes leo
nis dētes eiꝰ interficiētes aīas hoīꝫ. Caſſio-
doꝛus in glo. Dentes dicti ſunt a demendo:
ideo pulcre lingue detrahentiū dentes vocā-
tur. quia ſicut illi ciboꝝ partes demunt. ita ⁊
iſti opiniones hoīm corrodunt.

¶ Capitulum xxxv. de xlii. et xliii. inſtrumen
tis: vbi de ſpe ſemper deo committenda et de
gratiarum actione deo ſemper facienda.

Quadrageſimū ſecundū inſtrumentuꝫ
eſt (Spem ſuā deo cōmittere) Quo-
niam ad vincēdū diaboli temptamē-
ta plurimū valet ſpes vel fiducia in deo. ſecū
dū illud p̄s. Qui confidūt in dn̄o ſicut mōs
ſyon non cōmouebitur. Congrue ſanctus pa
ter poſt inſtrumenta quibus diſcipulus āmo
nitus eſt vitare peccata: ſubiungit inrſtumen
tum de ſpe et fiducia habenda in dn̄o qui ſal
uos facit ſperantes in eū. ¶ Ubi notandū pꝛi
mo ꝙ diſcipulus merito docetur ſpem ſuam
deo cōmittere: quoniam eſt potētiſſimus in
adiuuando. eccleſiaſtici. ii. Nullus ſperauit ī
dn̄o. ⁊ confuſus eſt. p̄s. In te confido non eru
beſcam. Et ideo dn̄s ait Jo. xvi. Confidite:
ego vici mundū. ¶ Secundo quia eſt ſapien
tiſſimus in conducendo. ſapien. iii. Qui con
fidunt in illū intelligent veritatem. Et ideo
dicitur Jere. xvii. Beatus vir qui ſperat ī do
mino: et erit dn̄s fiducia eius. Erit quaſi li-
gnū qđ plātat ſup aquas: qđ ad humoꝛē mit
tit radices ſuas. et non timebit cum venerit
eſtus. Et erit foliū eius viride: et in tempoꝛe
ſiccitatis non erit ſollicitū: nec aliquando de
ſinet facere fructū. ¶ Tertio quia eſt libera-
liſſimus in condonando. tren. iii. Bonus eſt
ſperantibus in eum. Math. ix. Confide fili
remittuntur tibi peccata tua. ¶ Secundo no
tandum ꝙ dicit cōmittendam ſpem deo: qꝛ ī
eo ſolum virtus et oīs ſalus noſtra conſiſtit.
dicente propheta. In deo ſalutare meū ⁊ glo
ria mea deus auxilii mei: et ſpes mea in deo
eſt. p̄s lxi. Auguſtinꝰ ſuper p̄s. lxx. Tota ſpes
noſtra ī deo ſit. Nichil quidē de nobis tanꝙ
de noſtris viribus pꝛeſumamus. ne noſtrum
faciētes qđ ab illo eſt: etiā qđ accepimꝰ amit
tamus. Quidā ponūt ſpem ſiue confidentiā
ſuam in virtute ſua: ⁊ hii faciliter mouentur
vt paſſer. De quibus dicitur in p̄s. Qui cō-
fidunt in virtute ſua et in multitudine diui-
ciarum ſuarum gloꝛiantur. Auguſtinus ſup
p̄s. xc. Ne quiſꝙ ſpem in ſe ſuam ponat: ſed ī
illo in quo ſunt omnes vires noſtre. Ex adiu
toꝛio enī illius vincimus: non ex noſtra pre-
ſumptione. Quidā confidunt in diuiciis: et
hii cito coꝛruunt. De quibus pꝛouerbioꝝ. xi
Qui confidit in diuiciis coꝛruet. Alii confi-
dūt in parentibus: et hii ſūt maledicti. Jere-
mie xvii. Maledictus qui confidit in homīe
et ponit carnē bꝛachiū ſuū. Alii confidunt in
pꝛincipibus: et hiis non eſt ſalus. p̄s. Nolite
confidere in pꝛincipibus in quibus nō eſt ſa-
lus. Alii in pꝛomiſſionibus hominum: et hii
frequenter fallūtur. De quibꝰ. iere. vii. No
lite confidere in verbis mendacii. ¶ Qua
drageſimū tertiū inſtrumentum eſt (Bonū
aliquod in ſe cū viderit deo applicet id eſt tri
buat non ſibi. Malū vero ſemper a ſe factū
ſciat ⁊ ſibi īputet) Senſus eſt. bona que agit
diſcipulus non a ſeipſo: ſed a deo illa cogno-
ſcat habere. a quo omne datū optimuꝫ eſt et
omne donū perfectum deſcendit. iaco. i. De
quo dicitur yſa. xxvi. Oīa opera noſtra ope-
ratus eſt in nobis. Unde vt dicit Auguſtinꝰ
de libero arbitrio ⁊ gratia. dona ſua coꝛonat
deus: non merita noſtra. Agat ergo gratias
deo. a quo eſt quicquid boni eſt. Optima enī
cuſtos beneficioꝛum eſt ipſa memoria et per
petua confeſſio gratiarū. Malū vero a ſe fa
ctum ſciat: dicente dn̄o per prophetā. Perdi
tio tua ex te iſrael. glo. Tu ipſe es cauſa tue
perditionis: tantūmodo ex me auxiliū tuuꝫ.
Oſee xiii. Agende ſunt gratie oīno deo. quia
vt ait Bernardꝰ. Peremptoꝛia res eſt ingra
titudo. hoſtis gratie. inimica ſalutis. exinani
tio meritoꝝ. virtutū diſperſio. beneficioꝛum
perditio. ventus vrens. ſiccans ſibi fontē pie
tatis. roꝛem miſericoꝛdie: fluenta gratie dico
ego. quoniaꝫ pꝛo meo ſapere. nichil ita diſpli
cet deo pꝛeſertim in filiis gratie ⁊ in filiis cō
uerſionis: quēadmodū ingratitudo. vias eī
obſtruit gratie. et vbi fuerit illa: iā gratia ac-
ceſſum non inuenit. nec locū habet. Uerū qꝛ
de materia huius inſtrumenti. ſatis dictū eſt

in prohemio huius: parũ hic loquendum eſt.
¶ Notandũ autem ꝙ diſcipulus de bonis ſu
ſceptis a deo debet gratias agere quadrupli
citer. Primo deuote et iocunde. quia dñs
liberaliter et ſine meritis tribuit. pſa. xlvi.
Gaudiũ et leticia inuenitur in ea gratiaruꝫ
actio et vox laudis. Bernardus in ſermone
de capite ieiunii. Siquidẽ fluminis aqua ſi
ſtare ceperit putreſcet. Sic plane gratie ceſ-
ſat decurſus vbi recurſus non fuerit. nec mo
do aliquid augetur ingrato: ſꝫ qđ acceperat
ei vertitur in perniciem. Fidelis autẽ in mo
dico cenſetur dignus munere ampliori. Re
funde igitur in eũ qui ſupra te eſt. quicquid de-
uotionis. quicquid delectationis. quicquid af
fectiõis: vt ſi qua eſt in te gratia referatur ad
ipſum. Nec tuam queras gloriam ſed ipſi⁹
Idem alibi. Oportet glorioſũ eſſe hominem
et deuotũ: qui percepta gratie munera ma-
nere ſibi deſiderat et multiplicari. Secun
do magnifice quia magna dant nobis a deo
Non ergo tantũ verbo et lingua: ſed opere ⁊
veritate exhibeamus nos gratos. Non enĩ
gratiarũ dationem ſed gratiarum actionem
exigit a nobis dñs deus noſter. Magnifice
ergo deo qui magna tribuit gratiarũ actio-
nes ſũt exhibẽde. ſcđi macha. i. De magnis
ꝑiculis a deo liberati magnifice gratias agi
mus. Tertio aſſidue quia continue diſci
pulus beneficia a deo ſuſcipit ꝑs. Benedicã
dñm in omni tẽpore ſemper laus eius in ore
meo. Et ad epheſeos v. Gratias agens ſẽp
deo. Criſoſtomus. Admoneo vos vt dñꝫ ſem
per benedicatis. Si venerint mala benedici
te et diſſoluentur mala: ſi proſpera venerint
benedicite et perſeuerabunt. Caſſiodorus ſu
per ꝑs. Jugiter ſibi ſubuenire facit cui colla
tum beneficiũ ante oculos ſemper aſſiſtit.
Quarto integre quia omĩa bona noſtra
a deo ſunt: et oĩa que nobis a deo donantur
bona ſunt. prĩe theſſa. v. In omĩbus gatias
agite. Bernardus. Diſce in referendo gra-
tias nõ eſſe tardus aut ſegnis. Diſce ad ſin-
gula dona gratias agere. Diligẽter igr̃ cõ
ſidera que tibi apponuntur vt nulla videlicꝫ
dei dona debita gratiarum actione fruſtren
tur. non grandia: non mediocria: non puſil-
la: vnde debemus colligere fragmẽta ne pe-
reant.

¶ Capitulũ xxxvi. de xliiii. et xlv. inſtrumẽtis
vbi de timore diei iudicii: et pauore gehẽne.

Quadrageſimũ quartũ inſtrumentum
eſt (Diem iudicii timere) Cũ ſpes ⁊ ti
mor ſe concomitantur in iuſtis ſecun-
dum illud ꝑs. Beneplacituꝫ eſt dño ſuper ti
mentes eum. et in eis qui ſperant in mĩa ei⁹.
Timor iudicii et ſpes diuine mĩe ſũt duo pe-
des xp̃i. vt ait Bernardus ſuper cantica. quo
rum vnũ ſine altero oſculari non expedit: qꝛ
recordatio ſolius timoris in baratrũ deſpera
tionis ꝑ̃cipitat. et inde fallax aſſentatio peſ-
ſimã generat ſecuritatem. Merito ergo ſan
ctus pater poſt inſtrumentũ ſpei habende de
mĩa dei: ſubdit ĩſtrumenta de timore iudicii
¶ et pauore gehenne. Timendus eſt autem di
es iudicii: et preparandus eſt animus ad ope
randum iuſtitiam. ſecundũ illud eccleſiaſtici.
xviii. Ante iudiciũ para iuſtitiam. gloſa mo-
net vt ſemper parati ſimus. nec ſtulta ſecuri-
tate nobis blandiamur. ſꝫ in ſeruitute dei la
boremus vſqꝫ ad finem vite. De quo lu. xii.
Et vos eſtote parati. quia qua hora non pu-
tatis filius homĩs veniet. vbi glo. gregorii.
Horam vero vltimam dñs noſter idcirco vo
luit nobis eſſe incognitã. vt ſemper poſſit eſ-
ſe ſuſpecta. vt dũ preuidere non poſſumus ad
illam ſine intermiſſionne preparemur. ¶ Eſt
autẽ hic notandũ ꝙ decẽ terribilia leguntur
ventura circa iudicium. ratiõe quorũ merito
dies iudicii venit timenda et formidanda.
Primũ eſt xv. ſignorũ preceſſio. Sicut enĩ
cum paterfamilias moritur: tota familia de
ponit conſuetũ ornatum ⁊ induit ſe veſte lu-
gubri in ſignũ doloris: ſic ſecundum criſoſto-
mum appropinquante mundi termino. oẽs
creature oſtendent ſigna doloris: iuxta dictũ
ſaluatoris luce xxi. Erunt ſigna in ſole et lu-
na ⁊ ſtellis: et in terris preſſura gentiũ pre cõ
fuſione ſonitus maris et fluctuum. Secun
dum terribile eſt mundi conflagratio. que ſi
cut dicit Auguſtinus ventura creditur ante
iudiciũ. Sicut enĩ imperator procedens con
tra hoſtes ſuos ꝓmittit incendiarios: qui ter
ras eorũ comburant. ita ignis iudicis aduen
tum precedet: mundũ comburens. ſcđe petri
tertio. Adueniet dies dñi in quo elementa ca
lore ſoluentur: terra auteꝫ et que in ipſa ſunt
exurentur. Si autẽ incenſo igne in parte ci-

uitatis omnes terrētur: q̄tū terrorē induce-
re credendus eſt tantus ignis. Gregorius.
O q̄ anguſtie erunt reproborū vie. cū ante ſe
viderint mundū ardentem. ſecūdū illud p̄s.
Ignis ante ipſū precedet et inflammabit ini
micos eius. Tertiū terribile eſt angelice tu
be clāgor ꝛ aduocatio. Math. xxiiii. Mittet
angelos ſuos cuꝫ tuba et voce magna et hoc
more imperatoris ſeu magni principis: cui⁹
aduentū cum exercitu ſuo tuba precedit. Vn
hierony. Ecce de celo tuba canit. Ecce de ce-
lo cū militib⁹ debellaturus orbē: imperator
ſūmus armatus egreditur. O q̄tuꝫ timebat
hanc vocem hieronymus qui dicebat. Siue
comedam ſiue bibam ſiue qcq̄ aliud faciā ſē-
per ī aure mea videt̄ ſonare illa vox. O vos
mortui ſurgite et concurrite ad iudicium.
Quartū eſt mortuorū reſurrectio que fu-
tura eſt ſecundū catholicā fidem. Si aūt nūc
aliquo reſurgente de ſepulcro oēs fugerent
pre timore q̄tū erit terribilis illa vniuerſalis
omniū reſurrectio: quando omēs qui in mo-
numentis ſunt cuiuſcunqꝫ conditionis fue-
rint reſurgere oportebit. In cuius figura de
reſurrectione dñica exterriti ſunt cuſtodes.
Math. xxviii. Quintū terribile eſt iudicā
tis conditio. Non eni flectetur timore: quia
omīpotens eſt: nec mīa quia iuſtiſſimus eſt.
nec rācore: q2 optim⁹ eſt. nec errore: q2 ſapiē-
tiſſim⁹. Nec valebūt ibi allegatiōes aduoca
torꝫ. nec ſophiſmata philoſophorꝫ. nec eloqa
oratorū. nec aſtutie verſutorꝫ ſecundū bernar
dum. Sextum terribile eſt accuſātiū multi
tudo. ſcꝫ vrens cōſcientia. peccata ꝓpria. cun
cta demonia. Omīs creatura tunc armabit
ad vltionem inimicoruꝫ. Criſoſtomus ſuper
math. In illo die nihil eſt qd̄ reſpondeamus
vbi celum et terra aqua ſol et luna dies ꝛ no
ctes ꝛ mundus totus ſtabit aduerſus nos in
teſtimoniū peccatorū. Et beatus bernardus
in meditationibus ſuis. Ve michi cū venerit
dies illa iudicii: ꝛ aperti fuerunt libri in qb⁹
omnes mei conatus et cogitationes preſen-
te dño recitabuntur. Quadam eī vi diuina
fiet vt vniuſquiſqꝫ opera ſua: bona et mala
cuncta in memoriā reducat et mētis intuitu
mira celeritate arguat et accuſet vel excuſet
ſuam conſcientiaꝫ: atqꝫ ita ſimul et omnes ꝛ
ſinguli iudicentur. Septimū eſt ſententie
ſtabilitas que reuocari non poterit. tum ꝓpt
iudicantis efficaciam. tum propter facti eui
dentiā: quia cuilibet alterius conſcientia no
ta erit. Unde Auguſtin⁹ in epiſtola quadaꝫ
Cum venerit dñs et illuminauerit abſcondi
ta tenebrarum et manifeſtauerit cogitatio-
nes cordiū: tunc nichil latebit primo. nec erit
qd̄ ſuū quiſqꝫ aperiat et abſcondat alienis.
Octauū terribile eſt redditio ratiōis. Po
net eni dñs rationē cū ſeruis ſuis: ſicut dicit
Math. xviii. in parabola. Quis hunc diem
non timeat. in quo de toto tempore vite no-
ſtre: imo de quolibet momento reddituri ſu-
mus rationē. Nā vt dicit bernardus. Sicut
non peribit capillus de capite ita ne momen
tum de tempore de quo ratio non queratur.
Quare beatus Anſelmus in meditationib⁹
exclamat dicēs. O lignū aridū ꝛ inutile: eter
nis ignibus dignum. quid reſpondebis in il-
la die. cū exigetur a te vſqꝫ ad ictū oculi om̄e
tempus viuendi tibi impenſū qualiter ſit ex-
penſum: quot peccata ibi prumpēt ex impro
uiſo velut ex inſidiis. que modo non cernis.
Nonū terribile eſt ſententie expectatio.
Exemplum in vitas patrum dicit quidā ſe-
nex. Ego tres timeo res. Unam quando ani
ma mea egreſſura eſt a corpore. Aliam quan
do occurſura eſt deo. Tertiam quādo aduer
ſum me ferenda eſt ſententia. Et vere ſi oīs
expectatio ſententie incuſſiua eſt timoris: il-
lius tamen ſuper omnes eſt formidanda ſen
tentia qui poteſt corpus et animā mittere in
gehennam. Math. x. Gregorius. Que mēs
erit hominis eterni iudicis ſententiam non
formidantis: ibi enī tunc cūcta ſimul pecca-
ta ante oculos redeunt: ibi oīa que cum dele
ctatione acta ſunt ad memoriam cum pauo
re reuocantur. Et ideo dicitur ſapientie. xii.
Quis ſtabit cōtra iudiciū tuū: quaſi diceret
nullus. Decimū terribile illius diei eſt dif
fidētia omīs auxilii. quia ſecundū q̄ ait bea
tus criſoſtomus ibi non erit reſiſtendi virtus
nec penitentie locus. nec denfenſionis tem-
pus. nec fugiendi facultas. nec latendi poſſi
bilitas. nec apparendi ſecuritas. nec ſatiſfa-
ciendi vtilitas. Ibi preterea nulla ſanctoruꝫ
orationibus ſuffragia expectabuntur: quia
nullus eorū compatietur miſerie damnatorꝫ
p̄s. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam.
Glo. luce. xvi. ſuper illud. Inter vos ꝛ nos ma
gnū chaos firmatū eſt dicit. Iuſtorū aīe et ſi

in nature ſue bonitate miam habeant iā/ tūc
creatoris ſui iuſtitie coniuncte tanta rectitu
dine conſtringuntur/ vt nulla ad reprobos cō
paſſione moueantur. hec ſūt que merito nos
inducere debēt ad timorē diuini iudicii/ Vn
beatus hieronymꝰ in de lapſu ſuſanne. Cer⸗
te ſi mente tenerent homīes quale iudicium
imminet mundo: ſenſus humanus vanitate
non diſpergeretur. ſi non infidelitate graua
retur/ quēuis ⁊ qualēuis cruciatū ad preſens
libenter ſufferrent: dūmodo illū ignis eterni
nō ſuſtinerēt. ¶ Quadrageſimū quītū inſtru
mentū eſt (Gehennā expaueſcere) Merito
ſanctus pater gehennā dicit expaueſcendā;
quia vt ait Auguſtinꝰ/ Sicut nullū gaudiuꝫ
rerū temporaliū ex aliqua parte poteſt inue⸗
niri ſimile gaudio vite eterne/ ita nullus cru
ciatus penarū temporalium poteſt ſempiter
nis cruciatibus comparari. ¶ Ubi notandū
ꝙ ſex ſunt conſiderationes circa qualitatem
penarū gehenne/ que diſcipulū inducere me
rito debēt ad expaueſcendā illā. ¶ Prima eſt
penarū acerbitas. Auguſtinus de igne pur⸗
gatorii ita dicit/ Miro modo ignis ille/ et ſi
eternus non ſit grauis eſt/ Exuperat enī om
nem penā quā aliquis in hac vita ꝑpeſſus ē/
Et gregorius/ Tanta eſt vis doloris ꝙ mēs
ad aliud dirigi non poterit. niſi ad quod vis
doloris impellit/ Et yſidorus/ Intende aīo
quaſcūqꝫ ſeculi penas. quoſcūqꝫ tormentoꝝ
dolores/ quaſcūqꝫ dolorū acerbitates: et cō⸗
para hoc totū gehenne ⁊ leue eſt qđ pateris/
¶ Secunda eſt penarū multitudo. que tan⸗
ta eſt ꝙ numerari non poteſt/ deutero. xxii.
Congregabo ſuper eos mala/ et ſagittas me
as implebo in eis/ De quarū multitudine et
varietate beatꝰ gregoriꝰ/ Erit in inferno fri⸗
gus inſuperabile/ ignis inextinguibilis. ver⸗
mis immortalis. fetor intolerabilis. tenebre
palpabiles. flagella cedentiū. horrenda viſio
demonū. confuſio peccatorū. deſperatio oīm
bonorū/ Quare beatus bernardus in ſermo
ne de negociatione ſpirituali ita dicit/ O ge⸗
hennalis regio fugienda. ibi ignis ardēs. fri
gus rigens. vermis immortalis. fetor intole
rabilis. mallei percutientes. tenebre palpabi
les/ confuſio peccatorū. innodatio vinculorū
horribiles facies demonū. totꝰ tremo ad hu⸗
ius memoriā regionis/ Item beatus Augꝰ.
Ve illis quibꝰ preparabitur dolor vermiū/ ar
dor flāme. ſitis ſine potu. fletus et ſtridor den
tiū. oculoꝝ lachryme/ tenebre exteriores ſine
luce/ pena inextīguibilis. vbi nullus eſt amor
ſeu cognitio xp̄i ſiue proximi/ ſed continuus
dolor ⁊ gemitus/ vbi mors optabitur ſed nō
dabitur. vbi non eſt honor ſenioris et regis/
nec dn̄s ſuper ſeruū. nec mater diligit filium
. nec filius honorat patrē. ibi oē malū. omis ī
dignatio. et fetor et amaritudo abundat.
¶ Tertia eſt penaꝝ diuturnitas: quia ſine fi
ne durature ſūt. Math. xxv. Ite in ignē eter
nū/ Et auguſtinus. Timet homo cruciatum
temporalē: et non timet penā ignis eterni/
poſtremo timet ad modicū mori: et nō timet
in eternū mori. pſa. xxxiii. Quis poterit habi
tare cū ardoribus ſempiternis? ¶ Quarta
eſt penarū contrarietas que non ad conſola⸗
tionē ſed ad maiorē punitionē operabitur.
Iob xxiiii. Tranſibunt ab aquis niuiū ad ca
lorē nimiū/ diſcordabūt ipſis qualitatibꝰ ma
lorū tormenta inquit/ Gregorius: quia ipſi a
conditoris volūtate dū viuerent diſcordarūt/
¶ Quinta eſt penarū vniuerſalitas/ Punit
enī ibi homo non tantū in parte vna corpo⸗
ris ſed in omibus: non modo in corpore ſed ī
aīa/ non ſolū in vna virtute aīe ſed in vniuer
ſis ſenſibus et potentiis experietur homo ſue
dānationis tormenta. ¶ Sexta eſt penarū
inutilitas. Pene enī preſentis ſeculi ſūt me⸗
ritorie et purgatorie/ Pene vero purgatorii
ſunt purgatorie. ſed non meritorie/ ille vero
nec purgatorie nec meritorie ſed afflictiue tā
tum/ Auguſtinus/ In inferno ⁊ ſi erit tumul
tus penitudinis: nulla erit correctio volunta
tis. a quibus ita culpatur iniquitas. vt nulla
tenus poſſit deſiderari iuſtitia/ Et ideo dicit
Arſenius fratribus petentibus verbū/ Plore
mus hic fratres anteꝗ̄ eamus ad locum vbi
lachryme corpora noſtra cōſumant/ Ibi enī
non eſt locus penitentie fructuoſe/ Bernar.
in ſermone quodam/ Fruſtra flebunt pecca⸗
tores: qꝛ nunꝗ̄ a tali ſeparabuntur cōſortio/
/ Ve ve cui hec experienda ſunt priuſꝗ̄ credē⸗
da/ cuius vita mortua fugit in culpa et mors
viuet in pena/ ve qui hec ridenda nunc depu⸗
tant in poſterum lugenda/

¶ Capitulum triceſimum ſeptimum de qua
drageſimoſexto inſtrumēto: vbi de deſiderio
eterne vite.

Quadrageſimū ſextum inſtrumentū eſt
(Vitam eternā omni concupiſcentia
ſpirituali deſiderare) Recte poſt timo
rem extremi iudicii et gehenne: ſanctus pat
ſubdit inſtrumēta de amore vite eterne/ q2 vt
ait Bernardus. Sicut iniciū ſapientie eſt ti
mor dn̄i et ſpes profectus: ita conſūmationē
ſibi caritas vendicat/ Eſt ergo vita eterna oī
concupiſcentia ſpirituali deſideranda/ vt va
leat cūveritate diſcipulus dicere cum prophe
ta/ Queādmodum deſiderat ceruus ad fon
tes aquarum: ita deſiderat aīa mea ad te de
us. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuum qn̄
veniā et apparebo ante faciē dn̄i/ Et cū apo
ſtolo ad phi. prīo/ Cupio diſſolui et eſſe cum
xp̄o. Et auguſtinus ſuper prīa canonica io/
hannis. Tota vita boni xp̄iani ſanctum deſi
deriū eſt. Circa quod notandū ꝙ duodeci cō
ſiderationes ſunt vite eterne que diſcipulum
mouere ad concupiſcentiā illius maxime de
bent. Prima eſt ꝙ illa ſola eſt vera vita cū
ſit eterna/ Auguſtinus ſuper p̄s. cxviii. ſermo
ne xix/ Tunc verevivam quando nichil pote
ro timere ne moriar/ Ipſa enī et ſine vllo ad/
ditamento diciturvita. nec intelligit̄ niſi eter
na et beata: tanꝙ̄ ſola dicenda ſit vita. in cu/
ius cōparatiōe iſta quam ducimus mors eſt
potius appellanda ꝙ̄ vita/ Item in cōmuni/
bus ſermonibus ſermone vi. Vita eterna ſo
la vita dicenda eſt/ Nam iſta vita mortalis
in qua nunc ſumus ex illius vite cōparatiōe
mors eſſe conuincitur/ que tanta mutabilita
te variatur. et nulla ſtabilitate firmat̄/ et cur/
ſu breuiſſimo terminatur/ et ideo vera vita di
cenda non eſt niſi eterna. que ſola vita eſt be/
ata/ Non ergo eſt vita beata niſi vera/ et nō
eſt vita niſi vera vita: nec vera vita eſt niſi et̄
na vita. Secunda conſideratio eſt quia in
illa eterna vita poſſidetur ſanitas. ſine qua/
cūqȝ infirmitate/ moleſtia aut paſſione/ De
ea propheta in p̄s. ait/ Qui ſanat omnes in/
firmitates tuas. gloſa. oīpotenti medico: nul
lus inſanabilis lāguor occurrit/ Marie aūt
in fine ſanabit. quando hoc corruptū induet
incorruptionē. quare apocali. xxi. dicitur. Ab
ſterget deus omnē lachrymam ab oculis ſan
ctorū et mors nō erit vltra. nec luctus nec cla
mor ſed neqȝ vllus dolor erit vltra/ quoniam
priora tranſierunt. glo/ Ibi erit gloria et nul
la triſtitia/ qm̄ vtraqȝ ſimul eſſe non poſſunt

Et auguſtin⁹ in ſermone quodā de die iudi/
cii. Vitā eternam ex omnibus precordiis fra
tres amate/ vbi iam nulla erit triſtitia/ null⁹
ibi labor. null⁹ dolor/ null⁹ timor. nulla mors
ſed perpetua ſemper ſanitas perſeuerat. nul/
la ibi conſurgit malicia. nulla carnis miſeria
nulla egritudo/ nulla neceſſitas/ Nō erit ibi
fames. nō ſitis. nō frig⁹. nō eſt⁹. nō laſſitudo
ieiunii. nulla temptatio inimici. nec peccādi
volūtas. nec delinquendi poſſibilitas: ſed to/
tum letitia. totū exultatio poſſidebit/ homīeſ
qȝ ſociati angelis ſine vlla carnis infirmita/
te pernabunt. hec ille. Tertia conſideratio
eſt ꝙ in illavita eſt pulcritudo ſine quacunqȝ
deformitate/ Fulgebūt enī iuſti ſicut ſol in re
gno patris mei dicit xp̄s. Math. xiii. vbi cri
ſoſtomus dicit/ Non quia ita ſolū ſicut ſol/ ſȝ
quia hoc ſydere aliud maius luculentuȝ non
noſcimus: cognitis nobis vtitur exemplis.
Et ad philip̄. iii. ſcribit apoſtol⁹/ Expectam⁹
dn̄ȝ nr̄m ieſū xp̄m. qui reformabit corpus hu
militatis noſtre. configuratū corpori clarita/
tis ſue. Qualis putatis inquit Auguſtinus
tunc erit ſplendor aīarum/ quando ſolis clari
tatem habebit lux corporū. Quarta conſi
deratio eſt ꝙ in illa vita eſt copia oīm bono/
rum. deuterono. viii/ Rerū oīm abundantia
perfrueris/ Hec aūt eſt cōditio beatitudinis
vt ſit ſtatus oīm bonorū aggregatione perfe
ctus/ Auguſtinus in libro ſoliloquiorū/ In il/
la et̄na vita. in illo ſeculo/ et in illo regno. erit
bonū ſūmū et nullū malū/ quando erit et vbi
erit ſapiētie amor ſūm⁹. et cōtinētie labor nul
l⁹/ Et in eodē li. ſoliloquioꝝ. i regno beatitu
dinis oē bonū ſine oī malo. ibi iuuēt⁹ nūꝙ̄ ſe
neſcit. ibivita t̄minū neſcit. ibi decor nūꝙ̄ pal
leſcit. ibi amor nūꝙ̄ tepeſcit. ibi ſanitas nūꝙ̄
marceſcit. ibi gaudiū nūꝙ̄ decreſcit. ibi dolor
nūꝙ̄ ſētitur. ibi gemitus nūꝙ̄ auditur. ibi tri
ſte nichil videtur. ibi leticia ſemper habetur.
ibi nullū malū timetur. quoniā ibi ſūmū bo/
num poſſidetur: quod eſt ſemper videre faciē
dn̄i virtutū/ Felices igitur qui de naufragio
vite preſentis ad tanta gaudia iam perueni
re meruerunt. Quinta conſideratio ꝙ in
vita illa eſt ſacietas et adimpletio deſideriorū
ſine quocūqȝ defectu/ De quo inquit pſalmi
ſta p̄s. xvi. Saciabor cum apparuerit gloria
tua. Et prīe corint. ii. Oculus non vidit. nec
auris audiuit et in cor homīs non aſcendit q̄

preparauit deus diligentibus ſe. Auguſtinꝰ
libro de ciuitate dei. Premium virtutis ipſe
erit.qui virtutē dedit:eiqꝫ ſeipſū quo melius
et maius excogitari nichil poteſt.et promiſit
⁊ dabit. ipſe finis erit deſideriorū noſtrorum
qui ſine fine videbitur.ſine faſtidio amabit.
ſine fatigatione laudabitur. Bernardus ſu
per cantica. Qui replet in bonis deſiderium
aīe.ipſe rationi futurus eſt plenitudo lucis.
voluntati plenitudo pacis.memorie cōtinu
atio eternitatis. Et ideo yſa.lx.dicitur. Tūc
videbis ⁊ afflues et dilatabit cor tuū. Sexta
conſideratio quia in illa vita eſt ſecuritas.et
pacis trāquillitas ſine timore quocūqꝫ.yſa.
xxxii. Sedebit populus meus in pulcritudi=
ne pacis.ī tabernaculis fiducie.ī requie opu=
lenta. De quo Auguſtinus in libro ſoliloqui
orum. Vita vitalis dulcis et amabilis.ſemp
qꝫ memorialis.vbi nō erit hoſtis impugnās
nec vlla illecebra. ſed ſumma et certa ſecuri=
tas.et ſecura tranquillitas.et iocunda felici=
tas.et felix eternitas. Item Augꝰ in quodā
ſermone. O caro omni infirmitate depreſſa.
illā vitam debuiſti amplecti.que in eternita=
te conſiſtit.vbi vita ſine morte. vbi iuuentus
ſine ſenectute.vbi lux ſine tenebris. vbi gau=
dium ſine triſtitia. vbi pax ſine diſcordia.vbi
voluntas ſine iniuria.vbi regnū ſine cōmuta
tione. Septima conſideratio eſt ꝙ in vita il
la habebitur viſio beata.clariſſima.et iocun=
diſſima diuinitatis. De qua io.xvii. Hec eſt
vita eterna.vt cognoſcāt te ſolū deū ⁊ quē mi
ſiſti ieſū xp̄z. Si eī vt dicit ſapiens eccleſiaſti
xli.delectabile eſt oculis videre ſolem:ꝙ̄ta io
cunditas.videre ſolē iuſtitie. Job xxxiii. Vide
bis faciē eius in iubilo. Et ps.letificabis eos
in gaudio cū vultu tuo. Et ideo bene dicitur
tertū regū i. Beati ſerui tui qui ſtant corā te.
et ſemper audiūt ſapientiā tuā. Auguſtinus
in libro ſoliloquiorū. O regnū beatitudinis.
vbi tu dn̄e ſpes ſanctorū ⁊ dyadema glorie fa
cie ad faciem videris a ſanctis.letificans eos
vndiqꝫ in pace tua que exuperat omnē ſenſū.
vbi gaudiū infinitū.leticia ſine triſtitia. Et
idem in libro de contemplatione ieſu xp̄i. O
vita ſempiterna et vita beata.vbi a bonis dei
tas cernitur. et lumen illuminans a ſanctis
glorificatur. vbi preſens dei maieſtas conſpi
citur. et hoc vite cibo mens intuentiū ſatiat
et deſideratur ſine āxietate.et ſine faſtidio ſa
ciatur.vbi verus ſol iuſtitie mira ſue pulcritu
dinis viſione patrie ciues illuminat. De cu=
ius viſionis iocunditate idem beatus Augꝰ
libro de libero arbitrio.ita dicit. Tāta eſt pul
critudo iuſtitie. tanta iocūditas lucis eterne.
hoc eſt incōmutabilis veritatis atqꝫ ſapiētie.
vt etiā ſi non liceret in ea amplius viuere ꝙ̄
vnius diei hora. propter hoc ſolū īnumerabi
les anni huius vite pleni deliciis et circūfluē
tia temporaliū bonorū.recte meritoqꝫ contē
nerentur. Item Auguſtinus. Beata vita eſt
amor et perfecta notitia trinitatis. Ipſa enī
ſūmum bonū.ineffabile gaudiū.ſerena leti=
cia.purū perfectū et infinitū oblectamentū.
Octaua conſideratio eſt ꝙ in illla vita eſt
delectatio ſūma. Si enī amplexus ſponſi de=
lectant ſponſam:ſūme putandus eſt delecta=
bilis amplexus dei.qui eſt ſūmū bonum: fōs
dulcedinis et totius ſuauitatis. Ideo apoca.
xix.dicitur. Gaudeamus et exultemus et de
mus gloriā deo.quia venerunt nupcie agni.⁊
vxor eius preparauit ſe. glo.i.fecit ſe idoneā
Et p̄s.xv.dicit propheta de iuſto. letificabis
eū in gaudio cum vultu tuo.delectatiōes in
dextera tua.vſqꝫ in finem. Felix aīa que pote
rit dicere illud canticorū ii. Leua eius ſub ca
pite meo:et dextera eius amplexabitur me.
Ineſtimabilis plane.erit delectatio vite bea
te.que in ſuo fonte bibitur. Cum eī dei boni=
tas in infinitū ineſtimabiliter excedit omnē
bōitatē creatam:delectatio que ex perceptio
ne immediata illius ſūme bonitatiſ percipit.
melior in infinitū erit perceptione cuiuſcūqꝫ
ſuauitatis bōitatis create. De quo anſelmꝰ
ad ꝓpoſitū noſtrum ſic loquitur. Excita nūc
aīa mea.et erige totū intellectū tuum.⁊ cogi
ta ꝙ̄tum potes quale et quātū ſit illud bonū.
Si enī ſingula bona delectabilia ſunt.cogi=
ta intente ꝙ̄tū delectabile ſit illud bonum et
quale:quod continet iocunditatē oīm bono=
rum. Non quale in creaturis bonis ſumus
experti.ſed tanto differenter ꝙ̄to differt crea
tor a creatura. Si enī bona eſt vita creata.ꝙ̄
bona eſt vita creatrix: ſi iocunda eſt ſalus fa
cta ꝙ̄ iocunda eſt ſalus.que facit omnē ſalu=
tem. Si amabilis eſt ſapientia in cognitio=
ne rerū conditarū ꝙ̄ amabilis eſt ſapientia ꝗ
omia condidit ex nichilo. Deniqꝫ ſi multe ⁊
magne ſunt delectationes in rebus delecta=
bilibus.qualis et ꝙ̄ta delectatio in illo qui fe

cit ipſa delectabilia. hec anſelmus. Nona conſideratio ꝙ in illa vita eſt ſapientia ⁊ pleniſſima cognitio abſq; ignorantia. prie cori. xiii. Videmus nunc per ſpeculū in enigmate tunc autē facie ad faciem. Nūc cognoſco ex parte tunc cognoſcam ſicut cognitus ſū. Auguſtinus libro xii. ſuper geneſim. Cū ad illā regionē venitur. vbi ſine vlla corporis ſimilitudine perſpicua veritas cernitur. nullis opinionū falſaꝝ nebulis offuſcantur. Item in libro confeſſionū. Rerū omiū ibi q̄ta ꝙ ſpecioſa ꝙ certa erit ſcientia ſine errore. vel labore vbi dei ſapientia de ipſo fonte potabitur cū ſūma felicitate ſine aliqua calamitate. Proſper dicit libro de vita cōtemplatiua. ita. Singulis tunc patebunt ſinguloꝝ mentes: ſicut nunc oculis corporalibus. ſubiacēt facies corporales. Ipſos etiā oculos corporales nichil latebit creature viſibilis. Gregorius. Quis non videbit qui videntē omīa videt. Decima conſideratio ꝙ in illa vita viuentes ſūmo honore et gloria ibi ſublimantur. Jo. xii. Qui michi miſtrauerit honorificabit eū pater meus qui eſt in celis. Et apoca. primo. Fecit nos regnum. id eſt reges ⁊ ſacerdotes deo patri de veritate glorie vite eterne. Beatus Auguſtinus libro de ciuitate dei ita loquitur. Vera gloria ibi erit. vbi nec laudantis errore quiſꝙ nec adulatione laudabitur. ibi verꝰ honor nulli negabitur digno. nulli conferet indigno: ſed nec eū ambiet vllus indignus.

Undecima conſideratio ꝙ in illa vita eterna eſt iocunditas ineffabilis. yſaie. li. Leticia ſempiterna ſuper capita eorū: gaudiū et leticiam obtinebūt. De qua beatus Auguſtinꝰ in quodam ſermone de die iudicii ita loquitur. Eſt in illa vita iocūditas infinita. beatitudo ſempiterna: quā qui ſemel adipiſcitur ſemper tenet. Nichil illo loco magnificētius. nichil glorioſius. nichil clarius. nichil pulcrius. nichil verius. nichil illa beatitudine ſincerius. nichil illa abundantia copioſius. Item Gregorius ī omelia. Si quis venit ad me. Que lingua dicere aut quis intellectus capere ſufficit. ſuperne felicitatis q̄ta ſint gaudia. āgelorū choris intereſſe. cum beatis ſpiritibus ī gloria ſemper perſiſtere. preſentē dei vultū cernere. icircūſcriptū lumē videre. nullo mortis metu affici. incorruptionis perpetuo munere letari. Duodecima conſideratio eſt ꝙ in illa vita eſt laus intermīabilis. De quo propheta ait in pſ. Exultabunt ſācti in gloria. letabuntur in cubilibus ſuis. Gregorius ſuper illud Job viii. Donec repleatur os tuum: dicit. Sicut in illa eterna patria iuſtorū mens in exultatione rapitur: ita lingua ī cāticum laudis eleuatur. Auguſtinus ī quodā ſermone. In illa vita gaudiū ſempiternū. vbi incorruptibilis et incomparabilis delectatio vbi chorus apoſtolorū et prophetarum ⁊ ſanctorum oīm. cum iocunditate eterne leticie ī ceſſabiles laudes cū ſanctis angelis canunt. Beatꝰ effren in li. de reſurrectōe. Illic cantabimus et dicemus. Mirabilis es dn̄e in ſanctis tuis. Illic etiā confitebimur quoniam repleti ſumus mane mīa tua. ⁊ exultauimus ⁊ delectati ſumus. Et bernardus. Ciuitas celeſtis manſio ſecura. patria totū continens qđ delectat. populus ſine murmure. incole quieti. ꝙ glorioſa dicta ſūt de te ciuitas dei: ſicut letantiū oīū habitatio eſt in te. Ibi pax. bonitas. pietas. lux. virtꝰ. ſplēdor. honeſtas. gaudium. leticia. dulcedo. vita perhennis. gloria laus. requies. amor. et concordia dulcis. Et ſubdit ꝙ attentiſſimis animis aduertendū eſt. Que ergo nos angit veſania viciorū ſitire abſcinthiū huius mundi. ſequi naufragiū vite labentis. pati infortuniū. impie tirannidis ferre dominiū. et non magis conuolare ad angelorū ſocietatem. ſāctorum ſplendorē regis potētis honorē. ſuperne glorie decorē. ſed ad hec omīa quis idoneus. Profecto verus penitens. bonus obediens. amabilis ſocius. fidelis ſeruus. hec bernardus.

Capitulum xxxviii. de xlvii. xlviii. et xlix. inſtrumentis: vbi de vtilitate memorie mortis et preparatione animi ad illam.

Quadrageſimū ſeptimum inſtrumentum eſt (Mortem continue ante oculos ſuſpectam habere) De quo dn̄s ī euangelio. Vigilate quia neſcitis horā nec diem quando dn̄s veſter venturus ſit. Mathei xxiiii. Poſtꝙ ſanctus pater inſtrumenta poſuit pertinentia ad timorem gehenne ⁊ amorem vite eterne. rationabiliter ſubdit inſtrumenta de memoria mortis habenda. que eſt introitus ad illa. et de optima animi preparatione ad bene moriendum. Circa hoc

autem inſtrumentū conſiderandū/ꝙ memo-
ria mortis valde vtilis eſt homini/ Hierony
mus in epiſtola/ platonis eſt ſententia omnē
ſapientū vitā meditationē eſſe mortis/ Item
ſapiens ait/ Summa philoſophia eſt aſſidua
mortis meditatio/ Specialiṫ memoria mor-
tis eſt vtilis ad nouē. Primo ad cognitio
nem humilē ſui. treñ. iii. poſt illud/ Bonū eſt
viro cuꝫ portauerit iugū dñi ab adoleſcentia
ſua: ſubditur/ ponet in puluere os ſuū/ Os in
puluere ponit qui cogitat ꝙ puluis ſit/ Ber
nardus/ Cogita o homo vnde venis ⁊ erube
ſce/ et vbi ſis et ingemiſce/ quo vadis et con-
tremiſce/ Hinc orat propheta. ſciant gentes
quoniam homīes ſunt .i. de humo/ Auguſti.
de vbis dñi. Agnoſcat ſe homo mortalem et
frangat elationem/ Cetera noſtra et bona et
mala incerta ſunt: ſola mors certa eſt. Se
cundo valet ad hoc vt homo recte ſe regat in
via preſentis vite/ ſicut aues regunt ſe cauda
volando et piſces natando/ Job xii. Interro
ga iumenta et docebunt te: et volatilia celi ⁊
indicabūt tibi/ Preterea nauta ſi vult nauē
regere in fine nauis ſe locat: ſic ſapiens conſi
deratione finis regit ſe in hiis que ſunt ad ſu
um finem. Tertio valet ad euigilationem
animi ad mortē. Gregorius in moralibus.
Deꝰ noſter horā vltimā voluit nobis eſſe in
cognitā. vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta/ vt duꝫ
illā preuidere non poſſumus ad illā ſine inṫ-
miſſione preparemur: quod a nobis faciēdū
eſt/ quia beati ſerui illi quos cum venerit dñs
inuenerit vigilantes/ luce xii. Quarto va
let ad contemptū mundi. Hierony. Facile cō
temnit omīa qui ſe ſemper cogitat eſſe mori
turū/ eccleſiaſtici xi/ Si annis multis vixerit
homo et in hiis omībus letus fuerit: memi-
niſſe debet tenebroſi temporis ⁊ dierū multo
rum/ qui cū venerīt vanitatis arguentur pre
terita/ In morte arguitur vanitas et om̄e qđ
eſt in mundo/ ſcꝫ concupiſcentia oculorū/ con
cupiſcentia carnis auaricia vite/ Concupiſcē
tia oculorū in hoc ꝙ homo nudus reuertitur
in terrā. Job. i/ Nudus egreſſus ſū de ventre
matris mee: et nudus reuertar illuc/ Concu-
piſcentia carnis in hoc ꝙ corpꝰ in deliciis nu
tritū vermibus datur/ Superbia vita in hoc
ꝙ ille qui volebat eſſe ſuper homīes ponitur
ſub terra que eſt infimū elementū. Quin-
to valet ad reprehenſionē carnaliū deſiderio
rum. Gregorius/ Nichil ſic ad domandū de
ſideriorū carnaliū appetitū valet/ ꝙ͞ vt vnuſ-
quiſqꝫ hoc quod diligit viuū quale ſit mortu
um penſet. Sexto valet ad temperandā
preſentē leticiā ſicut ⁊ alia mala pene/ Sene
ca/ Nichil eque tibi proficiet ad temperanti
am oīꝫ rerū/ ꝙ͞ frequēs meditatio breuis eui
⁊ hoc incerti/ Quicquid facis reſpice ad mor
tem/ Et ideo optime dicitur eccleſiaſti. xi/ In
die bonorū ne imemor ſis malorū. Septi
mo valet ad cauendū a peccatis/ eccleſiaſtici
vii. In oībus operibꝰ tuis memorare nouiſ-
ſiſſima tua et in eternū non peccabis/ Augꝰ
Nichil ſic reuocat a peccato ꝙ͞ frequēs mor-
tis meditatio. Octauo valet ad bona opa
facienda/ eccleſiaſtici. xiiii. Fili ſi habes bene
fac tecū/ ⁊ deo dignas offer oblationes/ Me
mor eſto qm̄ mors non tardabit/ vbi gloſa in
quit/ Hortatur vt contempta mūdi luxuria
bonorū operū oblatiōes offeramus/ qr breue
eſt ſpaciū vite in quo operari poſſumꝰ/ Poſt
mortē enī que feſtinat non eſt tempus operā
di/ ſed mercedē recipiendi/ Vñ operamini dū
dies eſt/ venit enī nox quando nō licet opera
ri. iohan. iiii/ Gregoriꝰ ſuper eze/ Ideo nobis
conditor noſter diem mortis incognituꝫ eſſe
voluit/ vt dū ſemper ignoratur: ſemper proxi
mus eſſe credatur/ et tanto quiſqꝫ ſit feruen-
tior in opere ꝙ͞to incertior de vocatiōe. No
no valet ad pſeuerandū in penitentia ⁊ in re
religionis auſteritate/ De quo narraṫ exem
plū ꝙ cū filius cuiuſdā nobilis et vnicus in-
traſſet religionem vt deo ſeruiret/ veniſſetqꝫ
pater vt eum extraheret vi/ cum non poſſent
illi religioſi eum tenere/ petiit iuuenis vt poſ
ſet loqui cum patre/ quod cum ei eſſet conceſ
ſum ait puer ad patrem/ ꝙ ſi auferret vnam
conſuetudinem que fuit in patria ſua rediret
ad ſeculum/ annuitqꝫ pater ꝙ libenter aufer
ret/ petiitqꝫ vt illam exprimeret/ Cui filius
ꝙ in terra ſua fuit cōſuetudo vt iuuenes mo
rerentur ſicut ⁊ ſenes/ ⁊ ſi illā auferret ipſe re
diret/ qđ ſi nō faceret nec ipſe rediret/ licet ei
eſſet iuuenis timebat mortem/ quod audiēs
pater videns ipſū eſſe conſtante in propoſito
ait/ Nec volo ꝙ ad ſeculum redeas: ſꝫ hic ſer
uias deo. conuerſuſqꝫ pater cum filio ſeruie-
runt ambo fideliter deo. Quadrageſimū
octauum inſtrumentum eſt (Actus vite ſue
omni hora cuſtodire) Hoc inſtrumentum

eſt quaſi cõcluſio ⁊ finis precedentis. Ad hoc quippe mortis meditatio nobis preponitur / vt vigiles ſimus ſuper cuſtodia noſtra. ne im preparati inueniamur. De qua cuſtodia in quit ſaluator noſter. luce xii. Sint lumbi ve ſtri precincti ⁊ lucerne ardentes in manibus veſtris. et vos ſimiles hominibus expectantib⁹ dñm ſuũ quãdo reuertatur a nupciis. Et ſe quitur / Beati ſunt ſerui illi quos cũ venerit dñs inuenerit vigilãtes / De hac cuſtodia dr̃ deuterono. iiii. / Cuſtodi temetipſũ et animã tuã ſollicite. prouer. iiii. Omi cuſtodia ſerua cor tuũ. / Cuſtodia huiuſmodi figurat̃ apoca. iiii. vbi legit̃ ꝙ aĩalia erant plena oculis an te et retro: per quod plena vigilantia ⁊ cuſto dia deſignatur / Viri enĩ ſancti timent ſemp et vbiqꝫ. ideo ſemper vigilant ſuper cuſtodia eorũ / Et ideo dicitur eccleſiaſtici xviii. / homo ſapiens in oĩbus metuit. / Et prouerbi. xviii. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.

❡ Quadrageſimum nonũ inſtrumentũ eſt ❡ In omi loco deũ ſe reſpicere pro certo ſcire) De quo inſtrumento ſacra ſcriptura manife ſte teſtatur. puer xv. / In oĩ loco oculi dñi con templant̃ bonos et malos. / Itẽ eiuſdem xvi. Omñes vie hoĩ; patent oculis eius. / Et ad he breos. iiii. inquit apoſto. / Oĩa nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius. / Hec autẽ conſideratio diui ni intuitus multũ mouere debet diſcipulũ ad cuſtodiã actuũ ſuorũ ne aliqua imũdicia / aut inhoneſtas in eo appareat / que valeat offen dere oculos dei cũcta cernẽtis. / Hic dicit boe cius. Magna nobis eſt indita probitatis ne ceſſitas: niſi diſſimulare velimus: cuꝫ cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernẽtis / Et ſeneca in epiſtola / Sic certe viuendũ eſt tanꝙ in cõmuni viuam⁹. ſic cogitanduꝫ tãꝙ in pectus intimũ proſpicere poſſit / Quid ei prodeſt ab hoĩe eſſe ſecretũ: nichil a deo clau ſum eſt: / Vbi notandũ ꝙ quinqꝫ ſunt circũ ſtantie ex parte videntis / propter quas ſolet quis magis timere facere aliquid mali coraꝫ eo: que omnes concurrunt in deo / Una eſt ſi ſit pſona magna. / Alia ſi ſit honeſta. / Alia ſi malũ quod ſic fit fiat cõtra eũ. / Alia ſi ipſe videns habeat de illo malo accuſare. / Alia ſi de illo malo debeat iudicare / Ipſe autẽ dñs eſt tam magna perſona ꝙ magnitudinis ei⁹ nõ eſt finis. ps. tam honeſta ꝙ oculi eius ad iniquitatẽ reſpicere non poſſũt. Abacuth. ii. Ipſe eſt contra quẽ ſolũ eſt pctm̃. ps. Tibi ſo li peccaui / Ipſe eſt q habet accuſare de pecca to. teſtificando et qui iudicare habet de eo. Je remie xxix. Ego ſũ iudex et teſtis. / Merito er go diſcipulus conſiderans deũ ſe ſemper re ſpicere / debet timere ne aliquid agat quod tã te maieſtatis offẽdat oculos. / Ambroſius ſu per Beati imaculati. / Dominẽ vereris preſẽ tem: dei patris et filii et ſpũs ſancti non vere ris preſẽtiã. / Legitur in vitas patrũ ꝙ abbas Macharius dixit / Si erubeſcis hoĩes ne te videant peccantẽ: quare nõ magis vereri de bes deũ qui ſecreta cordis conſiderat:

❡ Capitulum xxxix. de l. et li. inſtrumentis: vbi de malis cogitationib⁹ cito effugandis.

Quinquageſimum inſtrumentum eſt ❡ Cogitationes malas cordi ſuo adue niẽtes mox ad xp̃m allidere) Quoni am vt ait gloſa. numeri xxi / Maxima pars dyabolici regni et poteſtas eius plurima in cogitationibus conſiſtit / quia de corde prode unt cogitatiões male. homicida adulteria et huiuſmodi q̃ coinquinant hominẽ. / Merito ſanctus pater Benedictus inter inſtrumen ta bonorum operum poſuit hoc / vt naſcentes cogitationes mox de corde eradicarẽtur / Si cut enim a radice amara amari progrediun tur fructus: ſic a mala cogitatõe non niſi ma la operatio progredi poteſt. / Mala eĩ arbor non poteſt fructus bonos facere: vt teſtatur veritas Math. vii / Quare ſapientie primo dicitur. cogitationes perverſe ſeparant a deo

❡ Circa hoc inſtrumentũ licet plura dicta ſint in prologo de alliſione cogitationũ ma larum ad xp̃m: Nichilominus quattuor no tabuntur. / Primo ꝙ conuenientiſſimum ſit diſcipulo militi monaſtyce diſcipline non ſinere creſcere cogitationes malas. / Secũ do de multiplici genere cogitationum a qui bus cauendum eſt. / Tertio de cauſalitate malarum cogitationum. / Quarto de re mediis contra malas cogitationes. / Cir ca primum conſiderandum ꝙ conuenientiſ ſimus modus repugnandi hoſti humani ge neris ſerpenti antiquo eſt per contritionẽ ca pitis eius / queãdmodum docet dñs. geñ. iii. loquens ad ſerpentẽ de muliere q̃ figurã te net eccl̃e. ipa pteret caput tuũ. / Serpẽs caput

pꝛe ceteris membꝛis cuſtodit/ ꝛ non eſt caput
nequius ſuper caput colubꝛi.eccleſiaſtici xxv
ideo totis viribus debemus conari ad eius
cōtritionē/ Caput vero eius intellige/ vel ſu⸗
perbiā vel pꝛincipiū temptationis/ vel pecca
tum cordis anteq̄ per locutionē/ vel operati
onē exierint extra/ Contritio capitis pꝛimo
modo ſcꝫ deſtructio ſuperbie multū valet ad
repugnandū ei/ et hanc facit humilitas que
multū valet ad triūphandum de diabolo/ hu
militas gloꝛiā victoꝛie totā deo attribuit/ et
pꝛopter hoc totū pondus pꝛelii eidem impo⸗
nit/ Cuius ei eſt victoꝛie gloꝛia et pugna ꝛ hu
milibus a deo adiutoꝛiū gratie datur a quo
reſiſtitur ſuperbis/ Ideo non eſt mirū ſi humi
les triūphent et ſuperbi vincantur. Jaco.iiii.
Deus ſuperbis reſiſtit ꝛ humilibus autē dat
gratiā/ Item caput ſerpētis infernalis eſt cō
terendū/ quia in pꝛīcipio temptationis eſt re
ſiſtendū ei/ ſecūdū illud. Pꝛīcipiis obſta ſero
madicina paratur. Cū mala per longas con
ualuere moꝛas. Et gregoꝛius in moꝛalibus
Si temptationi in corde naſcenti feſtine nō
reſiſtitur/ hac eadē que nutritur moꝛa robo⸗
ratur/ in p̄s. Beat⁹ qui tenebit et allidet par
uulos ſuos ad petram/ diabol⁹ quaſi paruu⸗
lus eſt in pꝛincipio temptationis/ vnde tunc
facilius occidi poteſt in homīe/ In moꝛte pri
mogenitoꝛū liberati ſunt filii iſrael de ſerui⸗
tute pharaonis/ exo.xii. Pꝛimogenita pha⸗
raonis infernalis ſunt pꝛincipia temptatio⸗
nū/ quibus ſi viriliter reſiſtitur cito liberatur
homo a diabolo/ qui vero ei in pꝛincipio nō
reſiſtit vix ab eo ſe expedit/ Hierony/ Lubꝛi⸗
cus eſt antiquus ſerpens et niſi capite teneat̄
totus ſtatim illabitur/ Conterendū eſt ergo
caput ſerpentis infernalis vt peccatū coꝛdis
ante deſtruatur q̄ per locutionē vel operati⸗
onē extra egrediat̄/ Sūmopere debet hō cu⸗
ſtodire coꝛ ſicut caput ſuuꝫ/ iuxta monitionē
illā math x. Eſtote prudentes ſicut ſerpētes/
Diabolus tanq̄ ſuperb⁹ et ambicioſus ſup̄⸗
mam partē noſtri ſcꝫ coꝛ obtinere nitit̄/ tanq̄
arcem in caſtro noſtro/ vt ī nobis perfecte do⸗
minet̄/ vn̄ coꝛdi cogitationes īmittit et affe⸗
ctū ad malū incendit/ Gregori⁹ ſuper illud
Job xix. Simul venerūt latrones eius/ ꝛ fece
rūt ſibi viā p me. dicit/ Maligni ſpūs qui ex
quirendis hoīꝫ moꝛtibus occupantur/ qui vi
am ſibi in afflictoꝛum coꝛdibus faciunt inter

aduerſa que exterius tolerantur/ cogitatiōes
prauas immittere non deſiſtunt/ Item Gre
goꝛius ſuper illud Job xli/ Alitus ei⁹ pꝛunas
ardere facit et flamma de oꝛe eius egreditur/
Quid prunas niſi ſuccenſas in terrenis con
cupiſcentiis repꝛoboꝛū mētes appellat/ Tā
to igitur leuiathā alitu in pꝛunas flat quāto
ānifu ſuggeſtionis occulte humanas mētes
ad illicita inflāmat/ Flāma oris eius eſt inſti
gatio occulte locutionis/ Damaſcenus Po⸗
tens eſt diabolus facere imiſſiones in nobis/
nobis autē eſt eas ſuſcipere vel non ſuſcipe⸗
re/ Auguſtinus/ Diabolus plenus eſt incen⸗
tiuis viciorū. Circa ſecundum ſciendmu q̄
Bernardus diſtinguit diuerſa genera cogi⸗
tationū/ a quibus multa ſollicitudine cauere
neceſſe eſt eos qui conuertuntur ad coꝛ/ et di⸗
gnū deo in ſemetipſis templuꝫ exhibere feſti
nant/ Sunt ei nōnulle cogitationes penit⁹
ocioſe/ quas tam facile abicere q̄ repellere po
teſt aīa ſecū habitans in coꝛde ſuo/ et aſſiſtēs
dn̄atori vniuerſe terre/ Sunt et alie violente
magis et foꝛtius adherētes/ que ad neceſſita
tem nature pertinent/ et quaſi ex eodem aſſū
pte limo de quo et nos/ que ſi paululū incide
rint auelli nequeunt ſine leſione ꝛ difficulta
te/ Sepe ei ſic afficit nos cogitatio carnalis
de neceſſariis coꝛpoꝛis/ vt vix eradicari poſſit
a nobis quia limoſa cū ſit ꝛ viſcoſa/ limoſam
ſimiliter inuenit terrā/ Non ſine cauſa dictū
eſt hominē non plaſmatū de terra qualibet/
ſed de limo/ opoꝛtet repꝛimere quē extingue⸗
re non poſſumus appetitū/ et q̄cito mentē ī
greditur creſcere nō ſinat̄/ Sed ſicut dicit ſcri
ptura ſub nobis ſit/ et nos dominemur illi⁹.
Eſt tertiū cogitādi genus īmundū nimis ac
fetidū/ qd̄ nec admittere qdē vlla ratione de⸗
bem⁹/ ſed a longe pꝛeſentire fetoꝛē ꝛ tota vir
tute repellere/ conuerſi ad gemit⁹/ lachꝛymis
et ſuſpiriis inuocātes ſpm̄ qui adiuuat infir⸗
mitatē noſtrā/ Dico autē cogitationes illas
īmundas penit⁹ ac fetidas/ que ad luxuriam
ad inuidiā ꝛ vanā gloꝛiā pertinent/ ceteraqꝫ
vana deteſtāda. Circa tertiū notandū q̄ co
gitatiōes male diuerſis de cauſis ī coꝛde ſur⸗
gūt/ vna cā eſt coꝛruptio q̄ eſt ex pctō pꝛimoꝝ
parentū/ illud ei ſpinas et tribulos germina
uit tibi. geñ.iii. Itelligit̄ ꝛ de t̄ra quā calcam⁹
ꝛ de terra quā geſtam⁹/ In vtraqꝫ ei inutilia
vel noxia gratis naſcuntur/ vtilia vero cū la⸗

bore. Aliquando verò ſurgunt occaſione rex
viſarū vel auditarum vel alio ſenſu corporeo
perceptarum. Cum enī aliquis ad mentē re
dit volens intendere orationi vel meditatio
ni vix poteſt ſe expedire ab hiis quibus vidē-
do vel loquendo vel audiendo pauloante in
tentus fuit. limoſa ei eſt ſubſtantia aīe ſicut
et corporis: et quicquid cōtractat facile ei ad
heret. iuxta verbū bernardi. Aliquando ſur-
gunt inſtinctu diaboli vt prius oſtenſū eſt bñ
in libro. Non omīs cogitationes noſtre male
ſemper diaboli inſtinctu excitantur: ſʒ aliqñ
ex noſtri arbitrii motu emergunt. Cōcupiſcē
tia etiā cauſa eſt malarū cogitationū in no-
bis. Unde legitur in vitis patrū ꝙ quidā fra
ter dixit abbati ſiſoy. Quare non recedunt a
me cogitationes. Et dixit ei ſenex. quia vaſa
earūdem paſſionū intra te ſunt. Hec vaſa in
telliguntur concupiſcentie: vnde cogitatio-
nes oriuntur. vbi enī amor ibi oculus. In li.
de vita ſolitaria dicitur. Qui redit ad conſci
entiam: ſi nondū vicit concupiſcentiam ſuaʒ
inuenit ibi de concupiſcentia ſua vel ſuaues
delectationes. vel graues corroſiones: ꝛ inde
multiplicat cogitationes. Qui vero iam cō
cupiſcentiaʒ vicit. ꝙdiu tamen maioris boni
cōcupiſcentia vel maior delectatio mentē nō
obtinuerit: cum exoſa quadam voluptate ge
ſtorum viſorū auditorū patitur imaginatio-
nes. Unde in vtroqʒ lumbi implentur illuſi-
onibus delectationū. ꝛ ad cogitanda ſpiritu-
alia vel diuina lumen oculorū ſuorū ipſū nō
eſt ſecū: vna cogitatio cauſa eſt aliarū. Qui
dam frater interrogauit quendā ſenē. Quid
faciā quia multe cogitationes ſollicitant me
et neſcio quomodo repugnē eis. Qui reſpō
dit. Non repugnes contra omēs: ſed contra
vnā que caput eſt aliarū. Contra cogitatio-
nes malas luctari nos oportet. In vitis pa-
trum dicit quidā ſenex de antiquis patribus
Non ſumus eradicatores cogitationū: ſʒ lu
ctatores. In eodem dicit quidā abbas. Si co
gitationes non habes ſpem non habes: quo
niā ſi cogitationes non habes. opera non ha
bes. Circa quartū notandū ꝙ octo reme-
dia ſunt contra malas cogitationes. Unū
eſt non permittere illas exire extra per locu-
tionē vel operationē. In vitas patrum dixit
abbas paſtor cuidā abbati. Sicut capſa ple-
na veſtibus ſi dimiſſa fuerit longo tempore
putreſiunt veſtes in ea: ita ſunt cogitationeſ
in cordibus noſtris: ſi nō fecerimus eas tem-
pore longo exterminantur. Idem ad abbatē
ioſeph. Sicut ſi quis claudit ſerpētē vel ſcor
pionem in vaſe. et obturet illud: procedēte tē
pore ſerpens moritur: ita male cogitationes
que ſtudio demonuʒ pullulant. patiētia eius
cui immittuntur paulatim deficiunt. et ſpeci
aliter expedit. ꝙ cogitationes iracūdie ad ver
ba non procedant ſicut ſupra circa inſtrumē
tum xxii. ſatis dictū eſt. Secundum reme
dium eſt boni tranſitorii contemptus. Amo
rem boni tranſitorii comitatur turba cogita
tionum tumultuoſarum. E contrario contē
ptus boni trāſitorii habet ſolitudinem. Gre
gorius ſuper illud Job iii. Qui edificant ſibi
ſolitudines. Omnis terrenus denſis tumul-
tibus premitur. ꝛ frequentia deſideriorū qua
ſi turbarū calcatur. Item ſancti viri quia ni
chil huius mundi appetunt: nullis proculdu
bio in corde tumultibus premuntur. Ter
tium eſt ſenſuum exterioruʒ cuſtodia ſicut cu
ſtodia porte ad hoc valet vt nō intret qui in-
trare non debet: ſic cuſtodia ſenſuum ad hoc
valet. vt cogitatio mala ad cor nō intret. pſa.
xxvi. Claude hoſtia ſuper te. Quartum eſt
vigilantia qua cogitationes male que oriū-
tur et cauſe earum deprehenduntur. Qui
tum eſt virilitas ad operandum. qua cogita-
tiones male in corde naſci prohibentur: et ſi
nate fuerint expelluntur. Hec duo commen
dantur nobis prime Corinthi. xvi. Uigilate
inquit glo. mentis oculis contra aſtutias di
aboli. et ſtate in fide. glo. quia ſtanti non ob-
repit ſomnus: viriliter agite. Qui ei cogita-
tionibus malis carere deſiderat cogitationi
bus bonis cor occupare ſtudeat. Sextum
remedium eſt meditatio ſacre ſcripture. In li
bro de vita ſolitaria dicitur. De quotidiana
lectione aliquid in ventrē memorie dimittē
dum eſt quod fidelius dirigatur. et ſurſum re
uocatum crebrius ruminetur quod propoſi-
to cōueniat. quod intentioni proficiat. quod
detineat animū vt aliena cogitare nō libeat
Uñ de viro iuſto dr̄ in p̄s. In lege ei9 medita
bit die ac nocte. In vitas patrū dicit abbas.
Euagrius. Mentem errātem vel nutantem
ſolidat lectio diuina. ꝛ vigilie et oratio. In vi
vitas patrum. Uidit quidam ſenex ī cenobio
aliquando meditātem fratrē in cella. et ecce

demon veniens ſtabat foris cellam/ Et dum
frater ille meditaretur non potuit ingredi/
Cū aūt ceſſaſſet a cogitatione tunc ingredie
batur demon. ¶ Septimū remediū eſt medi
tatio mortis ⁊ tormentorū gehēne. ¶ In vitas
patrum frater dixit ſeni. quid facio quia occi
dit me ſordida cogitatio/ ¶ Reſpondit ſenex.
Mulier quādo vult ablactare infantē: ama
rū aliquid ſuperungit vberibus vt puer ama
ritudine amareſcat/ Mitte ergo et tu in co
gitationem tuam amaritudinem/ id eſt cogi
tationem mortis et tormentorū que peccato
ribus preparantur. ¶ Octauū remediū eſt re
uelare eas ſanctis patribus. Et de hoc in in
ſtrumento qđ ſequitur. ¶ Quinquageſimū
primū inſtrumentū eſt (Seniori ſpūali ipſas
ſ. cogitatōes malas patefacere) ¶ De vtilita
te reuelationis et patefactionis cogitationū
ſpūalibus patribus/ abbas ſerapio collatione
ſecunda patrū. ca. xi. narrata difficultate con
tinui conflictus et ſpūalis certaminis quam
habemus aduerſus principes tenebrarū: dicit/
¶ Semper ſeniorū ſūma cautione ſunt ſectan
da veſtigia/ atqꝫ ad eos cuncta que in noſtris
cordibus oriuntur ſublato confuſionis vela
mine ſunt deferenda/ Itē in vitas patrū legi
tur/ ꝙ impugnabatur quidā frater vehemen
ter ſpiritu fornicationis/ qui tamē frequēter
pergebat ad quendā ſeniorē probatū/ ⁊ confi
tebatur ei: tandē dixit ſenior/ ¶ Ne ptimeſcas
fili/ Nichil enī ſic allidit virtutē demonū ſi
cut reuelare cogitationes imundas beatiſſi
mis patribus.

## ¶ Capitulum xl. de inſtrumento lii. vbi multa de diſciplina et cuſtodia lingue habenda.

Quinquageſimū ſecundū inſtrumentū
eſt (Os ſuū a malo vel prauo eloquio
cuſtodire) vt dicat cū propheta. Poſui
ori meo cuſtodiā/ qm̄ cuſtodia oris ꝑ magna
parte eſt cuſtodia cordis. Os eī eſt quaſi por
ta in homine/ Et ſicut cuſtodia caſtri pendet
ex cuſtodia porte: ſic cuſtodia oris ē cuſtodia
aīe/ Vñ puer. xiii/ Qui cuſtodit os ſuū cuſto
dit aīaꝫ ſuā/ Merito ſctūs pr̄ poſt inſtrumē
ta de depellendis malis cogitationib⁹ inſtru
menta ponit de cuſtodia lingue. ¶ Porro qꝛ
maxime ad religioſum pertinet lingue cuſto
dia/ ꝓ pleniori diſciplina cuſtodie lingue tria
principaliter hoc loco notanda ſunt. ¶ Prio
de cauſis quattuor/ quare diligentia eſt adhi
benda circa cuſtodiam lingue. ¶ Secundo de
hiis que attendenda ſūt in locutione. ¶ Ter
tio de hiis que valent ad cuſtodiam lingue.

¶ Circa primū notandū eſt ꝙ quadruplici ra
tione magna diligentia adhibenda eſt circa
cuſtodiā lingue. ¶ Primo qꝛ eius cuſtodia ē
valde difficilis. ¶ Secundo qꝛ valde vtilis.
¶ Tertio qꝛ valde indecēs eſt circa eius cuſto
diā negligentia. ¶ Quarto qꝛ hec negligētia
valde eſt piculoſa. ¶ Difficultatē cuſtodien
di linguā primo indicat nobis natura q̄ lin
guā includit ſicut ſolent includi crudelia aīa
lia et indomita ne noceant/ Aug⁹ ſuper cano
nica pria io. Lingua facilitatē habet/ Pot⁹
enim in humido poſitus facile in lubrico la
bitur/ Quanto enī illa cicius et facilius mo
uetur: tanto tu aduerſus illā fixius eſto. ¶ Se
cundo ſcriptura in ps̄. cxl Pone dñe cuſtodiā
ori meo. glo. ne incōgrua verba exeant/ Pro
pter difficultatē cuſtodiendi linguā rogat ꝓ
pheta dñꝫ pro eius cuſtodia: qꝛ vt habetur ꝓ
uerbiorū. xvi. Dñi eſt gubernare linguā/ Nō
enim ſufficit ad hoc virtus vel diſcretio hūa
na. eccleſiaſti. xxii/ Quis dabit ori meo cuſto
diā et ſuper labia mea ſignaculū certū/ vt nō
cadā ab ipſis et lingua mea pdat me/ Et ia.
iii. Ois enī natura beſtiarū et volucrū et ſer
pentū et ceterorū domatur ⁊ domita eſt a na
tura hūana/ linguā autē nullus hoīm doma
re poteſt/ Et ſubditur. Eſt eī inquietū malū.
Augu. de verbis dñi ſermone iiii/ Si linguā
nullus hoīꝫ domare poteſt/ ad dñꝫ confugiē
dū eſt/ Exemplū de hoc impoīt/ Si beſtia de
bet domari queritur homo: ſic et ſi lingua de
beat domari querat deus/ imago dei domat
ferā et nō domat de⁹ imaginē ſuā/ Utilis eſt
valde cuſtodia ligue/ Si eī ligua mō debito
regat de fructu eius pōt homo ditari/ puer.
xii/ De fructu oris vnuſqſqꝫ replebitur bo
nis ¶ Precioſi fructus lingue quam ſpiritus
ſanctus regit qui in ſpecie columbe appare
re voluit: ſunt modeſtia in loquendo. oratio.
dei laudatio. gratiarum actio. peccatorum
confeſſio. proximorum eruditio ⁊ conſolatio
¶ Secundo magna diligentia adhibēda eſt
circa cuſtodiā lingue: qa ei⁹ cuſtodia eſt valde
vtilis: cuius cuſtodie vtilitatē oſtēdit ſalomō/
prouer. xiiii. dicens/ Mors et vita in manib⁹

lingue:q diligũt eã comedũt fruct⁹ ei⁹/ gloſa bonos vel malos mortẽ vel vitã/ Et ia. apo. inquit. Qui in lingua non offendit: hic perfectus eſt vir. Jaco. iii/ Et eccleſiaſti. xxv/ Beatus qui lingua ſua non eſt lapſus. Tertio eſt diligentia magna adhibenda circa cuſtodiam lingue/ q2 valde indecens eſt lingue cuſtodiã negligere. Tum q2 lingua eſt mẽbrũ nobile: indecens aũt valde eſt in eo ĩmundicia/ Qui enĩ ori ſuo ab inquinatione nõ parcit: ab hoie quaſi degenerauit et in porcũ trãſiit/ Porcus quidẽ non plus parcit ori ꝙ pedi/ vbi poſuit pedẽ ponit et os. Tum ſecũdo quia lingua ꝙtum ad vſũ loquele eſt organũ rationis. Unde a ratione debet regi ⁊ ad ei⁹ imperiũ in actũ ſuũ exire: valde indecens eſt/ vt qs ratione liguã ſuã nõ regat ⁊ moderet̃/ Unde prouer. x. dicitur/ Os ſtulti. glo. qui inordinate bona vel aperte mala loquitur/ confuſioni proximũ eſt/ qui autẽ moderat̃ labia ſua ſapientiſſimus eſt/ Tum tertio q2 in hoc mẽbro homo ſpecialiter pre oibus creaturis honoratus eſt a deo: valde indecens eſt vt hõ in eo deũ offẽdat in quo deus maxime honorari debet. Tum quarto q2 ligua deputata eſt diuino ſeruicio/ vt puta orationi diuinis laudibus et doctrine que ſãctitatẽ magnã requirunt: indecentiiſſimũ plane eſt vt lingua qua deus oratur laudatur et predicatur/ peccatorũ ſordibus ſit polluta/ Non eſt enĩ ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccleſiaſtici xv.

Itẽ quarto diligentia magna adhibenda eſt circa cuſtodiã lingue: q2 negligentia circa cuſtodiã lingue eſt valde periculoſa/ multuz enĩ nocet ſi non ſeruetur/ Qui enĩ os non cuſtodit ipſe eſt quaſi ciuitas ſine muro. puer. xxv/ Sicut vrbs patens abſq3 murorũ ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cobibere ſpiritũ ſuũ. vbi glo. ita dicit/ Si ei murũ ſilencii non habet: patet inimici iaculis ciuitas mẽtis. In vitas patrũ quidã ſenex cũ quibuſdam fratribus ibat ad beatũ antonium/ qui multa locuti ſunt in via de ſacra ſcriptura et de operibus manuũ ſuarũ/ ⁊ ſenex ſemper tacebat/ Cui ait beat⁹ antonius bonos fratres habuiſti in itinere/ At ille. boni quidã ſunt/ ſ3 habitatio eorũ non habet ianuã/ qui vult intrat in ſtabulũ eorũ et ſoluit aſinũ/ Itẽ preterea eſt ſicut equus ſine freno/ et ſicut nauis ſine gubernaculo/ Jaco. iii. Si quis in v̄bo nõ offendit hic perfectus eſt vir/ poteſt enĩ in freno circũducere totũ corpus ⁊c. Sequitur Ita et lingua. modicũ quidẽ membrũ eſt et magna exaltat. i. ad magna premia vel tormenta ducit. Et infra. Lingua nr̃a ignis eſt/ vniuerſitas iniquitatis. glo. vniuerſitas quia ꝑ eam fere cuncta facinora: aut cõcinantur vt latrocinia ſtupra/ aut patrãtur vt periuria et falſa teſtimonia/ aut defenduntur vt cũ quilibet impurus excuſando ſcelus quod cõmiſit ſimulat bonũ quod non fecit. Ubi conſiderandum ꝙ lingua nocet ei qui loquitur gratiam dei ei auferendo. Prouerbiorum. xiii. Qui autem inconſideratus eſt ad loquendũ ſentiet mala/ Bernardus. leuis res ſermo: ſ3 grauiter vulnerat/ aptiſſimum euacuandis cordibus inſtrumentum/ Et ideo dicitur eccleſiaſtici. xxviii/ Multi ceciderũt in ore gladii/ ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam/ Nocet etiam audiẽti. Bernardus. Unus eſt qui loquitur et tantum vnum verbum profert/ et tamen in vno momento multitudinem audientium. dum aures inficit animas interficit/ Et Gregorius ſuper ezechielem/ Sicut malus aer aſſiduo flatu tractus inficit corpus: ita peruerſa locutio aſſidua. infirmantium inficit animas/ Nocet etiam hiis de quibus loquitur: etiã valde remotis. Lingua enĩ que eſt in gallia nocet ei qui eſt vltra mare. vel in hyſpania dũ eũ infamat/ Et ideo ieremie ix. dicitur. Sagitta vulnerans lingua eorum. ¶ Circa ſecundum ſciendum ꝙ circa diſciplinam lingue ſeptem ſunt attendenda/ videlicet quis loquatur: et cui: et de quo. Item quid dicendum/ vbi. et quãdo/ et quomodo. Circa primũ inſtruit nos venerabilis hugo de ſancto victore hiis verbis. Qualitas perſonarum quattuor modis conſiderat̃. ſ. ſecundũ etatẽ. ſecundũ ſcientiã: ſecundum officium. et ſecundum conditionẽ.

Secundum etatẽ: quia aliud cõuenit locutionibus ſenũ. aliud locutionibus iuuenum.

Secũdũ ſcientiã: q2 aliud cõuenit locutõib⁹ ſapientũ. aliud locutionib⁹ ſimpliciũ. Scdꝫ officiũ q2 aliud cõuenit locutõib⁹ eoꝝ q negocia terrena tractãt: aliud locutõibus eoꝝ q ſecretioris vite geti ⁊ ſtudio cõtẽplatiõis iuigilãt. Scdꝫ ꝯditõez q2 aliud ꝯueit locutõib⁹ eorũ q ſũt plati/ aliđ locutõib⁹ eoꝝ q ſũt ſubditi

Senes debent loqui de diſcretione bene con

ſulendi/iuuenes de inſtantia bene faciendi/
ſapientes de myſteriis bonorū operū/ hii qui
exteriora tractant negocia de ſolertia acqui⸗
rendi/ hii qui quietam vitam ducunt de diſci
plina viuendi/prelati de prouiſione vel diui
ſione rerū.ſubiecti de obedientia preceptorū.
¶ Circa ſecundū ſcꝫ circa perſonā cui loqui⸗
mur īſtruit nos etiā hugo de ſctō victore hiis
vbis. Boni prauorū eloqa aliqñ appetere ali
qñ vitare debent/ Appetere quādo ſua exhor
tatione illos ſperant corrigi:et tamen de ſua
ſtabilitate confidunt vt non timeant de illo⸗
rum praua ſuggeſtione corrūpi.quandovero
ꝛ illorū duriciā et ſuā infirmitatē conſiderāt/
expedit eis vt fugiant/ ne dū illos non valēt
ſuis āmonitionibus corrigere/paulatim inci
piant ipſi ad prauitatē illorū declinare/ Cuꝫ
ergo propē noſtrā edificationē loquimur/ cū
illis loquamur quorū doctrina poſſumus ad
virtutem inſtrui/ Cū autē loquimur propter
edificationē proximi/cū illis loquamur quos
ſperamus per noſtrā exhortationē a prauita
te ſua poſſe emendari/ Alioquin ꝛ ſapientes
velle docere ſuperbia eſt:et obſtinatos corri⸗
pere inſipientia/ Unde prouer.xxiii. In auri⸗
bus inſipientiū ne loquaris/ quia deſpicient
doctrinā tuā/ Item eccleſiaſti.xxii/ Cū ſtulto
ne multū loquaris/ Et math.vii. Nolite ſan
ctum dare canib⁹/et margaritas nolite ſpar
gere ante porcos/ Canes ſūt detractores:por
ci ſunt contemptores. ¶ Cirta tertiū ſcꝫ circa
id de quo loquendū eſt/cum illo quē ſperam⁹
exhortatione noſtra poſſe corrigi/ aduertēda
eſt doctrina hugonis de ſancto victore hiis v
bis nos inſtruētis/ Id profecto dici magis cō
uenit/qđ ad illud ī quo plus ipſe laborat ma
lum ſanādū conſilio cōmodiori occurrit/ ver
bi gratia/quando conſtantiā laudare volu⸗
mus ad puſillanimes nō ad ſuperbos ſermo
nem noſtrum dirigere debemus/quia cū vici
um ſuperbie nonnūq̄ ſub pretextu cōſtantie
ſe cōtegat/ſi ceperimus ſuperbis laudare cō⸗
ſtantiam.duꝫ eos ad virtutē hortari credim⁹/
amplius eos in ſuo vicio confirmamus/ Ex⸗
hortemur ergo ad conſtantiā timidos/ad ti⸗
morē ſuperbos/ad frugalitatē prodigos/ ad
liberalitatē auaros/ Item beatus Gregori⁹
in moralibus. Lingua noſtra bonis in fomē
tū ſit/prauis aculeus/tumidos retūdat ꝛ ira
tos mitiget/pigros exacuet/ deſides hortatu
incendat/refugientibus ſuadeat/aſperis blā
diatur/deſperatos conſoletur/vt ſemper quia
ductores dicimur.viā ſalutis gradiētibus ef⸗
fundamus. ¶ Aduertendū etiā circa hūc lo⸗
cum/ꝙ āmonitio non tm̄ debet eſſe ſecūdū de
fectū gratie quē habet ille quē exhortari pro
ponimus/verū etiā ſecundū capacitatē audi
torū ſermo formandus eſt.vt ait beat⁹ Gre⸗
gorius/et hoc non ſolū q̄tū ad ſublimitatem
vel ſubtilitatē doctrine:ſed etiā q̄tū ad ꝓlixi
tatē/ Aliqui enī minus capacib⁹ tot et tanta
dicere volunt ꝙ nichil retinent/ Attendere ꝓ
terea circa hoc debet qui loquit̄/vt ſermo eius
materie cōgruat/ Seneca. Uiciosū eſt ī re ſe⸗
ua delicatū inferre ſermonē/ Non decet etiā
cū de diuinis loquimur.vt exēplis vilib⁹ vta⸗
mur/ Reprehenſibile eſt etiā contra paruam
negligentiā.nimiū zelū oſtēdere/ Aliqui q̄rūt
enſem ad muſcā occidendā/ et ſecuri ad ouū
frangendū:q contra modicā negligentiā ita
mouentur.ac ſi eſſet magnū peccatū/ qđ non
debet fieri.precipue cum facile poteſt corrigi.
¶ Circa quartū ſcꝫ circa id de quo dicendū ē
inſtruimur ab apoſtolo ad ephe.iiii/ Ois ſer
mo malus ex ore veſtro non ꝓcedat/ ſed ſi qs
eſt bonus ad edificationē fidei/ vt det gratiā
audientibus/ Itē inſtruimur in hoc a beato
Benedicto/cū diſcipulū ſuū exhortat̄ os ſuū
a malo ꝛ prauo eloquio cuſtodire/ Malū col
loquiū dr̄ quodcūqꝫ verbū ocioſū.aut indecēſ
ipſi loco.aut materie nō cōueniens/ Prauuꝫ
vero colloquiū dr̄ nociuū vbū.ſicut colloquiū
detractionis.murmuris.et ſimilia/ De iſtis
duab⁹ differentiis dr̄ ps xxxiiii. Prohibe lin
guā tuā a malo/ꝛ labia tua ne loquant̄ dolū/
ꝛ ꝓuer.iiii. Remoue a te os prauū/ꝛ detrahē
tia labia ſint ꝓcul a te/glo.hoc duob⁹ modis
faciēdū eſt/ Prio os tuū ne prauū loquat̄ ali
quid/tua labia ne detractōib⁹ aſſueſcāt cuſto
dias. ¶ Scđo alios quos huic vicio ſubditos
noſti.ne te corrūpant fugias/ Pretea beatus
Bñdit⁹ infra in ca.vi.rl̄e de taciturnitate ꝓ
hibet tria gña collogoꝝ.ſ.ſcurrilia/ vba ocio
ſa ꝛ riſū mouētia.de qb⁹ ſuo loco agem⁹/ Cir
ca quintū ſcꝫ circa locū vbi loqui debem⁹ in⸗
ſtruit nos hugo de ſctō victore hiis vbis/ Cū
aliqd dicere volum⁹.pri⁹ vbi dicere illud cōue
niat cōſiderem⁹/ Nā quedam loca ſūt in qui
bus ſilentium ſeruādū eſt/ Quedā vero in q
b⁹ hūanos ſermōes.i.cōfabulatōes ad alterꝝ

edere nõ licet/exceptis hiis verbis quibus ho
mo cũ deo vel ad deum loquitur / quando in
orationibus vel locutiõibus ſiue in hymnis
et canticis manifeſte vel occulte prolatis deo
famulatur / Unde beatus Auguſtin⁹. In ora
torio nichil agendũ eſſe dicit. preter id ad qđ
factũ eſt/quod non ſolum de opere. ſed etiam
de locutione accipiendũ eſt / Ita non debem⁹
ea que ſunt pluribus dicẽda in oculto edere:
nec ea que ſunt paucis reuelanda. in manife
ſto ꝑpalare / Sapiẽs / Quidã ea q̃ ſolis ami-
cis committenda eſſent: hiis quos habuerint
obuiã narrant / Non poſſunt aliqui retinere
verbũ auditum. eccleſiaſtici. xix / Sagitta in-
fixa femori canis: ſic verbum in ore ſtulti / In
eodem / A facie verbi parturit facinus / par-
turiens non quieſcit donec partum emiſerit:
nec fatuus donec verbũ protulerit. ¶ Circa
ſextum ſcz circa tempus loquendi attenden-
dum eſt primo illud prouer. xv. / Sermo opor
tunus optimus eſt. / Et eiuſdẽ xxv. / Mala au
rea in lectis argenteis. qui loquitur verbũ in
tempore ſuo. eccleſiaſtici xx / Homo ſapiens
tacebit vſqz ad tempus. Et eiuſdem xxviii.
Ex ore fatui reprobabitur parabola / quia nõ
dicit illam in tempore ſuo / Ambroſius libro
de officiis / Sapiens vt eloquatur multa pri
us conſiderat: quid dicat. cui dicat. quo in lo
co et tempore / yſidorus tempore congruo lo-
quere. tempore congrue tace / Non loquaris
niſi interrogatus fueris / Non dicas priuſq̃
audias. eccleſiaſtes iii. / Tempus tacendi ⁊ tẽ
pus loquendi. / Hugo de ſancto victore. Tẽ-
pus tacendi tempus loquendi precedere de-
bet / quia prius per ſilentiũ tempore tacendi
diſcitur. qđ poſtea per verbũ tempore loquẽ-
di proferatur. ¶ Eſt autẽ notandũ ꝙ in qui
qz temporibus ſuperſedendũ eſt a loquendo /
Ex ſententia eiuſdẽ hugonis. ¶ Primo quã
do alter prior loqui cepit: ne ſi ſermonẽ eius
verborũ noſtrorũ prolatione interruperim⁹ /
et eum qui loquitur: et eos qui audiunt pari
ter offendam⁹ / Et ideo dicebat iob xxix. ca.
/ Qui me audiebant expectabant ſentẽtiam
meam. et intendebãt ad conſiliũ meũ. ¶ Se
cũdo tacendũ eſt: quãdo id ad quod inducere
volum⁹ animos auditorũ / preparatos adhuc
non eſſe cõſideramus / De hoc habemus exẽ
plum dñi. qui cum apoſtolos ſuos adhuc im-
becilles et ad ſublimioris doctrine eruditio-
nem imparatos aſpiceret / ait. Adhuc multa
habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare
modo. Io. xvi. ¶ Tertio tacendũ eſt propter
multiloquiũ vitandũ. quia vt dicit ſalomon.
¶ In multiloquio non deerit peccatum / Qui
autẽ moderatur labia ſua. prudentiſſimus ẽ.
prouer. x. ¶ Quarta ratio quando ipſi cui lo
cuturi ſumus. nondũ apud noſmetipſos con
gruã loquendi formã inuenimus / quia ꝑfe-
cto animi auditorꝫ magis offenduntur: ſi ſer
mo qui edificare debet confuſus et inordina
tus ꝓferatur / Et ideo dicitur eccleſiaſtici v.
/ Si eſt tibi intellectus. reſponde proximo tuo /
ſinaũt: ſit manus tua ſuper os tuũ. ne capia-
ris in verbo indiſciplinato. ¶ Quinto tacẽ
dum eſt: quando hii qui preſentes habentur /
nequaꝙ̃ tales ſunt ad quos verbuꝫ debeam⁹
facere / vtpote quando preſentes ſunt magne
auctoritatis aut ſapiẽtie / ſecundũ illud eccle-
ſiaſtici. xi. In medio ſeniorꝫ ne adicias loqui.
¶ Circa ſeptimũ ſcz modum loquẽdi inſtru
it nos. Hugo de ſancto victore hiis verbis.
Modus loquendi in tribus conſtat / hoc eſt
quo geſtu. quo ſono. et qua ſignificatione qđ
dicatur. ¶ Diſciplina iubet vt loquẽtis ſit mo
deſtus geſtus. et humilis / ſonus demiſſus et
ſuauis. ſignificatio verax et dulcis. ¶ Mode
ſtiam debet habere geſtus loquẽtis: vt nec in
ordinate nec impudice. nec turbulente inter-
loquendo membra moueat / aut aliqua inde-
centi conformatione aut trãſmutatione vul
tus prolationẽ ſui ſermonis ĩminuat / humi
lis debet eſſe geſtus loquentis / vt apud audi-
tores gratiam ſermo eius inueniat / Sonus
loquentis debet eſſe demiſſus. ne ſtrepitu et ĩ
moderata clamoſitate. auditores ſuos aut in
iuſte terreat: aut iniuſte offendat. Unũ de xp̃o
loquitur / pſaie. xxiiii. Non clamabit. nec acci
piet perſonã / nec audietur vox eius foris / Se
neca / Vox ſit ſine clamore / Suauis debet eſ-
ſe ne prolationis aſperitate tanto fiat anim⁹
audientium oneroſior / q̃to ad aures durior
venit et iniocundior / Significatio id eſt ſen
tentia ſermonis debet eſſe vera et dulcis.
¶ Hugo de ſancto Victore / Cum veritate ne-
ceſſe eſt vt ſermo loquentis dulcedinem ha-
beat / quia ſepe etiam veritas auditori ama-
ra efficitur / vt ſi ſine ratione aut ſine dilecti-
one. vel importune vel impie cõtra eum pro-
feratur. eccleſiaſtici vi. Verbũ dulce multipli

cat amicos et mitigat inimicos. Et eiuſdem xvi. Qui ſapiens eſt corde appellabitur prudens: et qui dulcis eſt eloquio maiora reperiet. Magis enī proficiunt qui habent dulcedinem lingue q̄ꝫ qui habent ſapientiam magnam in corde. Et notandum ꝙ ſermo noſter debet eſſe purus. prouer. xv. Sermo purꝰ pulcherrimus. purꝰ eſſe debet a falſitate. purus a noxietate proximi. et contumelia dei.

Circa tertium principale notandū ꝙ quattuor ſunt que multū valent ad cuſtodiam lingue. Primū eſt ꝙ ante portā oris barre ponantur. Secundū eſt ꝙ porta oris raro aperiatur. Tertiū eſt vt porta cito claudatur. Quartū vt in ea clauis habeatur. Quaſi barre ante portam oris ſunt firma propoſita declinandi illas perſonas cū quibus per linguam peccare ſolemus. vel loca illa in quibꝰ habemus occaſionē peccandi per linguā. vel tenēdi ſilentiū in illis horis in quibus homo facilius per linguam labitur. vt eſt hora poſt ſumptionē cibi et potus. et alia ſimilia ꝓpoſita ſalubria valentia ad cuſtodiam lingue. De hiis barris ſiue vectibus habet̄ prouer. xviii. Frater qui iuuat̄ a fratre quaſi ciuitas firma. ⁊ iudicia quaſi vectes vrbiū. propoſita ex iudicio rationis facta ſunt quaſi vectes vl̄ quaſi barre. Raro etiam aperienda eſt porta oris. et cito claudenda. Sapiens. Ad ſūmam ꝑfectionem volo te eſſe. breuiloquū rariloquum et ſubmiſſa voce loquentem. Jaco. i. Sit omnis homo tardus ad loquendū: velox ad audiēdū. Seneca. Tardiloquū te eſſe iubeo et prope erit tibi deꝰ. Idem. Aurē frequentiꝰ q̄ꝫ linguā accōmoda. Sicut enī multiloquiū frequenter habet peccatū: ſic breuiloquiū valet ad hoc vt caueatur peccatū. Triplicē clauem debet habere porta oris. Prima ſeruatur in archa cordis. Secunda in manu prelati. Tertia in manu dei. Clauis cordis ē neceſſaria. quia locutionē viri religioſi debet precedere mentis deliberatio. Hieronymꝰ. priꝰ veniat ſermo ad limā q̄ꝫ ad linguā. eccleſiaſtici. v. Ne temere loquaris. eccleſiaſti. iiii. Noli citus eſſe in lingua tua. Item eiuſdem xxi. Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. Sapiens habet os in corde. i. in cordis poteſtate. et diſpoſitione. Stultus cor in ore. In eodem. In ore fatuorū cor illorū. et in corde ſapientū os illorū. Secūda clauis in manu prelati eſt. Unde religioſus anteq̄ꝫ loquatur a prelato ſuo licētiā debet petere. Qui ei neſciente aut nolente prelato. ad loquendū portam oris aperit poſtq̄ꝫ clauē ei tradidit. fractor templi ſpiritualis eſſe videtur. et quaſi fur faciendo clauem contra clauē. Tertia clauis in manu dei eſſe dicitur. Quocirca religioſꝰ anteq̄ꝫ loquatur orationē debet ad deum premittere. cuius eſt linguam gubernare. vt linguam regat ne in ea offendat. orās cū propheta. Dn̄e labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuā. pſalmo l.

## Capitulū xli. de liii. liiii. et lv. inſtrumētis vbi de multiloquio ⁊ vanis ſermonibus ac riſu fugiendis.

Quinquageſimū tertiū inſtrumentū ē (Multū loqui non amare) De quo ſaluator noſter ait mathei. vi. Nolite multū loqui. Et ſeneca vt ſuperius inductū eſt ait. Tardiloquū te eſſe iubeo: ⁊ prope erit tibi deus. Ubi notandū ꝙ a multiloquio cauendū eſt multiplici ratione. Primo q̄ꝛ hominē reddit odioſum: Pauciloquiū vero amabilem. Unde philoſophꝰ queſitus quomodo quis homibus poſſet placere. reſpōdit Si geſſeris optima et locutus fueris pauca. eccleſiaſtici. ix. Terribilis eſt ī ciuitate ſua hō linguoſus: et temerarius in verbo ſuo odibilis erit. Secundo quia impedit conuerſionem homīs. Job xi. Nunquid vir verboſus iuſtificabitur? Tertio quia dicitur prouerbiorū x. In multiloquio non deerit peccatū. Et ecceleſiaſtici xx. dicitur. Qui multis vtit̄ verbis. ledit animam ſuam. Quarto quia ſignū eſt ſtultitie. eccleſiaſtes x. Stultus verba multiplicat. Quinto quia vbi eſt multiloquiū. ibi eſt frequēter egeſtas ſicut vbi multum eſt de palea. ibi parū eſt de grano. puer. xix. Qui tantū verba ſectatur nichil habebit. Sexto quia magna vtilitas eſt in cauēdo a multiloquio. eccleſiaſtici. xix. Qui odit loquacitatem extinguit maliciā.

Quinquageſimū quartum inſtrumentū eſt (Verba vana aut riſui apta non loqui) De quo apoſtolus inquit. ſcđe thi. ii. Prophana et vaniloquia deuita. Ubi nota ꝙ ſunt vana verba. que ſunt inutilia. Job xxvii. Ut quid ſine cauſa vana loquimini? Secundo vana dicunt̄

que ſunt ſuperflua. ad thitū. i. Sunt multi i
obedientes. vaniloqui et ſeductores. Ter
tio vana dicuntur ſine ratione prolata / p̄rie
ad thi. p̄io. A quibus quidē oberrantes con
uerſi ſunt in vaniloquiū / Uerba vero riſui ap
ta dicunt / que riſum mouent ſiue prouocāt / ſi
cut ſunt ſtultiloquia / cachinationes. ſcurrili
tates et huiuſmodi / que ab ore religioſi oīno
debent eſſe aliena / Unde apoſto. ad ephe. v.
inquit / nō nominetur in vobis (ſicut decet ſā
ctos) turpitudo aut ſtultiloquiū aut ſcurrili
tas que ad rem / id eſt vtilitatē non pertinet
ſed magis gratiarum actio. ¶ Quinquage
ſimum quintū inſtrumentu eſt (Riſum mul
tum aut excuſſū non amare / Nota ꝙ non ꝓ
hibetur riſus moderatus / Tum quia homo
naturaliter eſt riſibilis / Tum qꝛ religioſus
debet eſſe vultu ſerenus / non turbulentus vl'
indignabundus: ſed prohibetuꝛ īmoderatus
ſiue exceſſiuus. ¶ Ubi notandū ꝙ virū religi
gioſū multū decet / vt diſciplinā in riſu ſeruet
Quis riſus ſit reprehenſibilis / oſtendit ſene
ca hiis verbis / Miſcebis interdū ſeriis iocos
ſed temperatos: et ſine detrimento dignatio
nis et verecundie / Nam reprehenſibilis riſꝰ
eſt. ſi īmoderatus. ſi pueriliter effuſus. ſi muli
ebriter fractus / Item riſus ſit ſine cachino.
Notandū hic ꝙ luctus in hac valle lachry
marū debet eſſe diſcipulo frequens ⁊ multꝰ:
riſus vero rarus et modicus / Et hoc triplici
ratione. Primo exemplo xp̄i / De cuius lu
ctu habetur in multis locis ſacre ſcripture. ſ.
luce xix. Jo. xi. Et ad hebre. v. / De riſu xp̄o ciꝰ
in hac vita preſenti nūꝗ legimus. Secun
do quia riſus habet maledictionē eius / lu. vi
Ue vobis qui ridetis / Luctus vero habet eiꝰ
benedictionē. Math. v. Beati qui lugent. /
Hierony. in epiſtola ad heliodoꝝ / Nō eſt trā
ſitꝰ de deliciis ad delicias / Longꝰ riſꝰ ꝑpetuo
cōpēſādꝰ eſt fletu / Delicatꝰ es ſi vis hic gaude
re in ſeculo. et poſtea regnare cū xp̄o. Ter
tio quia riſus imoderatus vacuā reddit ani
mam bonis omibus / Baſilius in exameron
Jocus ſiue riſus remiſſā efficit aīam ſiue ne
gligentem erga dei precepta / nec delicta ſua
poteſt ad memoriā reuocare: ſed obliuiſcitur
nec ſe inſtigat ad penitentiā: et ita paulatim
omibus bonis priuatur / Item criſoſto. ſuper
math. Nullū habebit acceſſū cōpūctionis ge
mitus. vbi fuerit īmoderatus riſus ac iocus /
Quarto quia vbi riſus īmoderatus ibi nul
la grauitas ⁊ diſciplina eſſe poteſt / ideo Hie
ronymus vbi ſupra ait. Ridere ⁊ ludere ſecu
laribus derelinque / grauitas tuā perſonā de
cet. Quinto qꝛ riſus exceſſiuus odibilem
facit hominē. Seneca. Odibilem facit hoīeʒ
riſus / aut ſuperbus aut elatus aut malignꝰ
aut furtiuus. aut aliis malis enotatus. ¶ Se
cundo notandū ꝙ inter riſum diſciplinatū ⁊
indiſciplinatū differentia eſt. eccleſiaſtici xxi.
Fatuus in riſu exaltat vocem ſuā: vir autem
ſapiens vix tacite ridebit / Riſus indiſciplina
tus eſt velut ebulitio ſtultitie. prouer. xv. Os
fatuorū ebulit ſtultitiā / Eſt etiā velut ſonitꝰ
ſpinarū in igne. eccleſiaſtici vii. Sicut ſonitꝰ
ſpinarū crepitantiū ſub olla: ſic riſus ſtulti.
Riſus indiſciplinatus aliquando eſt inuidie
aliquando perfidie / aliquando inſanie / De
p̄io dicit poeta. Riſus abeſt niſi quē viſi fe
cere dolores. De ſecundo dicitur prouerbi. x
Quaſi per riſū ſtultus operatur ſcelus / De
tertio dicit Aug. Malunt ſapientes ſe habe
re ſanos lugentes ꝙ freneticos ridentes.

¶ Capitulum xlii. de inſtrumento lvi. vbi de
vtilitate audiendi lectiones ſanctas.

Quinquageſimū ſextū inſtrumētuʒ eſt
(Lectiones ſanctas libenter audire)
De quo hiero. Scripturas diuinas ſe
pius lege. imo lectio ſacra de manu tua nūꝗ
deponatur / Dicit autē ſanctus pater lectio
nes ſanctas audiendas eſſe: vt excludat va
nas et noxias ⁊ inutiles ſiue damnoſas. libē
ter dicit ſcʒ cum attentione ⁊ deſiderio profi
ciendi / ſecūdū illud eccleſiaſtici. iii. Auris bo
na audit cū omi concupiſcentia ſapientiam.
¶ Ubi notandū ꝙ lectio ſacra plurimas ha
bet vtilitates: et potiſſime duodeci / que diſci
pulum multuʒ mouere debēt ad libēter cum
magna cordis concupiſcentia ad lectōnes ſā
ctas audiendas. Primo quidem valet ad
bonorū fructuū productionē / Nam viri de
uoti qui iuxta aquas ſapiētie que per libros
decurrunt plantati ſunt ferunt multū fructū
quia quandoqʒ bonorū operum: quandoqʒ
predicationis: quandoqʒ doctrine / Unde de
viro bono dicitur p̄s. i. In lege eius medita
bitur die ac nocte / ⁊ erit tanꝗ lignū quod plā
tatū eſt ſecus decurſus aquarū / quod fructuʒ

ſuũ dabit in tempore ſuo. ¶ Secundo valet
ad celeſtis deſiderii inflãmationẽ. Cum eni
verba diuina ſint quaſi ignis. ſicut dicitur ie
remie v. Conſtat libros qui ſunt pleni diui-
nis verbis eſſe quaſi calefactoriũ humanarũ
mentiũ. Sicut ergo in hyeme dura monachi
libenter vadunt ad calefactoriũ: ita viri ſan-
cti frigore huius mundi durante ſtant libenť
iuxta libros. vt illos legendo et audiendo ca-
lefiant in amore celeſti. Gregorius. Stude
queſo. et quotidie verba creatoris tui medi-
tare. vt mẽs tua ad celeſtia gaudia maioribꝰ
deſideriis accendatur. ¶ Tertio valet ad ani
mandum et confirmandum debiles et infir-
mos contra temptationũ bella; per hoc qđ ĩ
libris ſacris narrantur geſta virorũ fortium.
Et ideo ſicut milites mundi audiũt et legũt
libenter libros hyſtoriarũ in quibus inueniũ
tur probitates antiquorũ militũ: ita et mili
tes xp̃i libenter legunt et audiunt libros ſa-
cros. vt ex geſtis probatiſſimorũ patrum que
narrantur in eis animentur et roborentur.
¶ Gregorius. Scriptura narrat geſta ſanctoꝝ.
et ad imitationem prouocat corda infirmoꝝ.
dũqꝫ illoꝝ victricia cõmemorat contra vicio
rum prelia debilia noſtra confortat. ¶ Quar
to valet ad cauendũ demonum inſidias. Eſt
eni ſacra lectio ſicut alueus ꝑ quã fluit aqua.
in qua ſolent reſultare imagines auiũ rapa-
cium: et ideo viri ſancti libenter legunt in li-
bris ſanctis. vt intuẽtes ĩ eis fallacias demo
num melius caueant. canticorũ v. Oculi eiꝰ
ſcꝫ viri ſancti ſicut columbe ſuper riuos aqua
rum que reſident ſuper fluenta pleniſſima.
glo. Solent columbe iuxta fluenta reſidere.
vt volantiũ auium in aqua vmbrã videant ꝛ
ſic vngues vitant: ſic ſancti in ſcripturis frau
des demonũ proſpiciũt: et ex deceptione quã
attendunt. quaſi ex vmbra hoſtem cognoſcũt
et fugiunt. ¶ Quinto valet ad ſui cognitio-
nem. Eſt eni ſcriptura ſacra quaſi ſpeculum
in quo cognoſcit quis ſemetipſũ. Et ideo ſi-
cut dñe magne quotidie ſe reſpiciũt in ſpecu-
lis: ſic ꝛ ſancti in ſcripturis. Grego. Scriptu
ra ſancta oculis mẽtis quaſi ſpeculũ quoddã
opponitur. ꝛ interior nr̃a facies in ipſa videť.
Ibi feda nr̃a ꝛ pulcra nr̃a cognoſcimꝰ. ibi ſẽti
mus q̃tũ proficimus: et a profectu q̃tuꝫ lon
ge diſtamus. ¶ Sexto valet ad cõmorandũ
cũ deo. Nam in lectione auditur deꝰ loquẽs.

Ambroſius. Xp̃m alloquimur dũ oramus ip
ſum. audimus cũ diuina oracula legimꝰ et vi
detur: qꝛ videmus nunc ipſum per ſpeculum
ſcripturaꝝ. pᵃ corin. xiii. Et yſidorus. Qui
vult cũ deo eſſe. frequenter oret et legat. Nã
cum oramus ipſi cum deo loquimur: cũ vero
legimus. nobiſcum loquitur. Et in vitis pa-
trum legitur de fratre qui ait. Surgite oſcu
lamini monachos. ſancta eni ſunt ora eorũ ꝛ
ſepe loquuntur cũ deo. Et ideo viri ſancti li-
benter morantur iuxta libros. vbi ſunt cũ deo.
¶ Septimo valet ad aĩe refectionẽ. Sunt eĩ
diuini libri quaſi loca paſcualia vberrima. ps
In loco paſcue ibi me collocauit. glo. Intelli
gentia diuini ſermonis. ¶ Et ideo deuote aĩe
libenter in eis morantur. ſicut aĩalia in locis
paſcualibus. yſidorus. Scripturaꝝ altitudo
montes paſcue ſunt. ad quos cũ quiſqꝫ iuſto-
rum conſcenderit: paſcue indeficientis refe-
ctionẽ inueniſſe ſe gaudet. ¶ Octauo valet
ad ſalutaria remedia. Diuina eni ſcriptura
eſt quaſi apotheca ſpecierũ ſalutariũ et odori
ferarũ. Et ideo ſapientes libenter ad eam re
currunt pro ſalute ꝛ recreatione. Ambroſius.
Sacra ſcriptura ſalutẽ ſuggerit. vite odorẽ
fragrat. vt ſuauitatem legens capiat: non ꝑ-
cipicii crimen incurrat. ¶ Nono valet ad con
ſolationẽ in tribulatione. Sunt eni in libris
ſanctis multe conſolationes pro bonis. pᵒ mo
macha. xii. Habentes ſolacio libros ſanctos.
in manibus veſtris. Et ideo ſancti viri cũ fre
quenter tribulationes in hoc mundo patiũť.
recurrunt ad libros frequenter quaſi ad ſola
cium. Gregorius ad conſolationẽ veſtrã ſa-
cra ſcriptura preparata eſt. Tãto ergo debe-
mus magis legere. q̃to nos cõſpicimus ſub
tribulationũ faſce laſſari. ¶ Decimo valet
ad vires aĩe replendas. Libri eni aliarũ ſcien
tiarũ licet illuminent intellectũ. non tamen
accendunt affectũ. Diuini vero libri vtrũqꝫ
faciunt. yſidorus. Geminũ cõfert donum le
ctio ſcripturarũ ſacrarũ: ſiue ꝙ intellectũ mẽ
tis erudit. ſiue ꝙ a mũdi vanitatibus abſtra
ctũ hominẽ ad amorẽ dei perducit. ¶ Unde
cimo valet ad neceſſaria ĩ vita pñtis peregri
natõis cognoſcẽda. ꝛ prudẽť pſequẽda. Dia
eĩ hec docet lectio ſctã. yſido. Lectio docet qd
caueas. lectio oſtendit quo tendas. lectione
ſenſus augetur et intellectus. ¶ Duodecio
valet ad carnalia deſideria refrenanda. Hie

ronymus. Ama ſacras lectiones et carnis de-
licias nõ amabis. ¶ Preterea notandũ ꝙ ex
hoc ꝙ ſanctus pater ait lectiones ſanctas li-
benter eſſe audiendas. non eſt intelligenduꝫ
voluiſſe omino excludere. quin monachi poſ-
ſint alias artes ſiue ſcientias ad intelligenti
am ſacre ſcripture conducẽtes ſiue manudu
centes legere/ ſicut ſũt grãmatica. logica. rhe
torica. et philoſophia/ Omnes eni huiuſmo-
di ſcientie ex ordine. ⁊ intentione huiuſmodi
poſſunt dici ſancte.

¶ Capitulũ xliiii. de inſtrumento quinquage
ſimo ſeptimo: in quo de vtilitate orationis.

Quinquageſimũ ſeptimũ inſtrumentũ
eſt (Orationi frequenter incumbere)
Poſt exhortationẽ lectionis ſacraruꝫ
litterarũ ſubdit exhortationẽ orationis/ Et
merito: quia cũ teſte iohãne damaſceno ora-
tio ſit aſcenſus mentis in deũ: oratio procul-
dubio diſpoſitio maxima ẽ ad lectionẽ. debet
ei oratio lectionẽ preuenire. Jaco. i. Si quis
indiget ſapientia. poſtulet a deo. Auguſtin⁹.
¶ Oratione ſoluuntur dubia melius ꝙ inqui-
ſitione. Hortatur ergo merito ſanctus pater
diſcipulũ ſuũ frequenter orare. ¶ Unde addit
frequenter. ¶ Tum quia multũ valet depreca
tio iuſti aſſidua. Jaco. vltimo. ¶ Tum quia mi
les non debet ſcutũ orationis deponere dum
bellũ durat/ Bellũ autẽ durat dũ durat vita
preſens/ Militia ei eſt vita homĩs ſuper ter-
ram. Job vii. ¶ Item dũ durat periculũ neceſ-
ſariũ eſt dei adiutoriũ: et ideo in oratione eſt
inuocandũ. Dum durat miſeria. inuocanda
eſt dei miſericordia/ Unde apoſtolus p̃ie ad
theſſalo. v. Sine intermiſſione orate. ¶ Cir
ca orationẽ in preſenti loco notandũ ꝙ ora-
tio ad multa valet/ propt̃ que merito frequẽ-
ter eſt incũbendum illi. vt ait ſanctus pater.
¶ Primo eni placat deũ. exo. xxxii. Moyſes
orabat dicens/ ⁊c. ſequitur/ Placatuſqꝫ eſt do
minus/ Auguſtinus. Magna eſt virtus pure
orationis. que quaſi quedã perſona ad deũ in
trat et mandatũ peragit/ quo caro peruenire
nequit. Itẽ hierony. Oratio deũ lenit: lachry
ma cogit. hec mitigat: illa pungit. Item ſup
ezechielem libro x. Sicut hoſti murus oppo-
nitur. et aduerſario ex aduerſo veniẽti occur
ritur: ita dei ſententia ſanctorũ precibus frã-
gitur. Unde moyſi dicitur/ Dimitte me vt ira-
ſcatur furor meus contra populũ iſtũ. ¶ Se
cundo peccatorũ veniã impetrat. ſcḋi regum
xii. Dauid poſtꝙ orauit audiuit: dñs abſtu-
lit peccatũ tuũ a te/ Et mathei xviii. Serue
neq̃. om̃e debitũ dimiſi tibi quoniam rogaſti
me. ¶ Tertio temptationis impetũ ſedat.
In cuius figuram dicitur. numeri ii. Orauit
moyſes. et abſorptus eſt ignis/ Et luce xx. Ui
gilate et orate. ne intretis in temptationem.
yſidorus. Hoc eſt remediũ ei/ qui viciorũ tẽ-
ptamentis eſtuat/ vt quotiens quolibet tan-
gitur vicio. totiens ſe ad orationẽ ſubdat: q̃r
frequens oratio viciorũ pugnationẽ extiguit
¶ Quarto oratio ſanat morbos ſpirituales
aĩe. Jaco. vltimo/ Infirmatur quis ex vobis
inducat preſbyteros eccleſie et orent ſuper eũ
et ſi in peccatis fuerit dimittentur ei. Hiero.
Ieiunio ſanãtur peſtes corporis: oratione pe
ſtes mentis. ¶ Quinto valet ad curationẽ
infirmitatũ corporaliũ. eccleſiaſtici xviii. Fili
in tua infirmitate ne diſpicias teipſũ: ſed ora
deũ et ipſe curabit te. Jaco. vltimo. Oratio
fidei ſanabit infirmũ. ¶ Sexto vitã prolon-
gat. yſa. xxxviii. dictũ eſt regi ezechie. Audi-
ui orationẽ tuã. et vidi lachrymas tuas: et ec
ce ego adiiciã ſuper dies tuos quindecim an
nos. ¶ Septimo valet ad effugandũ demo-
nes. thobie vi. legitur ꝙ per orationẽ fugat⁹
eſt demõ ab vxore thobie iunioris. ¶ Item ma
thei xvii. et Marci ix. hoc genus demoniorũ
non eiicitur niſi oratione et ieiunio ¶ Legitur
in vitis patrũ/ ꝙ per orationẽ vnius impedi
tus eſt vnus demõ. per magnũ tempus (quẽ
Julianus in perſidem mittebat) ne trãſiret.
¶ Octauo valet ad victoriam habendã de ho
ſtibus. exo. xvii. Cuꝫ leuaret manus moyſes
vincebat iſrael/ Judich iiii. Memores eſtote
moyſi ſerui dei. qui amaleth nõ ferro pugnã
do. ſed precibus ſãctis deiecit. glo. ſuper librũ
numeri. Plus valet vnus ſanctus orando/ ꝙ̃
innumeri peccatores preliando. Oratio ſan
cti celum penetrat. quomodo in terris hoſtes
non vincat: Auguſtin⁹ ſuper apoca. omelia
decima. Quotiens perſecutiones irrogant
eccleſie: ſanctorũ orationibus aut mouentur
aut temperantur. ¶ Nono oratio liberat in
periculis tribulationũ. pſ. Ad dñm cũ tribu-
larer clamaui. et exaudiuit me. Et Ambroſi⁹
Bonũ ſcutũ oratio/ quo omĩa aduerſarii ſpi-

cula repelluntur. Unde pſalmiſta / Inimici
mei detrahebant michi: ego autem orabam /
Criſoſtomꝰ de reparatione lapſi / Oratio ec-
cleſiaſtica et continua ſoluit petrū a vinculis /
et pauli dilatauit ꝑdicationis fiduciā / Ora-
tio caminū ignis extinxit / Oratio concluſit
ora leonū. oratio ſterilem fecundauit. oratio
cornelii celos penetrauit. oratio publicanum
iuſtificauit. hec criſoſtomus. Unde vltimū re
fugiū in omni neceſſitate cū alia remedia de
ſūt eſt oratio ipſa. ſecūdi palip o. xx. Cū igno-
ramus quid agere debeamus hoc ſolū habe-
mꝰ reſidui vt oculos noſtros ad te dirigamꝰ.
Decimo valet oratio ad impetrandū bo-
na. Math. xxi. Omia quecūqꝫ petieritis in
oratione: credētes accipietis. Et luce xi. Pe-
tite et dabitur vobis. Undecimo oratio fa
miliaritatem dei confert. ps. cxliiii. Prope ē
dn̄s omibus inuocantibus eū. Et Bernar. ī
epiſtola quadam. Oratio eſt hoīs deo adhe-
rentis affectio et familiaris quedā et pia al-
locutio et ſtatio illuminate mentis ad ſerui
endum deo ꝙdiu licet. Item effrem in libro
de luctaminibus ſeculi. Orationes ſancte et
pure confabulationes et colloquia dei ſunt;
et magna exultatione ad dn̄m in celum aſcē
dunt / Angeli et archangeli cum gaudio eis
occurrunt: et ſuſcipientes eas vſqꝫ ad thronū
glorie dei ſancti perducunt. Duodecimo
oratio totam curiā celeſtem quaſi quadā re-
dolentia delectat / apoca. v. Habētes fialas
aureas plenas odoramentorū que ſunt orati
ones ſanctorū / Criſoſtoꝰ. ſuper math. Sicut
thimiama bene confectū delectat hominem
odorantem: ſic oratio iuſti ſuauis eſt ante de
um. Uis autē ſcire dignitatē eius mox vt de
ore proceſſerit ſuſcipiunt eā angeli manibus
ſuis et offerunt ante deum.

## Capitulum quadrageſimumquartum de lviii. inſtrumento vbi de penitentia.

Quinquageſimū octauū inſtrumentū
eſt (Mala ſua preterita cum lachry-
mis vel gemitu quotidie in oratione
deo cōfiteri. et de ipſis malis de cetero emen
dare) Merito ſanctus pater inter inſtrumē
ta bonorum operū penitentiā annumerat /
Tum quia poſt lapſū eſt vnica via peruenië
di ad deū / Auguſtinus in omelia de peniten-
tia. Nullus hoīm tranſit ad xp̄m vt incipiat
eſſe quod non erat niſi per penitentiā / Unde
ſecunda tabula eſt poſt naufragium in mari
magno huius ſeculi / vt dicit Hieronymus.
Quare lu. xiii. dicit ſaluator. Si penitentiā
non egeritis ſimul omēs peribitis / Tum ſe
cundo. quia penitentia ad regnū conducit ce
lorū. Math. iii. Penitentiam agite appro-
pinquabit regnū celorum / Criſoſtomꝰ in ſer
mone de penitentia / O penitentia que pec-
cata deo miſerāte relaxas. paradiſū reſeras.
cōtritum ſanas. triſtem exhilaras. vitam de
interitu reuocas. ſtatum reſtauras. honorē
renouas. fiduciā reformas. et gratiam abun
dantiorem recuperas. Eſt autem hic notā
dum ꝙ ſanctus pater Benedictus ſeptē con
ditiones tangit in hoc inſtrumēto / quas ne-
ceſſario penitentia vtilis et fructuoſa debet
habere. Prima eſt ꝙ ſit integra: quod no-
tatur cum ait mala. In hac eni generalitate
cuncte includuntur ſpecies peccatorum / de
quibus omibus penitere neceſſe eſt / Impoſſi
bile quidē eſt vnū remitti ſine alio. Auguſti.
libro de penitentia / Sunt plures quos peni
tet peccaſſe ſed non omino: reſeruantes ſibi
quedam in quibus delectentur / non aīaduer
tentes dn̄m ſimul mutum ⁊ ſurdum a demo
nibus liberaſſe: per hoc docens nos nūꝙ niſi
de oībus ſanari / Et ideo Ezechielis xviii. dr̄
Conuertimini et penitentiam agite ab oībꝰ
iniquitatibus veſtris. Secunda eſt ꝙ ſit hu
milis et accuſatoria quod notatur cū dicitur
ſua. Debet eni penitens propria peccata nō
aliena cōfiteri: ⁊ ſibiipſi et nō alteri illa aſcri
bendo. ſecundū illud ps. xxxi. Dixi cōfitebor
aduerſū me iniuſtitiam meam dn̄o / Et ſecū-
di regū vltio / Ego ſum qui peccaui: ego ſum
qui inique egi / Et prouer. xviii. Juſtus prior
accuſator eſt ſui. Tertia eſt ꝙ ſit doloroſa
quod notatur cum dicitur / Cum lachrymis
vel gemitu. Penitētia autē vera vt ait Am-
broſius eſt dolor cordis et amaritudo anime
ꝑ malis que quiſqꝫ cōmiſit / Hinc propheta
ait ps. vi. Laboraui in gemitu meo. lauabo ꝑ
ſingulas noctes lectū meuꝫ: lachrymis meis
ſtratum meū rigabo. Merito habendus eſt
magnus dolor et gemitus cordis de peccato
cōmiſſo / Tum propter offenſe diuine maie-
ſtatis celſitudinē. Tum ob diuine legis trāſ-
greſſionē. Tum ob impiā abuſionem benefi

cioꝝ dei. tum ob damnoſā ſeparationē a deo.
tū ob ignominioſam captiuitatē ſub demo-
nibus. tū pꝛopter peccatoꝛū vilitatē que oīa
concurrunt in peccato moꝛtali. Quare iere.
ſexto dicitur. Filia populi mei accingere cili-
cio et conſpergere cinere. glo. docet vt cōuer-
tantur ad penitentiā. luctū fac tibi vnigeniti.
hoc dicit ad deſignandū magnitudinē dolo-
ris qui habendus eſt pꝛo peccato cōmiſſo: qꝛ
vt ait gloſa. Nichil amplius dolemus ꝙ vni
genitū vel ſolū perdere filiū. Conſiderandū
ꝙ notanter inquit ſanctus pater cum lachꝛy
mis vel gemitu confeſſionem. faciendaȝ eſſe
peccatoꝛū. quia non ſemper excuti poſſunt la
chryme corpoꝛales. Sufficit autem ad peni-
tentiam ipſe gemitus coꝛdis. Auguſtinus in
libꝛo de penitentia. Recte penitēs quicquid
poſt purificationem cōtraxit ſoꝛdiū opoꝛtet
vt abluat ſaltē lachꝛymis mentis. Quar
ta eſt vt ſit continua quod notatur cum dicit
quotidie. De quo Auguſtinus libꝛo de peni
tentia. Doloꝛ in penitentia quotidie cuſtodi
atur. Item. Quid reſtat nobis. niſi dolere in
vita. Vbi eni doloꝛ finitur. deficit penitētia.
Bernardus in ſermone de penitentia. Verꝰ
penitens ſemper eſt in laboꝛe ⁊ doloꝛe. dolet
de pꝛeteritis. laboꝛat de futuris cauēdis. Ve
ra ſiquidē penitentia eſt ſine intermiſſionis
tempoꝛe de peccatis dolere: ſic plangere com
miſſa ne cōmittat plangēda. Unde dicebat
Abbas felix vt habetur in vitis patrum. Si
cut vmbꝛā coꝛpoꝛū circūferimus: ſic cōpuncti
onem debemꝰ circūferre. Hinc vt beatꝰ Gre
goꝛius teſtatur in moꝛalibus mentes fideliū
ſine amaritudine eſſe neſciunt. Eſt tamen
notandum. ꝙ penitere contingit dupliciter.
vt dicit ſanctus Thomas in tertia parte. q.
lxxxiiii. articulo ix. videlicet ſecundum actuȝ
et ſecundū habitum. Actu quidē impoſſibile
eſt ꝙ homo continue peniteat: quia neceſſe ē
ꝙ actus penitentis ſiue interioꝛ ſiue exterioꝛ
interpoletur ad minus ſomno. ⁊ aliis que ad
neceſſittatē coꝛpoꝛis pertinent. Aliomodo di
citur penitere ſecundu habitū. Et ſic opoꝛtet
ꝙ homo cōtinue peniteat. Et ꝙtū ad hoc ꝙ
homo nūꝙ aliquid contrariū faciat peniten
tie: per quod habitualis diſpoſitio peniten-
tis tollatur. et ꝙtum ad hoc ꝙ debet in pro-
poſito gerere ꝙ ſemꝑ peccata pꝛeterita diſpli
ceant. Quinta conditio eſt. vt ſit ſatiſfacto

ria quod notatur cū dicitur in oꝛatiōe. Oꝛa
tio autē eſt vna pars ſatiſfactionis. Ait eni
beatus Auguſtinus ſuper ps̄. xlii. Hec eſt ei
inquit iuſtitia hominis in hac vita. oꝛatio. ie
iuniū. et obedientia. Vis oꝛationē volare ad
celū: fac ei duas alas ieiuniū. et elemoſinam.
Debet autem penitens ſatiſfacere de cōmiſ-
ſis. Nam vt ait yſidoꝛus libro ethimo. peni-
tentia eſt appellata quaſi punientia: eo ꝙ ho
mo in ſe penitendo punit qđ male admiſit.
Et Auguſtinꝰ in quadā epiſtola. Hoc eſt opꝰ
penitentis. vt id mali quod fecit impunitū eſ
ſe non ſinat. Joelis ii. Cōuertimini ad me in
toto coꝛde veſtro. Et ſequitur. Scindite coꝛ-
da veſtra. et non veſtimenta veſtra. Luce iii.
Facite dignos fructꝰ penitētie. vbi glo. inter
linearis dicit. i. vidictā ꝑ q̄litate culpe. Sex
ta eſt ꝙ ſit recte oꝛdinata. quod tunc fit quan
do non pꝛopter imminentia ſupplicia. aut in
cōmoda tempoꝛalia: ſed propter offēſionem
diuine maieſtatis. ⁊ culpe vilitatem peccaſſe
penitet. quod notatur cū dicitur: dn̄o. ps̄ xxxi
Dixi confitebor iniuſtitiaȝ meam dn̄o. i. ad
iuſtitiam dei. Joſue vii. Fili mi da gloꝛiā do-
mino deo iſrael et confitere. Septima eſt
vt vera et non ſimulata ſit. quod tangitur cū
dicitur. Et de ipſis malis de cetero emenda
re. id eſt in poſterū ipſa mala non reiterare. ſi
ue iterū nō cōmittere. Hoc quippe vera pec
catoꝛū confeſſio requirit. Gregoꝛius. Vera
penitentia eſt anteacta deflere: et deflenda
iterum nō committere. Nam qui ſic alia de-
ploꝛat. vt tamen alia committat. adhuc peni
tentiam agere aut ignoꝛat. aut diſſimulat.
Et ambꝛoſius. Penitentia eſt mala pꝛeteri-
ta deplangere. ⁊ plangenda iterū non cōmit
tere. yſidoꝛus de ſūmo bono. Multi lachꝛy-
mas indeſinenter fundunt. et tamen peccare
non deſinunt. Sed deriſoꝛ ⁊ non penitens ē
qui adhuc agit pꝛopter quod penitet. Nec vi
detur deū poſcere ſubditus. ſed ſubſannare ſu
perbus. Canis reuerſus ad vomitū eſt pecca
toꝛ rediens ad peccatum. Bernardus in ſer-
mone de penitentia. Si ergo vis verus peni
tens eſſe. ceſſa a peccato. Noli amplius pec-
care. quia inanis eſt penitentia quam ſequēs
coinquinat culpa.

Capitulum xlv. de lix. et lix. inſtrumen-
tis. vbi de non perficiendis deſideriis carnali
bus. ⁊ odienda pꝛopꝛia voluntate.

Quinquageſimū nonū inſtrumentum
eſt (Deſideria carnis non perficere)
Ut ait Caſſiodorus/ deſideria carnis
ſunt delectationes quas caro ſuggerit/ Aug.
libro de ſymbolo/ Ad deſideria carnis perti-
nent illecebre voluptates/ Talia non ſunt ꝑ
ficienda vt ait ſanctus pater.i. conſenſu vo-
luntatis opere adimplenda/ quod hortatur
apoſto.ad ro.xiii.dicens. Curam carnis ne
feceritis in deſideriis/glo.illicitis. Et ad ga.
v.inquit. Spiritu ambulate et deſideria car
nis non perficietis. Ubi notandum vt ait
gloſa ꝙ non ait non habueritis/ quia nō ha
bere deſideria carnis non poterant/ſꝫ inquit
non perficietis.i.nō opera eorum cōſenſu vo
lūtatis implebitis/ Unde Aug.de ꝟbis apoſto-
li ſuper illud/ Non regnet peccatū ꝛc.inquit
nō dicit/ Noli habere deſideria mala/ Quo
modo eni in hac carne mortali/vbi caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritū.ꝛ ſpiritus aduerſus
carnem/nō habes deſideria mala/ Illō ergo
fac vt nō regnet peccatum ī tuo mortali cor-
pore ad obediendū deſideriis eius/ et ſi ſunt
deſideria non eis obediatur ne iniquitas do
minetur/ Cauſam autē quare deſideria car-
nis perficienda nō ſunt: apoſtolus Petrus aſ
ſignat dicēs/ Cariſſimi obſecro vos tanꝗ ad
uenas et peregrinos abſtinere a carnalibus
deſideriis.que militāt aduerſus aīam.i.con-
tinue pugnant/ quia caro cōcupiſcit aduerſꝰ
ſpiritum.et ſpūs aduerſus carnē/ad gala.v.
Ubi notādum ꝙ deſideria carnis militāt
aduerſus aīam multipliciter. Primo con
tra bonū nature/et hoc ꝙtum ad intellectuꝫ.
quia venter pinguis ſenſum ebetem facit.ec
cleſiaſtes ii. Propoſui a vino abſtrahere car-
nem meam.vt animū trāſferam ad ſapiētiā.
gloſa/ Ebrietas animi vigorē mutat. Se
cundo ꝙtum ad affectū.quia quaſi ī naturā
pecoris hoīem vertūt per aſſimilationē/ ps.
xlviii. Comparatus eſt iumētis inſipiētibus/
et ſimilis factus eſt illis. Tertio militāt cō
tra bonum gratie/ quia qui in carne ſūt deo
placere nō poſſūt.ad Roma.viii.id eſt/ Qui
poſt concupiſcētias carnis eunt.et carnis vo-
luptatibus delectātur/deo placere nō poſſūt
Quarto militant contra bonū glorie: qꝛ
ducūt ad eternam mortem.yſa.xxiiii. Amara
eſt potio bibentibus illā/ Ducit eni potio de
ſideriorū carnalium.ad ſempiternam amari
tudinem. Dicit beatꝰ Gregorius/ Quid in
ſanius ꝙ pro momentanea delectatiōe eter-
nis ſe penis obligare/ Optime ergo cōſulit
ſanctus pater.diſcipulum ſuū vt carnis deſi-
deria non perficiat. Quinquageſimum
nonum inſtrumentū eſt (Voluntatē propriā
odire) Propria volūtas odio habenda dicit/
ſingularis aut priuata quam nec lex dei ap-
probat: nec patrū auctoritate firmatur/ Unde
Bernardus in ſermone de lepra/ Volūtatē
dico propriam.que nō eſt cum deo et homibꝰ
ſed noſtra tātum/quādo quod volumus non
ad honorem dei.nō ad vtilitatē fratrum: ſed
propter noſipſos facimus/nō intēdētes pla-
cere deo et prodeſſe fratribus/ ſed ſatiſfacere
propriis motibus animorū/ Talem propriā
volūtatem odire.merito ſanctus pater diſci-
pulū ſuum docet. Ubi notandū eſt ꝙ quat
tuor rationibus propria voluntas eſt odien-
da. Prīa eſt quia eſt inimica deo/ Bernar
dus in ſermone predicto/ Hec eni aduerſus
deū inimicicias exercet/et guerram crudeliſ
ſimam/ Et in ſermone paſce ita loquit/ Por
ro volūtas propria quo furore dominū maie
ſtatis impugnet.audiant et ſerui proprie vo-
lūtatis/ Primo ſubtrahit ſemetipſum.et ſub
ducit eius dn̄ationi/cui tanꝗ auctori ſeruire
debuerat dū efficitur ſua/ Sed addit ad hoc:
Et ꝙtum in ſe eſt omīa quoqꝫ que dei ſūt tol
lit et dirrupit/ Quē eni modū imponit ſibi
humana cupiditas/ Dico fiducialiter nemi
qui ſit in propria volūtate.poſſet mūdus vni
uerſus ſufficere/ Ipſū autē et ꝙtum in ipſa ē
deum perimit voluntas propria/ Omino ei
vellet deum peccata ſua aut vīdicare nō poſ-
ſe.aut nolle aut neſcire/ Vult ergo eum non
eſſe deū: que ꝙtum in ipſa eſt.vult eū aut im
potentem aut iniuſtum eſſe.aut inſipientem/
hec bernardus/ Hieronymꝰ in epiſtola. Tm̄
virtuti adicies.ꝙtum proprie volumtati ſub
traxeris/ Propria volūtas deū impugnat/et
aduerſus eum extollitur/ Ipſa eſt que para-
diſum expoliat et infernū ditat. Secunda
ratio.quia omīa bona opera priuat precio ꝛ
virtute ſua/et meritum euacuat/ Bernardꝰ
ſuper cant/ Grande malū propria voluntas/
qua fit vt bona tua non ſint bona/ Eteni ſi i
die ieiunii mei inuenitur voluntas mea.non
tale ieiuniū elegit ſponſus.nec ſapit illi ieiu
niū meum/quod non lilium obedientie: ſꝫ vi

cium proprie voluntatis ſapit. Ego ergo nõ
ſolum de ieiunio. ſ3 de ſilentio meo. de orati-
one. de lectione. de opere manuu3. poſtremo
de omĩ obſeruantia monachi vbi inuenitur
voluntas ſua in eo. et non obedientia magi-
ſtri ſui id ipſum ſentio: minime prorſus obſer
uantias illas (et ſi bonas in ſe) tamen inter
virtutes cenſueri deputandas. Tertia ra
tio quia eſt contraria perfectioni religionis.
Euſebius in epiſtola. Illũ diem tantũ te be-
ne vixiſſe puta. in quo voluntatẽ propriã ab-
negaſti. et deſideriis tuis reſtitiſti. Quarta
ratio quia ſicut ex cõmuni voluntate multa
bona ſequuntur: ita ex propria vniuerſa ma-
la et ſcandala oriuntur. Bernardus ĩ ſermo
ne paſce. Voluntatẽ quidẽ propriã dimittẽs
nichil amittimus. imo et lucramur plurimũ
cõmutantes illam in melius: vt cõmunis fi-
at que propria fuit. Porro communis volũ-
tas caritas eſt. Via peccatorũ eſt ꝓpria vo-
luntas. que eſt ſuperbia ex qua omĩa mala: ſi
cut ex cõmuni ſunt bona. Unde enĩ ſunt ſcã-
dala. niſi ꝙ propriã ſequimur volũtatẽ. Ber
nardus ſuper cantica. Sicut propria volun-
tas dei. fons et origo eſt totius boni: ita pro-
pria voluntas homĩs. totius mali eſt exordi-
um. Anſelmus libro de ſimilitudinibꝰ. Pro
pria voluntas eſt velut regina adultera. que
ſe cuidam regi adultero coniunxit. i. diabolo
ex quo tres filios genuit. ſc3 delectationẽ. cu-
rioſitatem. et exaltationem. Ex hiis vero tot
alii filii et nepotes ſũt geniti. vt numerari nõ
poſſit eorũ excercitus. Ex delectatione nãq3
naſcitur luxuria. adulteriũ. fornicatio. vẽtris
ingluuies. ĩmundicia. ebrietas et alia huiuſ-
modi. Ex curioſitate. inquietudo. ſuſurratio
detractio. et huiuſmodi. Ex exaltatione vero
inanis glia. inuidia. triſtitia. auaricia. ⁊ alia
huiuſmodi. Quinta ratio eſt quia eſt cru
delis et dure conditionis. Bernardus. Nul
lu3 aliud onus grauius ipſi homini ꝗ̃ ꝓpria
voluntas. Quis ei tam neꝗ̃ dñs. quis adeo
crudelis tirannus. qui non multo ãplius ſub
iecto ſibi ſeruulo parcat: ꝗ̃ homis ipſius pro
pria voluntas? Nunꝗ̃ quieſcere nũꝗ̃ ſub ea
pauſare licet. Quo te amplius ad obedien-
dum ſibi nouerit fatigari. eo amplius vrget.
quo magis inſtigat. eo grauius onerat tanꝗ̃
crudelis abſq3 pietate. et ſine miſericordia.

## Capitulum xlvi. de lx. et lxi. inſtrumentis vbi ꝙ obediendum ſit etiam malis prelatis. et de iactantia fugienda.

Sexageſimum inſtrumentũ artis ſpiri
tualis eſt (Preceptis abbatis in omni
bus obedire. etiã ſi ipſe aliter quod ab
ſit agat: memor illius dñici ꝑcepti. que dicũt
facite: que autẽ faciunt facere nolite) Quis
per obedientiã propria volũtas mactatur vt
ait beatus Gregoriꝰ: recte ſãctus pater poſt
odiũ proprie voluntatis. de obedientia ſubiũ
git dicens. obediendũ eſſe preceptis abbatis
in omĩbus. Ad collo. iii. Filii obedite paren-
tibus per omĩa. hoc enĩ placitũ eſt dño. gloſa
placet deo ſi per oĩa obeditis: ita tamen ſi in
dño obeditis. Ubi notandũ ꝙ ſicut actio-
nes naturales procedunt ex potentiis natu-
ralibus: ita etiam operationes humane. pro
cedunt ex humana voluntate. Oportuit au
tem in rebus naturalibus. vt ſuperiora moue
rent inferiora ad ſuas actiones. per excellen-
tiam naturalis virtutis collate diuinitꝰ. Sic
etiam oportet in rebus humanis. ꝙ ſuperio-
res moueant inferiores per ſuam voluntatẽ
ex vi auctoritatis diuinitus ordinate. Mo-
uere autẽ per rationẽ et voluntatẽ. eſt preci-
pere. Et ideo ſicut ex ipõ ordine naturali di-
uinitus inſtituto. inferiora in rebus naturali
bus neceſſe habent ſubdi motioni ſuperiorũ:
ita etiã in rebus humanis ex ordine iuris na
turalis et diuini. tenentur inferiores ſuis ſu-
perioribus obedire. Quare dicit apoſtolꝰ ad
hebre. vltimo. Obedite ꝑlatis veſtris et ſub-
iacete illis. Sunt autem circa hoc inſtrumẽ-
tum notanda tria. Primo de hiis que obe
dientiam iuuant. Secundo de hiis que ad
uerſantur obedientie. Tertio de partibus
obedientie. Circa primũ notandum ꝙ qui
q3 ſunt que ſolent valere ad hoc ꝙ aliquid ſit
magis tractabile vel flexibile. et ſimilia hiis
valent ad hoc ꝙ cor alicuius ſit magis obedi
ens. Primũ eſt ſeparatio rei ab aliqua re
minus flexibili cui adherebit. vt patet ĩ corio
adherẽti ligno. qꝺ flecti nõ poteſt niſi a ligno
ſeparetur: ſic oportet ad hoc ꝙ aliquis perfe
cte obediens fiat. vt voluntatem ſuã ſeparet
ab omi re temporali. et eam recolligat: vt ha
beat eam paratam. quando mandatum ſu-
perioris venerit. ſecundũ illud ꝓphete in pſ.

Paratus ſum et non ſum turbatus. Itē Pa
ratum cor meum deus. paratum cor meum.
Bernardus. Paratum ad ſublimia. paratū
ad vniuerſa quecunqꝫ p̄ceperis. Auguſtin⁹
Verus obediens mandatum non procraſti-
nat. ſed parat aures auditui. linguam voci.
manus operi. pedes itineri: ꝛ ſic totū intra ſe
colligit. vt mandatum peragat imperantis.
Ut abraham magis obediens eſſet deo. dn̄s
voluit eum ſeparari ab oī re temporali/ dans
ei tria precepta/ quorū. Primo voluit eum
ſeparare ab hiis a quibus ortum duxerat. ge
neſis xii. Egredere de terra/ et de cognatione
tua/ et de domo patris tui. Secundo a ſe
ipſo/ q̄tum ad carnalia deſideria/ Gene. xvii
Circūcidetur ex vobis omne maſculinū. Cir
cunciſio in carne facta. monebat ad reſecatio
nem deſideriorum ſuperfluorum carnalium/
ideo fiebat in membro in quo maxime concu
piſcentia ſeuit. Tertio ab eo quod ortum
duxerat ab ipſo. geneſis xxii. Tolle filium tu
um vnigenitum quem diligis yſaac. ꝛc. Se
cundum valens ad tractabilitatem eſt exili-
tas/ vt patet in virga que propter exilitatem
flexibilis eſt/ etiam fenum ſi ſit tenue vel exi-
le flecti poteſt: ſic exilitas humilitatis multū
valet ad obedientiā. Ideo apoſtolus loquēs
de obediētia xp̄i/ premittit de eius humilita-
te dicens. Humiliauit ſemetipſum/ et cetera
Philip. ii. Auguſtinus xiiii. libro de ciuitate
dei. Obedientia niſi humilium eſſe non po-
teſt. Cum humilitas ſit ſenſus proprie vacui
tatis: humilis habet vnde ſēſum alienum re
cipiat. tanq̄ qui vacuus eſt a ſuo. Et qui ſen
ſum alienum recipit niſi ſit aperte malus/ re
cipit alienam voluntatem: et ſic fit obediens
Superbus prius exibit de ſenſu ſuo q̄ recipi-
at ſenſum alienum vel alienam voluntatem/
et fiat vere obediens. puerbioꝝ. xxvi. Vidi-
ſti hominem ſapiētem ſibi videri: magis illo
ſpem habebit inſipiens. Cibus in quo nimis
eſt de ſale quaſi perditus eſt/ facilius ſal cibo
additur q̄ ſubſtrahatur: ſic ille in quo propri
us ſenſus nimis abundat. non eſt aptus reli-
gioni. Unde facilius homo ſimplex religioſ⁹
efficitur. q̄ homo ſtultus. Tertium eſt ali
cuius liquoris admixtio. vt pellis dura vngi
tur vt ſit tractabilior: et terre dure aqua mi-
ſcetur. Similiter vnctio gratie neceſſaria eſt
vt cor magis tractabile fiat: ideo qui in reli-
gione eſt. frequenter deo debet ſupplicare in
oratione. vt obediendi ei gratiam tribuat: et
p̄lato ſuo gratiā iniungendi ei id quod ma
gis deo placet inſpiret. Auguſtinus libro cō-
feſſionum. Domīe continentiam iubes: da
quod iubes et iube quod vis. A ſimili debet
dicere religioſus deo. Obediētiam iubes: da
quod iubes et iube quod vis. Quartum
eſt calefactio. vt patet ī cera que calefacta tra
ctabilior eſt. et in metallis que ad ignem liq̄-
facta formam rei cui infundūtur facilius re-
cipiunt: ſic accendendum eſt cor hominis ad
obediendum/ oſtenſione beneficiorū iam ac
ceptorum. et generalium et ſpecialium. Item
oſtenſione beneficiorum promiſſorum. Accē-
dendus eſt inſup ignis diuini amoris ī corde
viri religioſi. maxime ex conſideratione diui-
ni amoris quem xp̄s habuit ad nos/ quando
pro nobis factus eſt obediens vſqꝫ ad mortē
crucis. qui dicit luce xii. Ignem veni mittere
in terram. Et quid volo niſi vt ardeat. Co-
gitāda autem ſepe numero. hec dignatio ſū-
ma. Dignatio qua dei filius pro nobis obe-
dire voluit patri vſqꝫ ad mortē crucis. et con
fundatur omnis arrogans et rebellis. qui eti
am in leuibus que ei ex parte dei iniungun-
tur obedire recuſat. Valet etiam ad hāc obe-
dientie accenſionem. conſideratio culparum
cōmiſſarum/ et penarum que ex hiis debent.
Bernardus. O ſi cognouiſſes q̄ multa et q̄
multis debes: videres q̄ nichil eſt quod facis
Primo debes chriſto totam vitam tuam:
qr ipſe pro tua poſuit ſuam. Secundo exi-
gunt peccata mea totam vitam meam: vt fa
ciam fructus dignos penitētie. et recogitem
omnes annos meos in amaritudine anime
mee. Q̄ð ſi tertiū debitorem oſtendam qui
eum vendicet ſibi: puto q̄ deſideres gloriam
quam oculus non vidit. et cetera. Nonne ad
hoc emendum totum te et quicquid poteris
dare oportebit. Et cum omnia compleueris
non ſunt condigne paſſiones huius tempo-
ris ad futurā gloriā que reuelabit in nobis.
Q̄rto debitori debes qð es a quo totū ha
bes. q te fecit et bene fecit: et cūcta miniſtrat/
cui horū p̄ponis reddere qð debes. Itē valet
ad accēdendū cor ad obediendū miſera ſerui
tus in quā remanet qui nō p̄ficit: et libertas
atqꝫ conſolatio ad q̄ p̄uenit q p̄ficit. puer xii
Manus fortium domiabitur: que autem re

miſſa eſt tributis ſeruiet. Hoſtes hominis re
miſſi quotidie aliquid acquirunt ſuper eum.
ꝛ ſic in duram ſeruitutē eum ponūt. Homo
remiſſus ſemper habet pugnā et nūꝗ victo-
riam nec promiſſam vincenti letitiā. apoca.
ii. Vincenti dabo māna abſconditū. Quā-
tum eſt aſſuefactio. exemplo equi durioris q
aſſuefactionibus freni et circūuolutionibus
eius flexibilis efficitur ad voluntatē ſeſſoris
prouerbi. xxi. Equus paratus ad diem belli:
dñs autē tribuet ſalutē. Equus eſt religioſ9
cui niſi obedientie frenū impoſitū ſit factus
indomitus in precipiciū damnationis itur9
eſt. Quare in vitis patrū antonius precipie
bat paulo ſimplici heremite ſuere et diſſuere
veſtes et ſportulas texere et poſtea frangere:
volens voluntatē ipſius flexibilē et obedien
tem facere ¶ Circa ſecundū notandū ꝙ obe
dientie proprius ſenſus et propria voluntas
ſpāliter aduerſantur. Senſus proprius eſt q
non eſt cōmunis. circa quē reprehēſibile eſt ſi
a ſociis nō ſit ſuaſibilis: reprehenſibilius ve-
ro eſt ſi non ſit ſubiectus ei qui tenet locū dei
Maxie reprehenſibile eſt ſi deo non ſit ſub-
iectus. determinādus eſt ſenſus proprius po
tius reſpectu ſuperioris ꝙ̄ reſpectu inferioris
Sicut enī non dicitur prelatus proprietari9
q̄tum ad bona temporalia: ſi non diſponat
de illis ad voluntatē eius qui inferior eſt. ſic
nec dicendus eſt proprietarius q̄tū ad ſenſū:
ſi ſenſus eius non ſit ſubiectus ſenſui inferio
ris. Proprius ſenſus valde periculoſus eſt ei
qui in religione eſt. Bernardus in ſermone.
Lepra proprii conſilii eo pernicioſior quo oc-
culta. ꝛ q̄to plus abundat in homīe tanto ſi
bi ſanior eſſe videtur. Hec illorū eſt qui zeluꝫ
dei habent ſed non ſecundū ſcientiā ſequen-
tes errorē ſuū et obſtinati in eo ita vt nullis
velint conſiliis acquieſcere. Hii ſunt vnita-
tis diuiſores. inimici pacis. caritatis exptes.
vanitate tumētes. placentes ſibi ꝛ magni in
oculis ſuis. ignorantes dei iuſtitiā: et ſuā vo
lentes ſtatuere. Et que maior ſuperbia ꝙ̄ vt
vnus homo toti congregationi conſiliū ſuuꝫ
preferat. tanꝙ̄ ipſe ſolus habeat ſpiritū dei:
ydolatrie ſcelus eſt non acquieſcere: et quaſi
peccatū ariolandi. Ecce nūc qui ſe faciunt re
ligioſiores qui non ſunt ſicut ceteri hominuꝫ
ydolatre et arioli facti ſunt. Nō debet homi

nem regere ī clauſtro proprius ſenſus qui eū
rexit in mundo. Non debet habere eum pro
duce qui in tot foueas eum precipitauit. deu
teronomii xii. Non facietis ibi quod nos hic
facimus: hodie ſinguli quod ſibi rectum vi-
detur. proprius ſenſus eſt oculus veteris ho-
minis. oculus inꝙ̄ caligans: ſic oculi ſolent
in ſenibus caligare. Oculus iſte eſt deſtruen-
dus ſicut et cetera membra veteris hominis
colo. tertio. Mortificate membra veſtra que
ſunt ſuper terram. Item proprius ſenſus eſt
oculus ſcandaliſans: et ideo eruendus. Ma
thei. v. Si oculus tuus ſcandaliſat te erue eū
Sicut equus videns non eſt idoneus circui-
re ad molam: ſic qui in religione eſt non eſt
aptus volubilitati obedientie niſi oculus p-
prii ſenſus ei erutus fuerit. Proprius ſenſus
eſt conſiliarius infidelis de quo non eſt confi
dendum eo ꝙ nimis coniunctus ſit carni. ec-
cleſiaſtici xxxviii. Noli conſiliari cum ſeruo
tuo. Item iudex eſt qui merito ſuſpectus ha-
betur eo ꝙ inordinato amore vel timore per
uertitur. Bernardus in libro de conſiderati
one. Amor vel odium veritatis iudicium im
pedit. ¶ Et notandum ꝙ vna ratio qua-
re aliquis religionē ingreditur eſt hec: vt de9
ei plenius dominetur. Cum aliquis vult re-
cuperare caſtrum amiſſū. vbi ſunt multe por
te per quaſ oportet eum intrare. primo opor
tet eum habere ingreſſum prime porte: quia
ſi non habet eius ingreſſū non habet ingreſ-
ſum ſecunde. Prima porta eſt ſenſus. ſi nō
habet deus ſenſum hominis: non habet eius
voluntatem: nec perfecte ei dñatur. Obediē
tie multū aduerſatur propria voluntas. De
qua Bernardus. Voluntatem dico propriā
que non cōmunis deo eſt et hominibus: ſed
omni caſu quod volumus non ad honorem
dei vel profectum proximi: ſed propter noſip
ſos facimus propriis ſatiſfaciendo affectib9
hoc in viro religioſo deo multuꝫ diſplicet: di-
abolo multum placet. Non eſt mirum ſi deo
multum diſpliceat cum dominium ſuum ei
auferat. Gregorius de ſuperbo. Quaſi a ſe
iugum dominationis conditoris excutit:
cui per inobedientiam ſubeſſe contemnit.
Bernardus. Proprie voluntati recta fron-
te contraria eſt caritas que deus eſt aduer-
ſus eum exercens inimicicias. Quid enim

odit deus vel punit niſi propriā voluntatē. Ceſſet voluntas propria ⁊ infernus non erit. Diabolo multū placet. eccleſiaſti. xviii. A voluntate tua auertere. Si preſtes aīe tue concupiſcentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis. propria voluntas multuꝫ nocet et ei in quo eſt et ceteris qui in cōgregatione ſunt. Ceteris nocet ſcandaliſando eos. Bernardꝰ. Unde ſcandala niſi ꝙ ſequendo volūtatē ꝓpriā quod apud nos temere diffinimꝰ: ſi quo modo prohiberi contingat vel impediri ſtatī in murmur et ſcandalum prorūpimꝰ. Et in quo eſt multipliciter nocet. Primo dei beneficia ei ſubtrahendo. Gregorius. Dignū eſt vt ab eius beneficiis ſit quilibet extraneꝰ qui eius iuſſionibus non vult eſſe ſubiectus. Scđo meritū eius euacuando. pſa. lviii. Quare ieiunauimꝰ et non aſpexiſti. Et ſubditur. Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas vr̄a. Bernardꝰ. Grande malū ꝓpria voluntas. qua fit vt bona tua bona non ſint. Item. Non ſapit deo ieiuniū quod nō obedientiā ſapit. ſed viciū voluntatis. Ego in ſilē tio et in omī obſeruantia regulari idipſū ſentio. Tertio idipſū confundit. Oſee x. Confundetur iſrael in voluntate ſua. pſa. xlv. Cōfundentur oēs qui repugnant ei. In hoc confunditur qui voluntatē ꝓpriā in religione ſequitur. quia cōtrariū ei accidit eius quod intendit. querit alicubi conſolationē: et ex hoc poſtea maiorē habet deſolationē. vel ī remorſione conſcientie. vel in punctione penitētie. vel in infirmitate que quādoqꝫ ex hoc ſequitur. qui plus vult facere volūtatē ſuā in religione: plus cogitur facere contra eū. Cū enī talis non habeat gratiā illā apud deū vel homines. quā habet verus obediens. multa nō conceduntur ſibi. que conceduntur vero obedienti. Jonas qui effugere voluit vt dei voluntatē nō ī pleret. impleuit eā inuitus. Gregorius. Ecce ionā fugitiuū dei tempeſtas inuenit. ſors ligat. mare ſuſcipit. Et quia actoris voci obedire noluit remittit̄ ad locuꝫ quo miſſꝰ fuerat. ſuo carcere reus portat̄. Qr̄to hominē in afflictione ponit. Un̄ ſaul. Inobedientē malignus ſpūs exagitat. primi regū xvi. ¶ Circa tertiū aduertendū ꝙ cū dicitur in oībus preceptis: ꝙ vt ſctūs Thomas ponit in ſcđa ſcđe. q. ciii. arti. v. Triplex diſtinguitur obedientia. Quedā indiſcreta. quedā imperfecta ſed ſufficiens ad ſalutē. quedam autē perfecta. Indiſcreta autem eſt quando aliquis obedit in illis que diuine legis regule contrariantur quā oportet inuiolabilit̄ obſeruari. vel etiā que cōtrariantur regule quā profeſſus eſt: in hiis duntaxat que diſpenſationi prelati non ſubduntur. Et ad hanc obedientiam nullus tenetur: imo quilibet tenetur eam non habere. Quia vt dicit Gregorius. Nullus vnq̄ per obedientiam malum facere debet. Sed quid ſi ex mādato abbatis tenetur ſequi peccatum aliquod aut ſcandalum. ſuperſedendum videtur ab obedientia. Et notificandū eſſet abbati ſiue prelato precipienti inconuenientia que ex tali obedientia ſequerentur. Preſumenduꝫ enī eſt ꝙ vbi prelato precipienti nota fuiſſent talia inconuenientia ſequi ex mandatis eius. nūq̄ talia fieri precepiſſet. Imperfecta autē obedientia ſed ſufficiens ad ſalutē obedientiam profitētibus eſt illa qua aliquis obedit ī hiis que ſeruare promiſit: et nō ī aliis. Unde Bernardꝰ poſtq̄ dixerat de hac obedientia loquens in libro de diſpenſatione ⁊ precepto. Nichil ipē prelatus prohibeat horū que promiſi: nec plꝰ exigat q̄ promiſi. Subiungit. Ceterū ſubditus huiuſmodi obedientiaꝫ que voti finibus cohibetur nouerit imperfectā. et ad hanc obedientiā profitentes ex neceſſitate coguntur. Obedientia vero perfecta eſt ſecundū quam ſubditus ſimpliciter obedit ī omibus que nō ſunt contraria legi diuine. vl̄ regule quā profeſſus eſt. Unde bernardꝰ ibidem dicit. Perfecta obedientia legem neſcit. terminis non artatur. non continetur profeſſionis anguſtiis. largiori voluntate fertur in latitudinē caritatis. et ad om̄e quod iniungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſqꝫ animi moduꝫ non conſiderans: in infinitam libertatem extenditur. Ad hanc autem obedientiam nullus tenetur ex debito neceſſitatis. ſed ſoluꝫ ex honeſtate quadam: ſicut tenemur ſēper emulari cariſmata meliora. ¶ Preterea notandum eſt vt idem ſanctus Thomas ait ꝙ ad regulam pertinet aliquid dupliciter: vel directe vel indirecte. Directe ſicut ea que ī ſtatutis regule cōtinet̄: vt nō comedere carnes. tenere ſilētiū ⁊ huiuſmodi. Indirecte ſicut ea q̄ pertinent ad iniuncta obſequia: ſine quibus ſtatus religionis ſeruari non poſſet. vel etiaꝫ

q̄ ꝑtinent ad penā tranſgreſſorū/etiā ſi de eis
nulla ſpecialis mētio in regula fiat/Uerū ne
aliquis reſpiciens ad conuerſationē abbatis
fortaſſis contemneret auctoritatē precipien-
tis/ hanc occaſionē tollens ſubiungit ſanct⁹
pater dicens. Etiam ſi ipſe aliter quod abſit
agat: memor illius dominici precepti/que di
cunt facite. que autem faciunt facere nolite.
quod ſcribitur math xxiii. glo. doctrinā tene-
te non vitā/ De quo optime beatus criſoſto
mus in gloſa ita loquitur/ Sicut aurū de ter
ra eligitur et terra relinquitur/ſic et audito-
res doctrinā accipiant. et mores relinquant.
Frequenter ei et de homie malo bona doctri
na procedit. ¶ Sexageſimū primum inſtru
mentū eſt. Non velle dici ſanctū anteꝙ ſit: ſꝫ
prius eſſe vt verius dicatur. Senſus eſt/ Nō
cupiat diſcipulus predicari ſāctus. iuſtus aut
bonus/vt ſit inanis glorie cupidus/ſecūdū il
lud apoſtoli ad gala. vi./ Non efficiamur ina
nis glorie cupidi/ ſed tantū cupiat et ſtudeat
bona opera facere. et ita in veritate ſanctū eſ
ſe/vt ſupple ſi ab aliis contingat eū credi. pre
ſumi. aut predicari ſanctū. non falſe non mē-
daciter: ſed veraciter talis dicatur/ Unde Au
guſtinus libro de ſermone dn̄i. Laus huma-
na appeti non debet a recte faciente/ſꝫ ſubſe-
qui debet recte faciētes. vt illi proficiant qui
etiā imitari poſſunt quod laudant/ nō vt hic
putet aliquid eos ſibi prodeſſe. quē laudant/
¶ Et in libro lxxxiii. queſtionū/ Qui boni ſunt
virtute. boni ſunt/. virtus autē nō appetit qđ
eſt in hominū aliorꝫ poteſtate/ Qui ergo imi
tatur bonos/nulli⁹ hoīs appetit laudē/ Qui
malus eſt non. eſt dignus laude/ imo vt dicit
Gregorius ſuper eze. Quid prodeſt ꝙ oēs
laudēt. cū conſciētia accuſat/ De vanitate ⁊
ſtultitia appetitus humane laudis Bernar
dus in quadā epiſtola ita loquitur/ Uanuꝫ ē
qđ noſtra plerūqꝫ ignorantia ⁊ tacetur quod
eſt/et predicatur quod nō eſt/ Quid ad iſta di
cemus. niſi ꝙ vani filii hominum. mendaces
filii hoīꝫ in ſtateris. vt decipiant ipſi de vani
tate in idipſū. Laudamur mendaciter/dele-
ctamur inaniter ¶ Et vani ſunt qui laudant/
et mendaces qui laudant/ Alii laudantur et
ficti ſunt/ Alii laudantur ⁊ putant et falſi ſūt
/Alii vtrorūqꝫ preconiis gloriāt. et vani ſunt.
¶ Dicebat Abbas paſtor ꝙ ſi duas res oderit
monach⁹. poteſt liber eſſe ab hoc mundo/car-
nalem repauſationē. et vanā gloriam. Ber-
nardus in epiſtola. Sol⁹ qui vere humilis eſt
parcit aīe ſue/qui ne putetur quod non eſt: ſē
per ꝙtū in ſe eſt. vult neſciri quod eſt/ Gran-
de reuera periculū. audire quēquā de ſe. ſupra
ꝙ ſentit de ſe/ Idē in ep̄la eadē. Qui huma-
nas laudes conſueuit perfecte cōtemnere/cū
ſe laudare percipit/de eo quod in ſe nouit nō
eſſe: nullatenus acquieſcens illud ſibi cōme-
morat/ Qui te beatificant ī errorē te mittūt
/cum vero laudari ſe cōperit de bono quod ſe
forte habere cognoſcit/ nichilominꝰ ꝙtū in ſe
eſt. ſcuto v̄itatis curat a ſe repellere iaculū fa
uoris/dans deo gloriaꝫ et dicens. gratia dei
ſum id quod ſum.

¶ Capitulum xlvii. de lxii. inſtrumento: vbi
de ratione multiplici quare precepta dei fa-
ctis adimplenda ſunt.

Sexageſimū ſecundum inſtrumentum
eſt. Precepta dei factis quotidie adim
plere. De quo eccleſiaſti. vi/ Cogitatū
habe in preceptis dei. ⁊ in mandatis illius aſ
ſiduus eſto/ Talis vt tangit gloſa eſt. qui co-
gitationes ſuas temperat ſecundū precepta
dei/et aſſidue legem meditatur et opere exe-
quitur/ Factis dicit adimplenda precepta do
mini/quia iaco. ii. dicitur/ Nō auditor legis
ſed factor operis hic beatus erit. ¶ Ubi notā
dum ꝙ precepta dei ſunt adimplenda multi
plici ratione. ¶ Primo propter precipientis
dignitatē et reuerentiā/ Leuit. xviii/ Ego do
minus. leges meas cuſtodite. eccleſiaſtes vlti
mo/ Deum time et mandata eius obſerua:
hoc eſt oīs homo. glo. i. ad hoc factus eſt oīs
homo/ Dicit hieronymus ad metriadē/ Cō-
tempt⁹ cuiuſcūqꝫ precepti precipientis iniu-
ria eſt/ ꝙtoqꝫ potentiores ſunt dn̄i/ tanto ſer
ui ad obedientiā proniores ſunt/ Itē in ep̄la
ad celantiā/ Quid enī vnꝙ tam ſupbū/quid
vero tā ingratū videri poteſt. ꝙ aduerſus ei⁹
viuere volūtatē. a quo ipꝫ viuere acceperis.
¶ Secūdo ꝑpter precipiendi rigoroſitatē/ qr
ſub pena pdēdi corp⁹ ⁊ aīam/deutero. xxviii.
Si audire nolueris vocē dn̄i dei tui. vt cuſto
dias mādata eius/venient ſup te omnes ma
ledictiones iſte. et apprehendent te/ Maledi
ctus eris in ciuitate. maledictus in agro. ⁊c.
¶ Tertio propter precipiētis dilectionē/ Si-

gnū enī dilectionis manifeſtū argumentū ē
exhibitio opis. vt dicit gregori⁹ io.xiiii. Si di-
ligitis me mādata mea ſeruate. Itē.io.xiiii.
Si quis diligit me ſermones meos ſeruabit.
¶ Quarto propter preceptorū ipſorū facili-
litatē. deutero.xxx. Mandatū quod ego p̄-
cipio tibi hodie non eſt ſupra te. Et math.xi.
Iugū meū ſuaue eſt: et onus meum leue. Et
prīe io.v. Mandata eius grauia non ſunt.
Precepta aūt dicuntur facilia ſi conſiderent
ſecundū rationē virtutis. ¶ Primo ex natu-
ra homīſ inq̄tū homo eſt. quia ſic eū honeſtū
ſua vi trahit et ſua dignitate allicit. ¶ Secū-
do ex natura habitus virtutis qui in moduz
nature eſt rationi conſentaneus vt dicit tulli-
us. ¶ Tertio ex natura caritatis quia vt di-
cit Augu. Labores amantiū non ſunt diffici-
les. Item idē libro ſententiarū proſperi. Dē
preceptuz dei leue eſt amanti. ¶ Quarto ex
ſpeciali modo vnionis ad primū principiū .ſ.
ſpiritū ſāctū. per quā vnionē quodāmodo ef-
ficimur organū ſpiritus ſancti. Apoſtolus ro-
mano.viii. Quicunqz filii dei ſunt hi ſpiritu
dei agunt. Virtuti autē diuine nichil eſt dif-
ficile. Quare cū dicat beatus Io. criſoſto. in
omelia. Quāto leuiora ſunt precepta. tanto
maius ſuppliciū hiis qui nō obediunt. omni
ſtudio curandū eſt vt diuina adimpleantur p̄-
cepta. ¶ Quīto propter preceptorū ipſorū no-
bilitatē et oblectamētū ſuauitatis. puer .vi.
Mandatū lucerna eſt et lex lux. vt eccleſiaſti-
ci.xxiii. Nichil dulcius ꝙ reſpicere in manda-
tis dn̄i. ¶ Sexto propter adimplendi et ob-
ſeruādi vtilitatē. eccleſiaſtici.viii. Qui cuſto-
dit precepta non experietur quicꝙ mali. ¶ Et
math.xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua man-
data.

¶ Capitulū quadrageſimū octauū. de lxiii.
inſtrumento: vbi de amore caſtitatis.

Sexrageſimū tertiū inſtrumentuz artis
ſpiritualis eſt (Caſtitatē amare) ¶ De
hoc apl'us prīe thimo.v. Teipſum ca-
ſtum cuſtodi. Merito amandā proponit ca-
ſtitatem ſanctus pater. quoniā vt ait beatus
Auguſtinus in libro de ſingularitate clerico-
rū. Singularis caſtitas ſola eſt munimen in-
uictū ſāctimonie. ſanctitatis indiciū. abolitō
ſcandalorū. exercicium continentie. vaſtatio
tota luxurie. claritatis faſtigiuz. et dedecoris

p̄cipiciū. q̄ dū ſibi ſubtrahit aminicula concu-
piſcentie. mortua membra ſua cognoſcit ba-
iulare. ¶ Sunt aūt hic duo notanda. ¶ Pri-
mo de bonis caſtitatis. ¶ Secūdo de mediis
quibus conſeruatur. ¶ Circa primum notan-
dū ꝙ caſtitas multa bona confert. ¶ Primo
quidē mūdū reddit hominē ⁊ decorū ſicut lu-
xuria imundū et turpē. Quare de aīa caſta
dr̄. cantico.ii. Sicut liliū inter ſpinas: ſic ami-
ca mea inter filias. Bernardus. Quid caſti-
tate decorius. q̄ mundū de imundo conceptū
ſemine. de hoſte domeſticū. āgelū de hoīe fa-
cit. ¶ Differunt quidē inter ſe homo pudicus
et angelus. ſed felicitate non virtute. ¶ Se-
cundo mentē liberā reddit et expeditā ab in-
numeris curis et anxietatibus. quibus coniu-
gio ligati impliciti ſunt. prīe corin.vii. Qui
ſine vxore eſt ſollicitus eſt que dn̄i ſunt. quo-
modo placeat deo. glo. interiori pulcritudine
Qui aūt cū vxore eſt ſollicit⁹ eſt que ſunt mū-
di: quō placeat vxori. ¶ Tertio facit in hoīe
fundamentū oīm v̄tutū. q̄admodū enī color
albus dr̄ ypoſtaſis oīz colorū. ita caſtitas oīz
virtutū et bonoꝝ operū. q2 vt gregorius dicit
Non eſt bonū ſine caſtitate. ¶ Quarto ami-
cū dei facit. puer.xx. Qui diligit cordis mū-
diciā habebit amicū regē. yſidor⁹. Continen-
tia hominē deo ꝓximū facit. vbi iſta manſe-
rit ibi et deus manet. ¶ Quinto reddit ho-
minē amabilē angelis. q2 cū oē aīal diligat
ſibi ſimile: angeli qui naturaliter caſti ſūt fa-
miliari⁹ diligūt hoīes caſtos. ¶ Sexto reddit
hoīez cōmendabilē ⁊ laudabilis opinionis.
ſapien.iiii. O ꝙ pulcra eſt caſta generatō cū
caritate: imortalis eſt memoria illi⁹. ¶ Septi-
mo ducit ad vitā beatā. Math.v. Beati mū-
do corde qm̄ ipſi deū videbūt. ¶ Circa ſecūdū
eſt notandū ꝙ decē ſūt q̄bus caſtitas conſer-
uat. ¶ Primū eſt vera humilitas. ꝑ quā noſtra
fragilitate cognita ad deū recurrim⁹. ſapien.
viii. Vidi ꝙ nō poſſū eſſe continēs niſi deus
det. ¶ Scd̄z eſt cibi et pot⁹ ſobrietas. Caſtitas
eī ſobrietatis eſt filia. ⁊ nutritur ab ea. Sicut
ecōuerſo luxuria nutrit a ventris ingluuie.
hiero. Difficile int̄ epulas ſeruat pudicicia.
Bernar. Periclitat caſtitas ī deliciis. Qua-
re q caſt⁹ eſſe deſiderat ſtudeat ſobrietati. qm̄
ſine ea nō diu ē ſecura. Alan⁹. Unguētū ē ca-
ſtitas in qua ſpēs q̄ſi aromatice ſūt. puritas
mētis. mūdicia corporis. modeſtia in geſtu.

pudicicia in habitu. abstinentia in cibo. vere
cundia in verbo. ¶ Tertiū est vestiū asperi
tas per quā molliciem repellimus. Luce. vii.
Qui mollibus vestiuntur in domibus regū
sunt. Hugo de sancto victore. Molles mol-
lia querunt. Bernardus. Memento ꝙ aspe
rior cardo pannū facit leniorem: sic asper ha-
bitus carnē facit castiorem. ¶ Quartum est
carnis mortificatio per quā carnales motus
restringuntur. prie corin. prio. Castigo corpꝰ
meū et in seruitutē redigo. ¶ Quintū est cu
stodia sensuū. Bernardus. Ascēditur ad mō
tem castitatis triplici continētia. membrorū
sensuū. et cogitationū. In prima prohibetur
actus. in secunda vitatur aspectus. in tertia
refrenatur affectus. Inter alios sensus ma-
xime custodiēdus est visus. quoniam sicut ex
empla multa demonstrant: per illum multi-
passi sunt detrimenta castitatis. ideo ecclesia
stici ix. dicitur. Noli circūspicere in vicis ciui-
tatis. nec oberraueris in plateis illius. Auer
te faciem tuā a muliere compta: et ne circun
spicias mulierem alienā. Propter speciē mu
lieris multi perierunt. ¶ Sextū est vitatio et
declinatio occasionū. et maxime cauendū est
a cohabitatione mulierū. que inter alias est
castitati valde periculosa. Hierony. Hospici
olum tuū aut raro aut nūꝙ mulierum pedes
terant. nec sub eodem tecto manseris. nec in
preterita castitate cōfidas: quia nec dauid sā
ctior. nec salomone sapientior esse potes. qui
tamen lapsi sunt per mulieres. Item in alia
epistola. Feminarū cum clericis nullo pacto
coniuncta permittitur cōuersatio. Janua di
aboli. via iniquitatis. scorpionis percussio.
nociuumqꝫ genus est femina. cum proximat
stipule incendit ignē. flāmigero igne percu-
tit femina. conscientiam perurit habitantis.
eruitqꝫ fundamēta montiū. Ego iudico: si
cū viris femine habitant. non deerit viscariū
diaboli. ¶ Septimū est virilis temptationū
resistentia. per quā demonū suggestiones re-
pellimꝰ. prie petri tertio. Cui resistite fortes
in fide. ¶ Octauū est scripturarū sanctarum
meditatio. per quā carnales cogitatiōes spi-
ritualibꝰ ipedimꝰ. Hierony. Ama scientiā di
uinarū scripturarū et carnis vicia nō amabis
¶ Quidā in vitis patrū ait. Securitas siue cō
fidētia. taciturnitas et deuota meditatio pa-
riūt castitatē. ¶ Nonū est feruēs dei dilectio
per quā in deo delectamur. et sic voluptates
carnis tanꝙ amarissimas despicimꝰ. qꝛ gu-
stato spū desipit oīs caro. ps. Gustate et vide
te quoniā suauis est dn̄s. ¶ Decimū est mor
tis meditatio et eternarū penarū que deben
tur impiis consideratio. per quā stultū esse co
gnoscimus. pro breui voluptate eterna susti-
nere supplicia. Hierony. Facile contēnit oīa
qui se cogitat moriturum.

## ¶ Capitulum xlix. de lxiiii. et lxv. instrumentis: vbi de odio et inuidia fugiendis.

Sexagesimū quartū instrumentum est
(Nullum odire) De quo dn̄s leuit. xix
precepit dicens. Non oderis fratrē tu
um in corde tuo. glo. interli. i. quēlibet hoīem
¶ Ubi notandū ꝙ ad detestationē huius vi
cii scꝫ odii fraterni. debet discipulꝰ moueri po
tissime quinqꝫ ratiōibus. ¶ Primo quia odi
um ad hominē est viciū diabolicū et serpenti
num. Sicut enī deus a natura posuit inter
equos et griffos. canes et lupos odiū: sic inter
diabolū serpentē et aīaꝫ. gen. iii. Inimicicias
ponā inter te. et mulierē. ¶ Secūdo qꝛ odiū
fraternū contrariū est diuine dilectioni. prie
io. iiii. Si quis dixerit qm̄ diligo deū. et fratrē
suū oderit mēdax est. Qui enī nō diligit fra-
trem suū quē videt: deū quem nō videt quo
modo potest diligere. Hoc mādatū habemꝰ
a deo. vt q diligit deū. diligat et fratrē suū. glo
¶ Frater tuus imago dei est. Si nō diligit ima
ginē. nec eū diligit cuiꝰ est imago. Augꝰ i epl'a
Quid tam contrariū. tā execrabile est deo ꝙ
aliquē odisse vel ledere. ¶ Tertio qꝛ odiū fra
ternū necat aīam odiētis. prime. io. iii. Qui
odit fratrē suū homicida est. Aug. li. omeliarum
omelia v. Qui odit fratrē suū homicida est.
nōdū manꝰ armata est. nondū famē obsedit
nōdū insidias p̄parauit. nōdū venena q̄siuit
et reꝰ ī cōspectu dn̄i ꝯcepto odio iā tenet. Ad-
huc viuit quē q̄rit occidere: et occidisse iā iudi
cat. ¶ Quarto qꝛ fraternū odiū execat et obtene
brat aīaꝫ. prie io. i. Qui odit fratrē suū ī tene
bris ābulat. et nescit quo vadat: et tenebre ob
cecauerūt oculos eiꝰ. glo. In tenebris ignorā
tie. et p ipaꝫ ignorātiā ābulat de vicio ī viciū: et
nescit. i. nō p̄uidet quo eat. i. ad quā penā ra
piendus sit. Augustinꝰ libro primo de verbis
domini. Qui odit fratrem suum. in tenebris

eſt vſqꝫ adhuc. odiū tenebre ſunt. Non poteſt
autē fieri. vt qui odit alterū nō prius ſibi no
ceat. illū enī ledere conatur extrinſecus. ſe va
ſtat intrinſecus. ¶ Quinto quia odiū frater
num eſt cauſa multorū malorū. et ſcandalorū
/ Sicut enī ignis in ſtupis diu latere non pōt
quin exeat fumꝰ flāma et ſcintilla / ita odium
nō poteſt diu latere in corde. quin ex eo exeāt
rixe. conuicia. et ſcandala oriantur. prouer. x.
Odium ſuſcitat rixas. ⁊ vniuerſa delicta ope
rit caritas. ¶ Sexto inducit ad mortem eter
nam. prīe. io. iii. Qui odit fratrē ſuū manet
in morte. Omnis qui odit fratrē ſuū homici
da eſt. et ſcitis quoniā omīs homicida nō ha
bet vitā eternā in ſe manentē / yſidorus / Odi
um a regno dei ſeparat / a celo ſubtrahit / a pa
radiſo eicit / Odium nec paſſione amittitur /
nec martyrio expiatur / Auguſtinꝰ libro de cō
flictu viciorū exclamat / Omnē ergo amari-
tudinē fellis euome / ⁊ quo pacto valueris ca
ritatis dulcedinē ſume / Nichil enī ea ſuauiꝰ /
nichil ea beatiꝰ. deus (inqͥt iohēs) caritas eſt /
¶ Sexageſimū quintū inſtrumentū eſt (ze
lum et inuidiā non habere) zelū in bono ⁊ in
malo legimus dictū / ſed in hoc loco in malo
ponitur. videlicet pro emulatione mala ſeu ī
uidia / qua quis contra proximū excitatus: de
illius felicitate contriſtatur / de quo prīe cori
iii. Cū enī inter vos ſit zelus et contentio / nō
ne carnales eſtis / glo. ſuper verbo. zelus di-
cit. i. inuidia / idem ergo eſt zelus hic et inui-
dia ¶ Eſt ergo ſenſus ꝙ diſcipulus inuidiā: q̄
eſt triſtitia de bono proximi / ſiue vt dicit Au-
guſtinꝰ dolor aliene felicitatis / nec aīo tene-
re. nec in aliquo opere exercere contra proxi-
mū ſuū debet / De quo etiā apoſtolus adhor
tatur ad gala. v. dicens. Non efficiamini in
uicem prouocantes / inuicē inuidentes ¶ Hic
notanda ſunt tria. ¶ Primo enī oſtendetur.
quando inuidia ſit peccatum mortale / et qñ
veniale. ¶ Secundo de hiis que faciūt ad de
teſtationē huius vicii / propter que diſcipulus
debeat ſūmo ſtudio illud vitare. ¶ Tertio de
remediis contra hoc viciū. ¶ Circa primum
notandū ꝙ ſicut dictū eſt inuidia eſt triſtitia
de alienis bonis / Sed hec triſtitia poteſt con
tingere quattuor modis vt notat ſāctus tho
mas in ſcda ſcde. q. xxxvi. ¶ Uno quidē modo.
quando aliquis dolet de bono alicuius inq̄-
tum ex eo timetur nocumentū / vel ſibiipſi vl'
etiam aliis bonis / et talis triſtitia non eſt in-
uidia / et pōt eſſe ſine peccato. Unde Gregori
us xxii. moraliū. Euenire plurimum ſolet / vt
non amiſſa caritate. et inimici nos ruina leti
ficet / ⁊ rurſū eius gloria ſine inuidie culpa cō
triſtet / cū ⁊ ruente eo quoſdā bene erigi credi
mus. et proficiente illo pleroſqꝫ iniuſte oppri
mi formidamus. ¶ Alio modo poteſt quis tri
ſtari de bono altiꝰ non ex eo ꝙ ipē habet bo-
nū: ſed ex eo ꝙ nobis deeſt bonuꝫ illud quod
ipſe habet / et hoc proprie eſt zelus vt dicit ari
ſtoteles ſcdo rethorice / Et ſi iſte zelus ſit cir-
ca bona honeſta eſt laudabilis. ſecundū illud
prime cori. xiiii / Emulamini ſpiritualia. Si
autē ſit de bonis temporalibus / poteſt eſſe cū
peccato et ſine peccato. ¶ Tertio modo aliq̄s
triſtatur de bono alterius. inq̄tum ille cui ac
cidit bonum eſt eo indignus / que quidem tri
ſtitia nō poteſt oriri de bonis honeſtis ex qui
bus aliquis iuſtus efficitur / ſed ſicut dicit phi
loſophus ſecundo rethorice de diuiciis et tē-
poralibus / Et quia ipſa bona temporalia q̄
indignis proueniunt ſecundū doctrinam fi-
dei / ex iuſta dei ordinatione diſponuntur. vel
ad eorum correptionem. vel ad eoruꝫ damna
tionem / Talis triſtitia prohibetur in ſcriptu
ra ſacra. ſecundum illud ps. Noli emulari in
malignantibus neqꝫ zelaueris facientes ini
quitatem. ¶ Quarto aliquis triſtatur de bo
nis alicuius. inq̄tū alter excedit ipſum in bo
nis / et hec proprie eſt inuidia / ⁊ iſtud ſemp eſt
peccatum: et ex genere ſuo eſt peccatum mor
tale / Genus enim peccati ex obiecto conſide
ratur. inuidia enim ſecundum rationem ſui
obiecti. contrariatur caritati per quā eſt vita
anime ſpiritualis. ſecundū illud prime iohā.
tertio. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumꝰ
de morte ad vitā. quoniā diligimus fratres /
vtriuſqꝫ autē obiectū / caritatis ſcꝫ et inuidie /
eſt bonū proximi. ſed ſecundū contrariuꝫ mo
tū / Nā caritas gaudet de bono proximi: inui
dia aūt de eodē triſtatur / vnde manifeſtū eſt
ꝙ inuidia ex ſuo gñe eſt pctm̄ mortale. ¶ Eſt
tñ conſiderandū ꝙ vt dicit idē ſctūs Tho. in
quolibet gñe pcti mortalis. inueniūt aliq̄ im
pfecti motꝰ in ſēſualitate exiſtētes / q ſūt pec-
cata venialia / Sicut in gñe adulterii primꝰ
motus cōcupiſcentie / in gñe homicidii primꝰ
motꝰ ire / ita etiā ī gñe īuidie inueniunt ali-
qui primi motus. qñqꝫ etiā in viris perfectis

qui ſunt peccata venialia. Ratio quia motꝰ
inuidie ſecundū quod eſt paſſio ſenſualitatis.
eſt quid imperfectū in genere actuum huma
norū. quorū principiū eſt ratio. Unde talis i-
uidia non eſt peccatū mortale. Et ſimilis ra
tio eſt de inuidia paruulorꝫ in quibus non eſt
vſus rationis. ¶ Circa ſecundū notandū ꝙ
ſpālia ſunt octo que faciunt ad deteſtationē
huius vicii. ¶ Primū eſt quia eſt viciū diabo
licum. et aſſimilatur diabolo. ſapieñ. ii. Inui
dia diaboli mors intrauit in orbem terrarū.
Imitātur autē eū qui ſunt ex parte eius. yſi-
dorus. Inuidus membrum diaboli eſt: cuius
inuidia mors introiuit in orbem terrarū. In
uidia a diabolo eſt: quia diabolus inuidēdo
cecidit. Item Auguſtinus libro de diſciplina
xpiana. Viciū diabolicū eſt inuidia. quo ſolū
reus eſt: et inexpiabiliter reus. Non enī dice
tur diabolo vt damnetur: adulteriuꝫ cōmiſi
ſti. furtū feciſti. villā alienam rapuiſti: ſed ho
minū ſtatui lapſus inuidiſti. Inuidia diaboli
conuiciū eſt: ſed habet matrē ſuā. Superbia
eſt mater inuidie: ſupbia inuidos facit. Suf
foca matrem et non erit filia. ¶ Secundo qꝛ
eſt viciū venenatiſſimum: vnde totū hominē
inuenenat. ſiue veneno perfundit. Unde in ꝑ
ſona inuidi dicitur Job xxx. Frater fui draco
num. ⁊ ſocius ſcorpionū. Auguſtinus ſuper il
lud ad gala. vi. Per omne viciū antiqui ho-
ſtis. virus humano cordi infunditur. In zelo
autē inuidie. tota viſcera ſua cōcutit et in hac
imprimenda malicia. quaſi peſtē vomit. Itē
idem libro omeliarum omelia xv. Qui inui
det ſic eſt quomodo tabes. quomodo vulnus.
quomodo apoſtema. ¶ Conſiderādū ꝙ huiuſ
modi venenū non modo animū occupat: ve
rumetiā ſe exterius diffundit. Unde in gloſa
precedenti ita ſequitur. Huic vultus minax
toruus aſpectus. pallor in facie. in labiis tre
mor eſt. ſtridor in dentibus. verba rabida ⁊ ef
frenata cōuicia. et manꝰ ad violentiā prōpta
Et ſi gladio interim vacua: odio tamen furi
oſe mentis eſt armata. ¶ Tertio hoc viciuꝫ
eſt crudeliſſimū et īmaniſſimū. Cum enī hoc
viciū cor alicuius occupat. iam nullū ſcelus
abhorret. Non parcit innocenti. nō timet ho
micidium. īmo nec fratricidiū. Non pepercit
diabolus parentibus noſtris. qui innocentes
erant. quin mortē eorum procuraret. Nō pe
percit cayn Abel fratri ſuo. quin ex ſola inui-
dia occideret eū. geñ. iiii. Non pepercerūt filii
iacob ioſeph fratri ſuo innocenti. quin eū ven
derent: quia inuidebant ei. geñ. xxxvii. Nole
bat etiam parcere ſaul dauid. qui ei valde vti
lis erat. quia inuidebat ei. ſicut liber primus
regum oſtendit. Noluerūt iudei parcere xp̄o
quin eum occidi facerent ſola inuidia conci-
tati Math. xxvii. Sciebat pylatus ꝙ per in
uidiā tradidiſſent eum. ¶ Quarto eſt diffici
limū ad curandum. Unde ciprianus ⁊ ponit
in glo. ad gala. vi. zelus iſte modum non ha
bet: permanens iugiter ſine fine cum alia ſce
lera finiātur. ꝙ̃toqꝫ ille cui inuidetur ſucceſ-
ſu meliore profecerit: tanto inuidus ī maius
incendiū liuoris ignibꝰ inardeſcit. Preterea
non eſt mirū ſi hoc viciū difficulter curatur:
quia inuidia eſt rubigo q̄ vix a ferro recedit.
Baſiliꝰ. Sicut rubigo ferrū: ſic inuidia aīaꝫ
in qua naſcitur corrūpit. Et criſoſtomꝰ in ſer
mone. zelus et inuidia omī malicia cumula-
ta. Inuidia ignis eſt inextīguibilis. Etenī ſi
cut tinea comedit veſtimenta: ſic inuidia eū
qui zelatur cōſumit: eum autem cui inuidet
reddit clariorem. ¶ Quinto eſt vicium infe
liciſſimū. quia inuidus de omī bono proximi
ſui affligitur et execatur: vnde illuminari de
bet. Job v. Per diem incurrerunt tenebras.
vbi Gregoriꝰ. Mens inuidi cum de alieno
bono affligitur. de radio lucis obcecatur. Itē
inuidi perpendere non poſſunt ꝙ̃te cecitatis
ſunt qui profectu aliorꝫ deficiunt et aliena le
ticia contabeſcunt. Quāte infelicitatis ſunt
inuidi. qui de melioratione deteriores fiunt.
de ſanitate aliorū infirmantur. ⁊ de vita mo
riuntur. et de bono odore de quo alii viuunt
putreſcunt. et breuiter ꝙ̃ta ſunt felicium ho-
minū gaudia. tanti ſūt vt dicit ſocrates inui-
dorum gemitus. Quare beatus Auguſtinꝰ
libro ix. de ci. dei dicit. Qui beati ſūt inuidēt
nemini. Nam quid miſerius inuidentia?
¶ Sexto eſt vicium deteſtabiliſſimū. Cū enī
bonū in cōmune deductū clarius eluceſcat. ſe
cundum boeciū ⁊ ſenecā. Nulla rei poſſeſſio
iocunda ſit: ſine ſocio: nichilominus inuidus
potius vult carere bono. ꝙ̃ habere ſociū in eo
Et potius vult habere ſociū in pena. ꝙ̃ in fe-
licitate. Hinc ſpecialiter oculus inuidi dicit
neqꝫ Math. xx. An oculus tuus neq̄ eſt. glo.
id eſt inuidia plenus. Uñ legitur de quodaꝫ
rege. qui habebat in obſequio ſuo vnū auarū

et vnũ inuidũ.⁊ ſolerter experiri voluit.quod
viciũ peius eſſet.an auaricia vel inuidia/⁊ vo
catis ambobus dixit/Petat quilibet veſtruz
quod voluerit.et petat alter primo et habe=
bit quod petet: et alius qui ſecũdo loco petet
habebit duplum/Voluit primo petere auar=
rus.vt poſſet duplũ habere/Voluit etiã inui
dus aliquid quod eſſet bonũ petere:ne auarꝰ
cui inuidebat duplicatũ bonũ reciperet.ſ; pe
tiuit vt ſibi erueretur vnꝰ oculꝰ/vt poſtmodũ
auaro eruerentur duo/et ĩ hoc potuit cogno
ſcere rex.ꝙtum malũ ſit inuidia/De cuiꝰ ma
lignitate Auguſtinus ſuper iohanem dicit.
Quid eſt inuidere:horrendũ malũ.ipſo ma
lo diabolus deiectus eſt/ipſo deiecto deiecit
multos:quia multum maligna peſtis eſt.

Septimo eſt periculoſum/Corrũpit enĩ ⁊
deuaſtat vniuerſa bona homĩs/Eſt enĩ ſicut
vermis in ligno naſcens.qui vnde prius na=
tum eſt conſumit.yſidorus/Inuidus medul=
litus aĩo eſtuans.a ſemetipſo liuoris proprii
exigit penas/Criſoſtomus/Inuidia cuncta
bona ardore peſtifero deuorat/Inuidia tinea
animi ſenſum comedit.pectus vrit.mentem
affligit.cor homĩs quaſi quedã peſtis depa=
ſcit/prouerbiorꝝ xiiii.Putredo oſſiũ inuidia.
glo.oſſium.i.bonorũ operum. Octauo eſt
damnoſum valde/Aufert eĩ hoĩ ſocietatẽ ec=
cleſie.ps.Particeps ego ſum oĩm timentiũ
te.Augꝰ.Penſent illi ꝙtum bonum ſit cari=
tas que aliena bona ſine labore noſtro facit
nr̃a.Itẽ idẽ/Tolle inuidiã ⁊ tuũ eſt qđ ago/
⁊ meũ eſt qđ agis/vbi eſt inuidia firmus eſſe
nõ poteſt/Ab hac autem ſancte cõmunionis
ſocietate preciſi ſũt inuidi/Unde Auguſtinꝰ
libro omeliarũ omelia xv/Uidet ĩ te inuidie
morbum celeſtis medicus/et preſcindet te de
ſuo corpore/Noli ergo inuidere de dono dei/
de virtutibus quas non habes.ne preſcinda=
ris a corpe/Et infra/Cognoſcunt inuidi om
nes:qui de aliorũ et ſi inimci eorũ ſint tribu=
lationibus gaudent:quia membra ſũt putre
facta.abſciſa.et mortua. Nono eſt vicium
ignominioſum/eccleſiaſtici.vi.Improperiũ
enĩ et cõtumeliam malus hereditabit/et oĩs
peccator inuidus et bilinguis. Decimo tol
lit ſpem diuine mĩe/Ambroſius ſuper lucã.
Fruſtra opẽ celeſtis mĩe expectas/ſi alienis
fructibus virtutis inuideas/Aſpernator in=
uidorũ eſt:et ab hiis qui diuina beneficia in
aliis perſequuntur miracula ſue poteſtatis
auertit. ¶Circa tertium notandũ ꝙ plura
ſunt remedia contra inuidiã. Primum eſt
amor ſuperne hereditatis/Gregorius/Qui
facibus inuidie carere deſiderat:illam here=
ditatem appetat.quã numerus poſſidentiũ
non anguſtat/Itẽ vir iuſtus per hoc ꝙ in ter
ris nichil appetit:alienis profectibus inuide
re neſcit. Secundũ eſt conſideratio eorum
que ſuadent nobis fraternã dilectionem/qa
vt ait Auguſtinus ſuper prima cano.iohan.
Ubi eſt inuidia amor fraternꝰ eſſe nõ poteſt/
qui inuidet nõ amat. Sunt autẽ quattuor
q̃ perſuadẽt maxie fraternaz dilectionẽ/ſcil;
Fraternitas naturalis.que eſt inter oẽs ho
mines ab vno parente et vna matre. Secũ
dum eſt fraternitas dilectionis ſpiritualis/q̃
eſt inter oẽs xpianos:quia nati ex vno pa=
tre deo.et vna matre eccleſia.et eandem here
ditatem celeſtem habituri ſunt. Tertium
eſt ſocietas ſpiritualis que eſt inter fideles.
Socii enĩ ſunt in lucro et damno. Quar
tum eſt.ꝙ ipſi ſunt membra vnius corporis/
ro.xii.Unũ corpus ſumꝰ in xp̃o:ſinguli aũt
alter alterius membra/Tertium remedium
contra inuidiam eſt cõſideratio multipliciũ
damnorꝝ que facit inuidia:de quibus iam di
ctum eſt parũ ante in hoc capitulo.

¶Capitulum l.de lxvi.inſtrumento:vbi de
contentionibus non habendis.

SExageſimum ſextum inſtrumentũ eſt
(Contentiones non amare) De quo
ſic loquitur Auguſtinus/Sũmopere
iurgia fuge. Nam contra parem contende=
re anceps eſt/cum ſuperiore furioſum:⁊ cum
inferiore ſordidum/Et apoſtolus ſecũde thi.
ſecundo. Noli verbis contendere. ¶Circa
quod quinq; veniunt notãda. Primũ eſt
quando contentio eſt mala.et vituperabilis/
et quando non. Secundo quare non ſit cõ
tendendum. Tertio de eis.que occaſio ſo
lent eſſe cõtentionum Quarto de diuerſis
generibus cõtentionũ et litium. Quinto
de remediis.per que diſcipulus valeat contẽ=
tiones cauere. ¶Circa primum notãdum ſe
cundũ ſãctum Thomã in ſcđa ſcđe.q.xxxviii
arti.i.ꝙ contẽdere eſt contra aliquid tẽdere/
Unde ſicut diſcordia contrarietatẽ quandã

importat in voluntate/ ita contentio contra
rietatem quandā importat in locutione. et ꝓ
pter hoc etiā cū oratio alicuius per cōtraria
ſe diffundit vocatur cōtentio/ que ponit̃ vnꝰ
color rethoricus a tullio qui dicit / Cōtentio
eſt. cum ex grauibꝰ rebus oratio efficitur/ hoc
pacto habet abſentatio iocunda pńcipia: ea⸗
dem exitꝰ amariſſimos affert/ Cōtrarietas
autem locutionis poteſt attendi dupliciter.
Uno modo ꝙ̃tum ad intentionē conten
dentis. Alio modo ꝙ̃tum ad modum. In
intentione quidē conſiderandū eſt. vtrum ali
quis contrariari nititur veritati quod eſt vi⸗
tuperabile/ vel falſitati quod eſt laudabile /
In modo aūt conſiderandū. vtrum talis mo
dus contrariandi conueniat et perſonis ⁊ ne
gociis: quia hoc eſt laudabile/ Unde etiā tul
lius dicit ſecūdo rethorice/ ꝙ cōtentio eſt ora
tio acris ad confirmandū vel confutandum
accōmodata/ vel execat cōuenientiam perſo
narum et negociorū. et ſic contentio eſt vitu⸗
perabilis/ Si ergo accipiatur contentio. ſecū
dum ꝙ importat impugnationē veritatis. ⁊
inordinato modo/ ſic eſt peccatum mortale et
hoc modo diffinit Ambro. contentionē/ Cō⸗
tentio eſt impugnatio veritatis/ cū confidē⸗
tia clamoris/ Si autē contentio dicatur im⸗
pugnatio falſitatis. cū debito modo acrimo⸗
nie: ſic contentio eſt laudabilis/ Si autē acci
piatur contentio. ſecundū ꝙ importat impu⸗
gnationē falſitatis. cū inordinato modo/ ſic
poteſt eſſe peccatum veniale/ niſi forte tanta
inordinatio fiat in contendendo. ꝙ ex hoc ge
neretur ſcandalū aliorū. / Unde et apoſtolus
dicit ſcđe ad thimo. ſcđo. Noli verbis conten
dere. ſubdit. Ad nichil eni eſt vtile niſi ad ſub
uerſionē audientiū. Circa ſecundū quare
non ſit contendendū ſunt plures rationes.
Prima quia cōtendere et litigare eſt igno
miniolum/ Non eſt eni res que deceat viros /
Seneca. litigare muliebre eſt/ Item eſt ribal
dorum cōmorantiū in tabernis. prouer. xxiii
Cui rixe: et cetera. Sequitur. Nonne hiis ꝗ
morantur in vino/ ⁊ ſtudent in calicibus epo
tandis/ Itē eſt demoniacū. Auguſtinus. Ni⸗
chil eſt ſimilius actibus demonū ꝙ̃ litigare.
Unde ſeruos diaboli ſe oſtendūt. qui litigāt.
Quā indecēs ergo ſit diſciplo. qui debet vir
eſſe. amator virtutū. honeſtatis cōuerſatōne
angelus. ꝙ ad modū mulierū. imo ribaldorū.

imo demonū litigare non erubeſcat. Legi
tur in vitis patrū ꝙ duo monachi habitabāt
in eadem cella/ ⁊ cum nūꝙ̃ vel modicā contē
tionē inter ſe habuiſſent/ dixit alter ad alteꝝ
faciamus ⁊ nos litem ſicut faciunt homīes.
dixit alter. / Neſcio quomodo fit. dixit alter.
Ego pono iſtum laterem in medio/ et dico ꝙ
meꝰ eſt/ et dic nō eſt tuus ſed meus/ et hoc mo
do fit rixa. et fecerunt ſic. / Et dixit vnus meꝰ
eſt. reſpondit alter/ Spero ego illū eſſe meū/
reſpōdit alter imo meus eſt. tunc dixit alter.
Si tuus eſt tolle eū/ et neſcierunt facere litē.
Secundo quia ſeparare ſe a contentione
eſt honorabile. prouerbi. xx. Honor eſt homi
ni qui ſeparat ſe a contentionibus. Tertio
quia eſt ſignū ſuperbie. ſtultitie. peruerſitatis
et malicie/ De p̄io prouer. xviii. Labia ſtul
ti miſcent ſe rixis: et os eius iurgia prouocat
De ſecundo prouer. xviii. Homo peruerſus
ſuſcitat rixas/ lites/ De tertio. prouerbi. xvii
Semper iurgia querit malus: angelus autē
crudelis/ glo. i. diabolus mittetur contra eū.
Quarto quia eſt ſignū apertū carnalita⸗
tis. prime corin. vi. / Cum eni ſint in vobis ze
lus et contentio: nōne carnales eſtis? Qui
to quia aufert homibus ſignū ſeruitutis di⸗
uine/ ſcđa thimo. ſcđo. Seruum dei nō opor⸗
tet litigare: ſed modeſtū eſſe ad omēs. Sex
to aufert fructū bonoꝝ operū. pſa. lvii. Ecce
ad lites et contentiones ieiunatis. quaſi dice
ret. Quid prodeſt tale ieiuniū? Origenes ſu
per yſaiā. Nec eni accepta poſſunt eſſe bona
opera. niſi in pace peragantur. Septimo
inducit multa mala vtpote cōuicia/ maledi⸗
ctiōes. improperia et huiuſmodi. Et ideo dr̃
Eccleſiaſtici xxviii/ Abſtine te a lite et minue
peccata. yſidorus. Contentio faces odioꝝ ac
cendit/ pacem cordis contentio extinguit/ cō
cordiam contentio rumpit. Octauo quia
abſtinere a cōtentione eſt magni meriti/ Ūn
in vitis patruꝫ legitur/ ꝙ orante machario ꝗ
fuit excellentis vite. vox inſonuit ad eū dicēs
/ Nondū ad menſurā duaruꝫ mulierū perue⸗
niſti/ que habitant in proxima ciuitate / cum
macharius intrans ciuitatem queſiuiſſet cō⸗
uerſationes earū/ inuenit ꝙ erant vxores du
orum fratrū/ et cum quindecim annis ſimul
morate fuiſſent. nūꝙ̃ litigaſſent inter ſe: nec
vna aliā vnꝙ̃ facto aut dicto contriſtauerit.
Circa tertium notandum ꝙ ſex ſolent eſſe

occaſio cōtētionis et litis. Unū eſt rerum ꝓ
prietas, quia enim vnus dicit hoc eſt meum
alter imo eſt meū: ſurgit inde cōtentio et lis,
propter quod dicit ſeneca. Quietiſſime viue
rent homines ſi tollerentur iſta duo pronoīa
meū et tuuꝫ. Aliud eſt carnis neceſſitas. vt cū
non prouidetur alicui ſicut caro ſua requirit
Jaco. i. Unde lites in vobis nōne ex concupi
ſcentiis. que militant ī mēbris veſtris. Ter
tiū eſt ſuperbia. quia vt frequenter duo ſuper
bi non poſſunt pacifice ſimul cohabitare. pro
uerbiorū xiii. Inter ſuperbos ſemper iurgia
ſunt. Hinc patet ꝙ longe lites et cōtētiones
debēt eſſe a ſchola diſcipline ſācte religionis,
in qua diſcipuli nichil debent habere propri-
um. qui debēt eſſe ex toto ſecundū carnē mor
tificati. et ſūme humiles. Quartū eſt ho-
noris inuidia. puer. tertio. Non contendas
aduerſus hominē fruſtra. cum ipſe tibi nichil
mali fecerit. Quintū eſt contrarietas ſen
ſuum, ſicut elemēta propter contrarietates
qualitatū. ps. Effuſa eſt contentio ſuper pri
cipes et errare fecit eos in inuio ⁊ non in via
quod exponit glo. de hominibus diuerſi cul-
tus. Unde exemplificat de hereticis. qui con-
tendūt ꝯtra catholicos. Sextū cupiditas tē
poraliū. math. v. Qui vult aduerſū te contē
dere et tollere tunicā: dimitte ei et pallium,
glo. i. anteꝙ contendas: ſic enī canes conten
dunt propter cadauera. Circa quartū at-
tendendū ꝙ lis ſolet interdū oriri inter mino
res. ſicut inter familiam domus, cōtra quod
ſcđe thimo. ſcđo hortatur apoſtolus. Admo-
ne ſeruos nō litigioſos eſſe. Interdū vero
ſunt aliq maiores qui tanꝙ leo in domo ſua
loqui neſciunt minoribꝰ niſi litigioſe. Iſti ſūt
ſimiles Nabal viro ruſticano, de quo dicunt
ſerui eius primi regū xxv. Et ipſe eſt filius be
lial: ita vt nemo poſſit eis loqui. Interdum
vero aliqui minores nō verentur litigare cū
maioribus ſuis. more populi iudaici, de quo
dicitur exodi xvii. Iurgatus eſt cōtra moyſē.
Primū eſt malum. ſecundū peius, tertiū peſ
ſimū. Et ideo reputatur magna culpa. quan
do quis in religione contendit ſiue lites ha-
bet cū prelato. Item notandū ꝙ grauius
eſt religioſo litigare ⁊ contendere cum extra
neo. ꝙ cū fratre propter ſcandalū maiꝰ. Ideo
dicitur yſa. xlii. in laudē ſerui dei. Nō audie-
tur vox eius foris. Item ſtultiꝰ eſt litigare cū
homīe iracūdo ꝙ cū homīe tranquillo, et hoc
ꝓpter maius periculū peccati in eo, quia plꝰ
inflāmatur ad malū propter talem diſpoſiti
onem. Ideo dicitur eccleſiaſti. viii. Cū iracū-
do nō facies rixam. Itē damnoſius eſt litiga
re cū magnatibus ꝙ cū minoribus, quia plꝰ
poſſunt nocere. Eccleſiaſtici. viii. Nō litiges
cum homīe potēte ne incidas in manus illiꝰ
Merito ergo ſanctus pater. exhortatur diſci
pulū vt non amet cōtentiones. Circa qui
tum notandū ꝙ ad cauendū lites et conten-
tiones plura ſunt remedia. Primū eſt re-
frenatio interioris cōmotionis. per ſilentiū.
Sicut enī qui dimittit aquā fit caput iurgi-
orum: ſicut dr̄ prouer. xvii. quia vt ait gloſa.
Qui linguā non refrenat. concordiā diſſipat
ita econtrario, Qui cōtinet huiuſmodi im-
petum. cauſa eſt quietis et pacis. Et ideo be-
ne dr̄ eccleſiaſti. xxviii. Abſtine te a lite. quaſi
dicat facias tibi vim ne prorūpas in litem.
Secundū eſt declinatio a colloquio cū viro
litigioſo. Eccleſiaſtici viii. Non ſtruas ligna
in ignē linguati; quod fit cū habent̄ ꝟba cuꝫ
eo. Tertium eſt declinatio verborū haben
tium materiā litigioſā. ſcđe thimo. ii. Stul-
tas et ſine diſciplina queſtiones deuita: ſciēs
ꝙ generant lites. Quartumeſt cauere ab
illis. que ſunt occaſio litis, que ſunt iactantia
Prouerbiorum. xxviii. Qui ſe iactat et dila
tat. iurgia concitat. Item deriſio. prouer. xxii
Eice deriſorē. et exibit cum eo iurgiuꝫ. Item
iracundia eccleſiaſtici xxviii. Homo iracūdꝰ
accendit litem. Item peruerſitas. prouer. xvi
Homo peruerſus excitat lites.

Capitulum li. de lxvii. lxviii et lxix. inſtru
mentis: vbi de elatione fugienda, et de vene
ratione ſenum, et dilectione omnium.

SExageſimū ſeptimū inſtumentum eſt
(Elationē et iactantiā fugere) vt poſ-
ſit diſcipulus ſchole religionis cū ſan-
cto viro dauid dicere. Dn̄e non eſt exaltatū
cor meū. neqꝫ elati ſunt oculi mei. Elatio cū
videatur eſſe quedā extra ſiue ſupra vires la-
tio; nichil aliud in hoc loco ſignificare videt̄,
niſi mentis ſuperbiā. ſiue preſumptuoſā elati
onem. que radix eſt omīis peccati. Unde ſan
ctus pater. iubēdo elationē fugere. docere vi-
ſus eſt omīa vicia reſecare. Nam vt dicit po-

licrato libro ſcdo. Areſcunt riuuli ſi fontis ve
na preſcindit: nec rami conualeſcunt radice
ſuccíſa: deficiunt vicia ſi elatio iuguletur. Et
bernardus in ſermone ſancti andree. Iniciū
omis peccati et cauſa totius perditionis ſup
bia. Propterea quiſquis es qui ſalutē tuam
operari ſtudes. aduerſus hanc ſuper caput tu
um ſignū ſancte crucis habere memēto: ꝛ nō
eleueris in ſuperbiam nec exaltetur cor tuū.
Nā de hoc plurima dicta ſūt circa inſtrumē-
tum xxxv. ſolū hic notanda veniūt octo reme
dia. quib9 diſcipulus vti debet cōtra elationē
ſiue ſuperbiā inſurgentē. Primū eſt ꝛc. vide
ſupra circa inſtrumentū xxxv. Sexageſimū
octauū inſtrumentū eſt (Seniores venerari)
De quo dn̄s leuiti. xix. mādatū tribuit dicēs
Coram cano capite conſurge: et honora per-
ſonam ſenis. Senes autē in hoc loco appel-
lantur omnes ſuperiores ſtatu. gradu. officio.
dignitate. ordine. meritis. et ſanctitate. Qēs
iſti ſeniores intelligi et appellari poſſūt. Nā
de honoris mutua exhibitōe ſupra circa octa
uum inſtrumentū plurima dicta ſunt. dicen-
dum tantū hic venit. de decē modis honorā-
di ſeniores. Primus modus eſt diligentē
et humilē preſtare audientiā loquenti. Vn̄
ſapien. viii. loquens ſapiēs de honore quē p-
pter ſapientiā habiturus eſt dicit. tacentē me
ſuſtinebunt. gloſa. non audebunt loqui. et lo
quentē me reſpiciēt. glo. attēti ad ſermones.
et ſermocinantē me plura manus ori ſuo im
ponent. Secundus eſt aſſurgere venienti
leuit. xix. Coram cano capite cōſurge. Ter
tius eſt aſſiſtere ſedenti more angelico. yſa. vi
Vidi dn̄ꝫ ſedentē. et poſt. Seraphin ſtabant
ſuper illud. ſcilicꝫ ſoliū ſedentis. danielis vii.
Decies milies cētena milia aſſiſtebant ei. ſ.
ſedenti. Quartus eſt comitari incedentē
ſecundi regum xl. Vniuerſi ſerui regis ibant
iuxta eum ſcilꝫ regē dauid. quaſi comitantes
illum. cū egrederetur de ihrl'm fugiens abſa-
lonē. Quintus conſiſtit in ſignis humilia
tionis. vt ſunt inclinatio. genu flexio. proſtra
tio et huiuſmodi. eccleſiaſtici iii. Et ab humi
libus honoratur. quod ſi verū eſt de deo. eadē
ratiōe de quocūqꝫ corā quo nos humiliam9.
Sext9 eſt in ſeruicii exhibitōe. vt eſt lotio
pedū. adminiſtratio aque ad man9. ꝛc. eccle-
ſiaſti. iii. Qui timet deū honorat parētes. et
q̄ſi dn̄is ſeruiet hiis qui ſe genuerūt. Septi
mus eſt in munerūꝫ honorabiliū collatōe. vt
eſt honorabilius ferculū vel veſtis vel huiuſ-
modi. Vnde numeri xxiiii. dixit balac ad ba
laan. Decreueram quidem magnifice te ho
norare ſcꝫ muneribus ſꝫ deus priuauit te ho-
nore diſpoſito. Octauus eſt in proprie ma
gnificentie depoſitione. vt fit cū quis ſertum
vel caputiū deponit corā magnate. apoca. x.
Cū darent illa quattuor aīalia honorem ſe-
denti ſuper thronū. viginti quattuor ſeniores
mittebāt coronas ſuas ante thronū. Et hoc
pro honore et reuerentia ſedentis in throno.
Nonus in alterius prepoſitione. vt fit cuꝫ
preponitur in ſede. vel in via vel in actu quo-
cūqꝫ honeſto. iuxta illud eccleſiaſti. xxii. Loq̄-
re maior natu decet enī te. Et ideo prelati di
cuntur prepoſiti ad hebre. vltimo. Memen-
tote prepoſitorū veſtrorū. videlicet quia pre-
ponuntur in huiuſmodi. Decimus in be
nedictionis petitiōe quod fit cū petitur vt be
nedicat ſe. Vnde Gen̄. xxvii. dixit iacob pa-
tri ſuo yſaac. Benedicat michi aīa tua. Itē
eſau. Benedic et michi pater mi. Sūt et alii
multi modi quos ratio et vnctio ſecundū p-
ſonarū qualitatē pro tempore docꝫ exhibere.
ſecundū quos poterit diſcipulus iuxta ſancti
patris doctrinam venerari ſeniores.
Sexageſimū nonū inſtrumentū eſt (Iu-
niores diligere) hoc poteſt legi ſingulariter
vt maiores reſpiciat: ſicut p̄cedens inſtrumē
tum minores. ac ſi diceret. Sicut reuerentia
debetur maiori a iuniore: ſic dilectio debetur
minori a ſeniore. Seniores ergo minores di
ligere debent. q̄admodum patres filios. pro
uidentia pietatis nutriēdo paruulos. doctri
na veritatis erudiendo ignaros. exemplo ſā
ctitatis dirigendo deuios. vbere conſolatio-
nis roborando infirmos. virga correctionis
corrigendo inquietos. ſtimulo exhortationis
incitando pigros. Et ideo leuit. xix. dicitur.
Honora perſonā ſenis. Et prīe ad thimo. v.
Seniorem ne increpaueris: ſed obſecra vt pa
trem. Secundo poteſt hic textus extēdi in
differenter ad oēs vt ſit ſenſus. Diſcipul9
ita debet diſcretione vti circa perſonarū pari
etatē. vt ſeniores venerentur: et diligat iunio-
res. Hugo de ſancto victore. Diſcretio per-
ſonarum q̄tū quidē ad dilectionē ſecundum
meritū: q̄tum vero ad venerationē ſecundū
etatē vel officiū habēda ē. Iuniores diligere

ſuperiores honorare debemus/ quia par con
tumacia eſt.ſiue in eo qui propter gradũ infe
riorem homĩs virtutẽ deſpicit/ſiue in eo qui
propter vitã inferiorem.gradũ ſuperiorẽ con
temnit. Iſtis ergo honor:illis amor impẽda
tur.hec ille.

## ¶ Capitulum lii. de lxx. inſtrumento: vbi de ſignis caritatis inimicis exhibendis.

SEptuageſimũ inſtrumentũ eſt (In xp̄i
amore pro inimicis orare) hoc eſt quod
deus ammonet.math.v./ Orate pro ꝑ
ſequentibus et calumniantibus vos/ vt ſitis
filii patris veſtri qui in celis eſt. qui ſolem ſu
um oriri facit ſuper bonos et malos:ſuper iu
ſtos et iniuſtos./ Or ſuperius circa inſtrumẽ
tum xxxi. habita eſt doctrina copioſa de dile
ctione inimicorũ:tantũ duo hoc in loco notã
da veniunt. ¶ Primo de beneficiis in quibꝰ
ſcriptura ſancta perſuadet nobis erga inimi
cos beniuolos eſſe. ¶ Secundo an de neceſſi
tate caritatis.diſcipulus obligetᷣ talia ſigna
ſiue effectus dilectionis inimicis exhibere/.
¶ Circa primũ notandũ ꝙ multa ſunt in qui
bus ſcriptura ſancta nos perſuadet erga ini-
micos eſſe beniuolos. ¶ Primo in diligendo
Math.v. Diligite ĩimicos veſtros. ¶ Scđo
pro eis orando. Luce vi. Orate pro perſequẽ
tibus et calũniantibus vos. ¶ Tertio eis be-
nedicendo .ad ro.xii. Benedicite perſequen
tibus vos: benedicite et nolite maledicere.
¶ Quarto eis benefaciendo. Luce vi. Bene
facite eis qui vos oderunt. ¶ Quinto eis ne
ceſſaria vite miniſtrando.prouer.xxv. Si eſu
rierit inimicus tuus ciba illũ. ¶ Sexto in ne
ceſſitatibus adiuuando.exo.xxiii. Si videris
aſinũ odientis te iacere ſub onere non pertrã
ſibis:ſed ſubleuabis eũ. ¶ Septimo malis eo
rum condolẽdo. prouer.xxiiii. Cum ceciderit
inimicus ne gaudeas. ¶ Octauo penitenti-
bus indulgendo. Luce xvii. Si reuerſus fue
rit dicens penitet me:dimitte illi. ¶ Circa ſe
cundum notandũ ꝙ vt ſanctus Tho.docet ĩ
ſcđa ſcđe.q.xxv. / Effectus et ſigna caritatis
ex interiori dilectione procedunt/et ideo pro-
portionantur ¶ Dilectio autẽ interior ad ini
micũ in cõmuni quidẽ eſt de neceſſitate pre-
cepti abſolute/in ſpāli autẽ non abſolute ſed
ſecundũ ꝓparationẽ animi/ vt ſupra circa in
ſtrumentũ xxxi.dictũ eſt/. Sic igitur dicendũ
eſt de effecctu.vł ſigno dilectiõnis exterius ex
hibendo. ¶ Sũt enĩ quedã beneficia vel ſigna
dilectionis.que exhibẽtur proximis in com-
muni/puta cũ aliquis orat pro omĩbus fide-
libꝰ.vel ꝑ toto populo.aut cũ aliquod bñfici-
um impendit aliquis toti cõmunitati/ Et ta
lia beneficia vł dilectionis ſigna inimicis ex
hibere eſt de neceſſitate precepti/ quia ſi non
exhiberentur inimicis.hoc pertineret ad liuo
rem vindicte/contra id quod dicitur leuit.xix
¶ Non queres vltionẽ ⁊ non eris memor iniu
riarũ ciuiũ tuorum ¶ Alia vero ſunt beneficia
vel dilectionis ſigna/que quis exhibet parti-
cularitet aliq̄bus perſonis/et talia beneficia
vel dilectionis ſigna ĩimicis exhibere non eſt
de neceſſitate ſalutis.niſi ſecundũ preparati-
onem animi.vt ſcꝫ ſubueniatur ei in articulo
neceſſitatis.ſecũdũ illud prouer.xxv. Si eſu-
rierit inimicus tuus ciba illuꝫ/. Si ſitit potũ
da illi ¶ Sed ꝙ preter articulũ neceſſitatis hu
iuſmodi beneficia aliq̄s exhibeat inimicis.ꝑ
tinet ad perfectionẽ caritatis.per quã aliq̄s
nõ ſolũ cauet vinci a malo.quod neceſſitatis
eſt/ſed etiã vult in bono vincere maluꝫ quod
eſt etiã perfectionis/.dũ ſcꝫ non ſolũ cauet ꝓ-
pter iniuriã illatã detrahi ad odiũ.ſed etiam
ꝓpter ſua beneficia.inimicũ intendit pertra-
here ad ſuũ amorẽ/ Et hoc modo accipienda
eſt gloſa ſuper illud Math.v. Bñfacite hiis
qui oderunt vos.que dicit ꝙ benefacere ini-
micis eſt cumulus perfectionis.

## ¶ Capitulum liii. de lxxi. inſtrumento: vbi de bono pacis et diſcordiis cito terminandis et de cauſis huiuſmodi.

SEptuageſimũ primũ inſtrumentũ eſt
(Cum diſcordantibus ante ſolis occa-
ſum in pacẽ redire) De quo apoſt.ad
ephe.iiii. Sol non occidat ſuper iracundiam
veſtram.glo.ipſa ira non duret vſqꝫ ad occa-
ſum ſolis:quia ſi ex ipſa infirmitate qua pec-
camus ſurripit ira xp̄iano/nõ debet diu tene
ri.et fieri pridiana/. Eicienda eſt de corde an-
teꝙ̃ occidat lux iſta viſibilis.ne deſerat lux in
uiſibilis ¶ Vult ergo apoſtolꝰ ꝙ ira nõ duret/
quia ſi durat datur diabolo occaſio. ¶ Iratꝰ ei
male cogitat:et ſic ſe diabolus ingerit vt ma
la peragat ¶ Exemplũ in vitis patruꝫ. Abbas

Agathon ſolebat dicere.nūq̄ dormiui.nec li-
tem habentem mecum dormire permiſi q̄tū
ad virtutē meā pertinuit.niſi prius reuerte-
rer in pacē cū eo. ¶ Ubi notanda tria ſunt.
¶ Primo de bono multiplici pacis.ratione
cuius amanda eſt a diſcipulo ſchole ſpiritua
lis. ¶ Secundo de hiis que ad diſcordias et
lites exortas extinguendas valent. ¶ Tertio
de cauſis quare diſcordie illico ſunt ſedande
¶ Circa primū notanduȝ q̄ pax eſt amanda
ꝓpter multa. ¶ Primo quia eſt naturale de
ſideriū eius in oībus . Auguſtin⁹ xix.libro de
ciui.dei. Sicut nemo ē qui gaudere nolit:ita
nemo eſt qui pacem habere nolit. qm̄ quidē
et ipſi qui bella volūt.nichil aliud q̄ vincere
volunt. Ad glorioſam ergo pacem bellando
volunt peruenire. Nam quid eſt aliud victo
ria.niſi ſubiectio repugnantiū: quod cū factū
fuerit pax erit. ¶ Secundū quia pax eſt verū
bonū amicorū dei. Unde ſuper illud pſalmi-
ſte. Pax ſuper iſrael.dicit glo. vno verbo oīa
bona dicit. Qui pacem non habet.infelix eſt
in pſalmo. Contritio et infelicitas in viis eo
rū.et viam pacis non cognouerunt. ¶ Ter
tium eſt maximū bonū inter oīa bona terre-
na. Auguſtinus de ciui.dei. Tantū eſt pacis
bonū inter oīa.vt etiā in rebus terrenis atqȝ
mortalibus.nichil gratius.nichil deſiderabi-
lius cōcupiſci. nichil poſtremo poſſit melius
inueniri. ¶ Quartum eſt:dei filiū conſtituit
Math.v. Beati pacifici quoniā filii dei vo-
cabuntur. Gregorius in paſtorali. Si vocā-
tur filii dei qui pacē faciunt:proculdubio ſa-
thane ſunt qui confundunt. ¶ Quintū deo
in nobis habitaculū facit.p̄s. In pace factus
eſt locus eius. Ad hoc ſignificandū templum
ſalomonis i pacis tempore factū eſt. tertii re
gū v. Item ad idem oſtēdendū.deus naſci vo
luit de virgine:cū vniuerſus orbis pacem ha
beret.hinc dicitur ſcđe corin.xiiii. Pacem ha
bete et deus pacis et dilectionis erit vobiſcū.
¶ Sextū oculos mentis diſponit ad viſionē
dei.ad hebre.xii. Pacem ſequimini cū oībus
et ſanctimoniā:ſine qua nemo videbit deum
Aqua ei turbata non reddit imagines vt ait
gregorius: ſic cor turbatum non clare videt.
¶ Septimū ſpiritū noſtrū deo coniūgit. ad
ephe.v . Sollicitti ſeruate vnitatē in vinculo
pacis. ¶ Octauū bonorū ſpiritualiū abun-
datiā acquirit. pſalmiſta. Fiat pax in virtute
tua.et abundantia in turribus tuis. Criſoſto
mus de compūctione cordis . Ubi pax eſt ibi
omnia proſperabūtur.ibi ſobrietas lucet.ibi
vnanimitas regnat.ibi abſtinentia coronat.
¶ Nonū deo amabilē reddit. Unde ſalomō
Quia pacificus vocatus eſt:vocat⁹ eſt ama-
bilis dño.ſcđi regū xii. yſidorus libro de ſum-
mo bono. Pax deo hominē: et hoī deū proxi
mū reddit. ¶ Decimū ad eternā quietē per-
ducit.roma.xiiii. Nō eſt regnū dei eſca et po
tus:ſed iuſtitia et pax. ¶ Circa ſecundū ſcien
dum q̄ multa ſunt huiuſmodi que ad extin-
guendas lites et diſcordias.ſanctos viros le-
gimus practicaſſe. ¶ Primū eſt recedere a lo
co.in quo lis aut diſcordia eſt . Unde in vitis
patrū legitur q̄ abbas monachis dimiſit lo-
cum in quo erat.propter quendā fratrē q ſē-
per habebat iram cum eo.et tranſtulit ſe ali-
bi ad manendū. Ambroſius . Melius eſt mi
grare cū gratia q̄ habitare cū diſcordia. Me
lius eſt ſine lite abire.q̄ cum iurgio reſidere.
¶ Secundū eſt ſilere.ſecundū illud p̄s. Po-
ſui ori meo cuſtodiā.cum conſiſteret peccator
aduerſū me. Et prouer.xxvi.dr̄. Qui impo-
nit ſtulto ſilentiū iras mitigat. ¶ Tertiū eſt
habere patientiā : ita vt nec verbo.nec ſigno
nec facto moueatur.prouer.xvi. Qui patiēs
eſt mitigat rixas ſuſcitatas. Gregori⁹ in mo
ralibus. Nunq̄ ſeruari concordiā niſi per ſo
lam patientiā ſolet. ¶ Quartū eſt ſi reſpon-
dere aliquid contingat.quod non reſpondea
tur verbo duro quod prouocet : ſȝ dulci quod
leniat.prouer.xv. Reſponſio mollis frangit
iram.ſermo durus ſuſcitat furorē. ¶ Quin
tum eſt cedere cauſe litis. Exemplū de abra-
ham.qui dixit geñ. xiii.loth fratri ſuo.ne q̄ſo
ſit iurgiū inter me ⁊ te. ecce vniuerſa terra co
ram te eſt:recede a me obſecro. ſi ad ſiniſtraȝ
ieris ego dexteram tenebo:ſi dexterā elegeris
ego ad ſiniſtram pergo. Et hanc viam cōmē
dat apoſtolus prie corin.vi. Quare nō ma-
gis iiuriā patimini:ſcȝ q̄ contēdatis. ¶ Sex
tū eſt non inniti iuſtificationi cauſe ſue . Ex
quo eni quilibet laborat in lite ad oſtenden-
dum ſe rationem habere prolongatur lis:et
per ceſſationē ab iſtis termiatur. Et ideo di-
cit apoſtolus ad roma.xiii. Non vos defen-
dentes cariſſimi.ſed date locum ire. ¶ Septi
mum humiliare ſe erga iniuriantem. Exem
plum in vitis patrū. Cū duo germani cōmo

rarentur in cella/diabolus volens eos prouo
care ad iurgiū extinxit lucernam.quā minor
poſuerat ſuper candelabrū/propter quod ſe⸗
nior percuſſit minorem cū furore/minor ve⸗
ro proſtratus in terrā clamauit dicens/ma⸗
gnanimus eſto dn̄e: ⁊ ego rurſus accendo eā
Et ſtatim propter humilitatē illius iunioris/
non potuit diabolus preualere/Quod audi
ens quidam ſacerdos ydolorꝝ factus eſt xp̄ia
nus. Circa tertiū notandū ꝙ multa ſunt q̄
debent diſcipuluꝫ mouere ad ſedandam ortā
diſcordiam/et pacem reparandā. Primū
eſt quia deus eſt amator pacis et concordie/
et per cōtrariū odit diſcordiam/Eccleſiaſtici
xxv. In tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo/q̄
ſunt probata coram deo ⁊ hominibus/Concor
dia fratum ⁊c. Secundū eſt quia ex diſcor
dia ſi non cito terminatur oriunt̄ multa ma
la:ſicut de igne quando eſt accēſus ſi non ci⸗
to extinguitur. Primū malū eſt in corde
odiū.Auguſtinus.Odium eſt ira inueterata
Item Auguſtinus in epiſtola quadā/Sicut
acetū corrūpit vas ſi diu ibi fuerit:ſic ira cor⸗
rūpit cor ſi in aliū diē durauerit/Hic idē au
guſtinus in regula/Lites aut nullas habea⸗
tis aut ꝙ celerrime finiatis/ne ira creſcat in
odium et trabem faciat de feſtuca/et aiaꝫ fa
ciat homicidā/Quantū autē malum ſit odi
um ſupra eſt oſtenſū circa inſtrumentū lxiiii.
Secundū malum quod ſequitur eſt malū
in ore quo leditur proximus/ſcꝫ contumelie.
clamor.indignatio.blaſphemie/Et ideo dici
tur prouer.xxv/Que viderunt oculi in iurgi
um nō proferas cito/ne poſtea emendare nō
poſſis cū dehoneſtaueris amicū tuū/In quo
innuitur ꝙ diſcordia et iurgia generant ver⸗
ba deturpantia et dehoneſtantia proximum
Tertium malū eſt malū in manu/quo ad
percuſſionē.yſa.lviii/Ecce ad lites et conten
tiones ieiunatis et percutitis pugno/Hinc
dicit Gregorius in regiſtro/ꝙ diſcordia cōſu
euit ſcandala generare. Quartū qꝛ diſcor
dia et diuiſio/deſolatiua eſt cōmunitatis ⁊ ſo
cietatis. Math.xii. Omē regnū in ſeipſum
diuiſum deſolabitur/glo.eccleſiaſtici.xxi. Cō
cordia mimime res creſcunt/diſcordia maxie
dilabuntur. Quintū eſt quia diſcordia red
dit inutilia ſacrificia noſtra/Diſcordes eni
vt ait Gregorius tam diu nullū boni operis
ſacrificiū deo imolant/ꝙdiu a proximorū ca⸗
ritate diſcordant/Hinc dn̄s ait Math.v.Si
frater tuus habet aliquid aduerſū te:vade et
reconciliare fratri tuo. Sextum diſcordia
reddit hominē diſcordem a deo/Auguſtinus
de verbis dn̄i/Non poterit habere concordi
am cum xp̄o/qui diſcors voluerit eſſe cū xp̄ia
nis/Idem. In ſciſſura mentiū deus non habi
tat. Septimū diſcordia ducit ad perditio
nem.glo.ſuper io.iii/Imperpetuū cum capn
damnabitur/qui hoc genere homicidii tenet̄/
vt diſcordet a fratribus.

Capitulum liiii.de lxxii.inſtrumento:vbi
de multiplici ratione quare nunꝙ deſperan⸗
dum ſit de miſericordia dei.

Septuageſimū ſecundū inſtrumentuꝫ
eſt(De mia dei nūꝙ deſperare)ſed ſē
per ſperandum eſt de mia dei/ſecundū
illud p̄s.Ego autē ſemp ſperabo/Et oſee xii
Spera in deo tuo ſemper. Ubi notāda ſūt
duo a diſcipulo. Primo de cauſis quare de
ſperandū nullo modo ſit de mia dei. Se⸗
cundo de remedio contra temptationē inſur
gentem deſperationis. Circa primū notā
dum ꝙ quattuor ſunt cauſe precipue propter
quas ꝙtūcunqꝫ quis āguſtiarū preſſura aut
peccatorū pondere fuerit grauatus/nō ſit de
ſperandū de mia dei. Prima quia mia dei
ſiue eius bonitas incomparabiliter maior ē
omni malicia et iniquitate cuiuſcūqꝫ graui⸗
tatis ſit/Auguſtinus/Tanꝙ ſcintilla ignis
in medio maris:ſic oīs malicia ad miam dei/
Quare idem libro de differentia ſpiritus et
aīe/Nemo de dei mia diffidat:quia maior ē
mia eius ꝙ noſtra iniquitas/Tardius ſiqui
dem videtur peccatori veniā dare/ꝙ ipſi pec⸗
catori ipſam accipere/Sic enī feſtinat reū ab
ſoluere a tormento ſue cōſcientie/quaſi plus
cruciet eū compaſſio miſeri ꝙ ipſum miſeruꝫ
compaſſio ſui/hec Auguſtinus/Ille ergo ſolꝰ
(inquit idem Auguſtinꝰ libro de vera et fal⸗
ſa penitentia)diffidat qui tantū peccare pōt
ꝙtum deus bonus eſt/cum ſit nullus qui hoc
poſſit. Gregorius ſuper ezechielē/Nec vos
veſtrorū vulnerū multitudo in deſperationē
deprimat/qꝛ maior eſt potentia medici ꝙ ma
gnitudo languoris veſtri/Quare dicit beatꝰ

Ambroſius ſuper lucam. Nemo diffidat. ne-
mo veterum conſcius delictorũ de venia de-
ſperet. nouit enĩ deus mutare ſententiam ſi
tu noueris mutare delictũ. Secundo quia
eſt grauiſſimũ peccatorum. ſcđi Regũ ii. An
ignoras ꝙ periculoſa ſit deſperatio. Et me-
rito. Eſt eĩ plaga inſanabilis. ſcđꝫ illud iere.
xxx. Inſanabilis fractura tua. peſſima pla-
ga tua. yſidorus in gloſa ſuper gen̄. iiii. Ma-
ior eſt iniquitas mea ꝙ vt veniam merear. di-
cit ſic. peccatũ peccatis adiciens deſperat. nec
credit ſe veniã poſſe adipiſci. que eſt blaſphe-
mia in ſpiritũ ſanctuꝫ que non remittitur in
hoc ſeculo nec in futuro. quia putat deuꝫ aut
ꝙ non poſſit aut ꝙ inuideat ſaluti. yſidorus
de ſũmo bono. Qui eĩ de venia deſperat. plꝰ
ſe deſperatione ꝙ cõmiſſo ſcelere dãnat. De-
ſperatio auget peccatum. Deſperatio eſt pe-
ior omĩ peccato. Tertio eſt peccatũ pluri-
mum iniurioſuꝫ diuine maieſtatis. Criſoſto-
mus. Unuſquiſqꝫ poſitus in peccato. ſi de ve-
nia deſperauerit miãꝫ fũditus perdidit. Ni-
chil enĩ ſic offendit deum. ꝙadmodũ deſpera-
tio. Auguſtinus. Qui deſperat de venia pec-
catorũ. deuꝫ negat eſſe miſericordẽ. Magnã
iniuriã deo facit qui de eiꝰ mĩa diffidit. ꝙtuꝫ
in ſe eſt negat deũ habere caritatẽ. veritatem
et poteſtatẽ in quibus cõſiſtit tota ſpes mea.
Hieronymus in epiſtola quadã. Nichil ita
offendit deũ. ꝙ ſicut deſperatio maloruꝫ. Et
ideo idem Hieronymus ait ꝙ iudas plus of-
fendit deũ quando ſe ſupendit ꝙ quando eũ
tradidit. Quarto quia eſt multũ grata di-
abolo aduerſario noſtro. Cum eĩ quis deſpe-
rat manifeſte oſtendit ſe iam deuictum eſſe a
diabolo quod illi gratiſſimũ eſt. Ambroſius.
Ideo diabolus deſperationem ſubiecit ĩ pec-
cato vt ſpem a nobis dei abſcidat. que eſt ſalu-
tis noſtre anchora. vite noſtre fundamentuꝫ
dux itineris quo itur ad celũ. Quinto eſt
multũ noxia. Aufert enĩ omne robur et forti-
dinem ab homĩe. prouer. xxiiii. Si deſperaue-
ris in die anguſtie lapſus: minuetur fortitu-
do tua. glo. Nichil execrabilius deſperatiõe
quã q habuerit et in generalibus huius vite
laboribus: et quod peius eſt in fidei certami-
ne conſtantiam perdit. Circa ſecundũ no-
tandum ꝙ quinqꝫ remedia poſſunt aſſigna-
ri contra deſperationis vicium. Primũ eſt
conſideratio infinitatis diuine miſerationis

Bernardus. Cum ſentio te iratum. ſpero te
propiciũ: quia cum iratꝰ fueris miſericordie
recordaberis. Auguſtinus. Erubeſcat huma-
na pigricia. plus vult ille dare ꝙ nos accipe-
re. plus vult ille miſereri ꝙ nos a miſeria li-
berari. Secundũ eſt memoria dñice paſſio-
nis. Bernar. Peccaui pctm̃ grãde. cõſciẽtia
mea turbat̃ ſꝫ nõ pturbat̃. vulnerũ dñi recor-
dabor. quid tam ad mortẽ quod nõ xpi mor-
te ſoluatur. Si in mentẽ venerit tam potẽs
tam efficax medicamẽtũ. nulla iam poſſum
morbi malignitate terreri. Tertiũ eſt con-
ſideratio magne virtutis ipſius penitentie q
ita virtuoſa eſt medicina. vt contra eam nul-
la ſpiritualis infirmitas preualeat. eccleſia-
ſtes x. Curatio. gloſa penitentie ceſſare faci-
et peccata maxima. Unde beatus martinus
legitur dixiſſe diabolo. Si veram penitentiã
poſſes habere. adhuc veniam cõſequi poſſes.
Quartũ eſt conſideratio illarũ perſonarũ
cum quibꝰ dñs legitur miſericorditer egiſſe.
Bernardꝰ. Omino propter mãſuetudinẽ q
in te predicatur currimus poſt te dñe ieſu: au-
dientes ꝙ non ſpernas pauperem. peccatorẽ
nõ abhorreas. non oderis cõfitentẽ latronẽ.
non lachrymãtem peccatricẽ. nõ chananeã.
non deprehenſam in adulterio. non ſedentẽ
in teloneo. non ſupplicantem. non negantẽ
diſcipulũ. non perſecutorẽ diſcipulorum. non
ipſos crucifixores tuos: in odorem vnguento-
rũ tuoꝝ currimꝰ. Quintũ eſt efficacia dep-
cationis glorioſiſſime virginis dei genitricis
marie que mater eſt mĩe. Bernardus in ſer-
mone quodam. Si criminũ ĩmanitate tur-
batus. ſi conſcientie feditate confuſus. ſi iudi-
cii horrore perterritꝰ. ſi baratro deſperatiõis
abſorptꝰ: mariã cogita. mariã inuoca. nõ re-
cedat a corde. non recedat ab ore. Nã ipſam
cogitans non erras. ipſam rogans nõ deſpe-
ras. ipſam ſequens non deuias. Ipſa tenen-
te non corruis. ipſa protegente non metuis.
ipſa duce non fatigaris. ipſa propicia perue-
nis: et ſic in temetipſo experiri poteris ꝙ me-
rito dictum ſit nomen virginis maria. id eſt
ſtella maris.

Capitulum lv. de mercede danda diſcipu-
lis predicta inſtrumenta artis ſpũalis adim-
plentibus. et de idoneitate loci vbi hec adim-
plenda ſunt.

**Ecce hec ſunt inſtrumēta artis ſpiritualis/q̄ cū fue= rint a nobis die noctuqꝫ inceſſa biliter adimpleta.et in die iudi= cii reconſignata: illa merces no bis a domino recompenſabitur quam ipſe promiſit/quam ocu= lus non vidit.nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit.que preparauit deus hiis qui diligūt eum. Officina vero vbi hec om nia diligent operemur/clauſtra ſunt monaſterii/et ſtabilitas in congregatione.**

Ecce hec ſunt inſtrumenta artis ſpiri= tualis que cum fuerint a nobis die no ctuqꝫ inceſſabiliter adimpleta/ꝛ in die iudicii reconſignata/illa merces nobis a do= mino recompēſabitur quā ip̄e promiſit; quā oculus non vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis/aſcendit que preparauit deus hiis qui diligunt eum. Enumeratis bonorū ope rum artis ſpiritualis inſtrumentis: ſubiun= git ſāctus pater de mercede q̄ danda eſt ope= rantibus et adiplentibus illa dicens.ꝙ ſi hec inſtrumēta artis ſpiritualis fuerint a nobis adimpleta/et in die iudicii tanꝗ̄ inſtrumen= ta veritatis reconſignata.i. cognita ꝛ appro bata/merces illa retributione recompenſabi tur ſempiterna/ De qua dicit ſapiens eccleſi aſtici ii. Qui timetis deum ſeruite illi/et non euacuabitur merces veſtra/ Fidelis enī fideli ter ei ſeruienti mercedem retribuet iuxta ope ra ſua/ſapientie xvi. Reddidit iuſtis merce= dem laborum ſuorum/et deduxit illos in via mirabili. Circa hunc articulum ſunt duo parua notabilia. Primo quomodo eſt in= telligendum ꝙ ſanctus pater dicit; ſi hec in= ſtrumenta fuerint a nobis die noctuqꝫ inceſ= ſabiliter adimpleta. Secundo de incom= prehenſibilitate mercedis beatorum. Cir ca primum notandum/ꝙ tunc nocte dieqꝫ in ſtrumenta illa inceſſabiliter dicuntur adim= pleri/quando nichil illis contrarium fit/ꝙ ad modū accipitur illud pſalmiſte primi/ Qui in lege domini meditatur nocte dieqꝫ/ Et il= lud luce xvii. Oportet ſemper orare et non deficere/ Item illud prime theſſalo.quinto. Sine intermiſſione orate/ Quippe non deſi nit meditari in lege dn̄i. qui nichil facit me= ditationi contrarium./ Et ſine intermiſſione orat.qui nichil facit orationi contrarium/

Circa ſecundū notandum ꝙ apoſtolus vo lens oſtendere incomprehenſibilem eſſe mer cedem dandam adimplentibus prefata ſan= cta opera.inquit prime ad corin.ii/ Oculus non vidit nec auris audiuit:nec in cor homi= nis aſcendit.que preparauit deus hiis qui di ligunt illum/ Auguſtinus/ Quod deus pre= parauit diligentibus ſe fide non capitur/ſpe non attingitur/caritate non comprehendit/. deſideria et vota trāſgreditur/acquiri poteſt /exiſtimari non poteſt/ Gregorius in omelia. Que enī lingua dicere poteſt/aut quis intel lectus capere ſufficit.ſuperne felicitatis ꝗ̄ta ſint gaudia/angelorꝫ choris intereſſe/cū bea tibus ſpiritibus in gloria ſemper conſiſtere/. preſentem vultū dei cernere/incircūſcriptum lumen videre.nullo mortis metu affici/incor ruptionis perpetuo munere letari/ Hinc do minꝰ luce vi. ait ad diſcipulos / Gaudete et exultate: ecce enī merces veſtra multa eſt in celo/ Ubi merces ſanctorū deſignatur tres ꝓ prietates habere excellentiſſimas./ Habet enī primo indefectibilē firmitatē cū dicitur: veſtra.i.vobis irreuocabiliter danda/ eccleſi= aſtici ii/ Qui timetis deū credite illi et non euacuabitur merces vr̄a/ Et eccleſiaſtici xviii Non verearis iuſtificari vſqꝫ ad mortē/quia merces tua viuet ineternū./ Scd̄o habet bo nitatē inexhauribilē cū dr̄: multa/gen̄.xv.in qt dn̄s ad abrahā/ Noli timere abrahā: ego ꝓtector tuꝰ ꝛ merces tua magna nimis/ Ubi cōſiderādū ꝙ merces ſctōꝝ dr̄ multa/dr̄ ma= gna/dicitur precioſa/et dictur ꝑpetua/vt ait Bernardus tam multa dicit̄ eſſe/ꝙ non pōt numerari/tā magna ꝙ nō poteſt eſtimari/tā precioſa ꝙ nō poteſt comparari/tā diuturna ꝙ nō pōt t̄miari/vide de hoc ſupra circa īſtru metū xlvi.vbi de eterna vita plura dicta ſūt/ Tertio hꝫ dignitatē icōpabilē cū dr̄ i celo: Res ei excellētior reputat̄ et nobilior q̄ dat̄ i loco nobiliori ./ Felicitas ei ſctōꝝ nō cōſiſtit i caducis ꝛ corruptibilibꝰ/ ſꝫ in bonis optimis

Cam quītū etc

et diuinis incorruptilib⁹ ac digniſſimis. ¶Se
quitur (Officina vero) id eſt loca (vbi hec
omnia diligenter operemur/ clauſtra ſūt mo
naſterii et ſtabilitas in congregatione) Pe
ſcriptis inſtrumētis artis ſpūalis et mercede
adimpletionis eorū/ hic ſanctus pater deſcri
bit idoneitatem loci in quo hec adimplenda
ſunt/ Senſus eſt. Loca in quibus hec ſancta
opera deſcripta et infra deſcribenda diligen
ter a nobis ſunt exercenda/ clauſtra ſunt/ id ē
loca ſub clauſtris exiſtentia. ⁊ ſtabilitas in cō
gregatiōe/ id eſt in quibus ſtabiliter viuatur
quaſi diceret ¶ Duo ſunt neceſſaria in mona
ſterio in quibus operemur ꝑdicta/ ſcʒ ¶ Clau
ſura vt nullus exeat. nemo intret ſine licētia
maioris. Secundū eſt ſtabilitas conuerſatio
nis in congregatione. Bernardus in epiſto
la ad fratres de monte dei. Omnium bono
rum borum officina cella eſt/ et ſtabilis perſe
uerantia i ipſa. Et paulo poſt ſubdit Impoſ
ſibile eſt hominē fideliter figere in vno aīm
ſuū/ qui non prius in aliquo loco perſeueran
ter affixerit corpus ſuū. Nam qui egritudi-
nem animi migrando de loco ad locum effu
gere nititur/ ſic eſt ſicut qui fugit vmbrā cor-
poris ſui. ſeipſum fugit. ſeipſum circūfert. lo-
cum mutat non animū. eūdemqʒ ſe inuenit:
niſi ꝙ deteriorem facit ipſum mobilitas: ſi-
cut ledere ſolet egrum qui circūferendo con-
cutitur. ¶ Ubi notandum ꝙ in verbis iſtis
ſanctus pater hoc genus monachorū contra
alia tria genera diſtinxiſſe videtur/ Per pri-
mum ſcilʒ per clauſuram loci: genus videtur
excludi monachorū ſcʒ heremitarum qui lo-
ca deſerta inhabitāt. Per ſtabilitatem vero
in congregatione alia duo genera. ſ. ſarabai
tarum qui ſine paſtore ſine regula viuunt/ et
girouagorum qui vagi et nūꝙ ſtabiles ſūt.
Uel ſenſus huius littere eſt/ Nullus ad ope-
randum aliqua eorū que dicta ſūt loca extra
monaſterium querere preſumat/ Nullus ſub
occaſione viſitandi infirmos ſepeliendi mor
tuos vel aliquid aliud huiuſmodi procedat i
publicum/ quia officina vbi hec operant̄ clau
ſtra ſunt que ita apta debent eſſe vt eis poſſit
eſſe ſtabilitas in congregatione. Sʒ nūquid
extra huiuſmodi clauſtra hec que traduntur
in regula ſunt obſeruanda/ Reſpondetur ꝙ
quedam ſunt que dependēt a loco ſicut illud
vt michi videtur de capitulo regule. Omni
tempore ſilentio debent ſtudere monachi/ et
ſimilia/ et ad hoc non videtur teneri quis ex-
tra monaſteriū. Quedaʒ vero ſunt que non
pendent a loco vt habitus honeſtas et huiuſ
modi. Et hec ſunt vbiqʒ ſeruanda. ⁊c.

¶ Capitulum quinquageſimum ſextum. et
eſt quintum regule: vbi de obedientia agitur
diſcipulorum qualis debeat eſſe.

Primus humilitatis gra
dus eſt obediētia ſine mo
ra. Hec conuenit his. qui nichil
ſibi chriſto carius aliquid exiſti-
mant/ Propter ſeruicium ſāctū
quod profeſſi ſūt/ ſeu propter me
tum gehenne/ vel gloriam vite
eterne/ mox vt aliquid impera-
tum a maiore fuerit. ac ſi diuini
tus imperetur moram pati ne-
ſciunt in faciendo. De quibus
domin⁹ dixit. Obauditu auris
obediuit michi. Et iterum dicit
doctoribus. Qui vos audit me
audit. Ergo hii tales relinquen
tes ſtatim que ſua ſunt et volun
tatem propriam deſerētes/ mox
ex occupatis manibus et quod
agebant imperfectum relinquē
tes/ vicino obedientie pede iubē
tis vocem factis ſequuntur/ et ve
luti vno momento predicta ma
giſtri iuſſio. et perfecta diſcipu-
li opera i velocitate timoris dei
ambe res cōmuniter citi⁹ expli-
cant/ quib⁹ ad vitā etnā gradiēdi

amor incumbit: ideo anguſtam
viã arripiunt. Vnde dñs ait An
guſta via eſt que ducit ad vitam/
vt non ſuo arbitrio viuentes vel
deſideriis ſuis et voluptatibus
obedientes/ ſed ambulantes ali=
eno iudicio et imperio. in cenobiis
degẽtes: abbatem ſibi preeſſe de
ſiderant/ Sine dubio hi tales il=
lam domini imitantur ſenten=
tiam. qua dicit. Non veni facere
voluntatem meam. ſed eius qui
miſit me. Sed hec ipſa obedien=
tia tunc acceptabilis erit deo et
dulcis hominibus: ſi quod iube=
tur non trepide/ non tarde/ non
tepide/ aut cum murmure/ vel cũ
reſponſione nolentis efficiatur
Quia obedientia que maioribꝰ
prebetur deo exhibetur/ ipſe enĩ
dicit. Qui vos audit me audit.
Et cum bono animo a diſcipu=
lis preberi oportet. Quia hylarẽ
datorem diligit deꝰ/ Nam cum
malo animo ſi obedit diſcipulus/
et non ſolum ore verum etiã in
corde ſi murmurauerit/ et ſi im
pleat iuſſionem: tamen acceptũ
iam non erit deo: qui cor reſpi
cit murmurãtis/ Et pro tali fa
cto nullam conſequitur gratiã/
imo penam murmurãtium in
currit/ ſi non cum ſatiſfactione
emendauerit.

PRimus humilitatis gradus eſt Obe
dientia ſine mora. Supertius ſanctus
pater Benedictus in quadã generali
tate deſcripſit inſtrumenta artis ſpũalis con
quirendi vitã eternã: Nunc in ſpãli pſequit
ea que maxie cõponunt monaſticã vitã/ et in
cipit ab obedientia q̃ potiſſima pars religio=
nis eſt dicens/ Primꝰ gradꝰ religiõis eſt obe
dientia ſine mora. Querit cur beatus Be
nedictus hoc loco primum hũilitatis gradũ
dixerit obediẽtiã/ cũ ſecundꝰ ibi non ſuccedat/
imo ĩ capitulo ſeptimo regule timorẽ primũ
hũilitatis gradũ deſcribit. Ad hoc respondet
ꝙ primũ hoc loco poſitũ non ordinẽ dicit. vt
primus dicat qꝛ ſecũdus ſequit/ ſꝫ potius ma
gnitudinẽ aut excellentiã dicit/ veluti eſt illd
luce xii. Primũ querite regnũ dei/ vt ſit ſenſꝰ
Obediẽtia eſt precipuũ/ quo hũilitatis ꝟtus
cuſtoditur. fouetur. et roboratur/ Nullꝰ quip
pe p ſe gradꝰ hũilitatis ſubſiſtit/ ſi obedientie
viribus fulciri deſit/ Nã vera humilitas ipſa
eſt/ quam obedientia comes non deſerit. Gre
gorius in moralibus/ Sola obedientia virtꝰ
eſt/ que ceteras virtutes mẽti inſerit/ inſertas
qꝫ cuſtodit/ Hinc apoſtolus de xp̃o loquens:
has duas virtutes ſimul coniungit dicens/
Humiliauit ſemetipſũ/ factus obediens vſqꝫ
ad mortẽ. philip. ii. Vel reſpondetur ꝙ humi
litas in hoc loco dicitur vita monaſtica/ ſiue
ſtatꝰ religionis/ quẽ beatus Bernardus ſup
Miſſus eſt. vocat ſcholã huilitatis/ Et vii. q
iii. in capitulo/ Hoc monachoꝝ vita ſubiecti
onis habet verbũ et diſcipulatus/ Huius au
tẽ humilitatis. i. religionis primꝰ gradꝰ id ẽ
potior eſt obedientia/ q̃ eſt ſpontanea intuitu
dei proprie voluntatis abnegatio: Circa
obedientiã tria notãda occurrunt iuxta tres
partes huiꝰ capituli. Primo de cõmendati
one excellentie huiꝰ virtutis. Scḋo de cau
ſis obediendi. Tertio de cõditiõe et q̃litate/
quã debet habere obediẽtia diſcipuli. Circa
primũ notandũ ꝙ ſtatꝰ quo ſub obediẽtia vi
uit valde eſt laudabilis multiplici rõe. Pri
mo quidẽ qꝛ p obediẽtiã ꝟtuti multũ adicit/
Cũ ei ſapiens dicat/ Hoc ſolũ ꝟtuti adicies
qḋ pprie volũtati detraxeris/ multũ ꝟtuti adi
cit/ cũ p obediẽtiã ppria volũtas oĩno ãputa
tur/ Eſt ei obediẽtia ſubiectõ q̃ hõ ſpõtanee i
tuitu dei alterꝰ hois ſubdit volũtati. Aditio
nem ꝟo ad virtutẽ ſequit aditio ad premium

Diffi° obed

Dif° obed

Ideo premiū viuētiū ſub obedietētia valde eſt
magnū/ſicut oſtēſum eſt cuidā patri in extaſi
poſito/qui vidit quattuoꝛ oꝛdines ante deuꝫ
¶ Pꝛimus erat hoīm infirmantiū/et grati
as deo agentium. ¶ Secundus hoſpitalita⸗
tem ſectantiū/et inſtanter miniſtrantiuꝫ eis.
¶ Tertius ſolitudinem ſectantiū et non vi⸗
dentium hoīes. ¶ Quartus eſt eoꝛū qui ad
obediendū patribus ſpiritualibus ſe ſubiciūt
pꝛopter deū/ Erat autē illis tribus:oꝛdo ſub
obedientia viuentiū ſuperioꝛ/vtebaturqꝫ toꝛ
que aurea/et maioꝛē gloꝛiā pꝛe ceteris poſſi⸗
debat/ Et cū quereret ſenex.quare hoc/reſpō
ſum eſt ei/ Quia om̄es alii habent aliquā re
quiem in adimplendo pꝛopꝛias voluntates
ꝙuis in bonis operibus/ Obediens autē om
nes voluntates ſuas relinquens/totꝰ pendet
in voluntate patris ſpiritualis. ¶ Secundo
per obedientiā triumphus nobiliſſimus acq
ritur/ Nobiliſſimū genus triumphi eſt vince
re ſeipſū quod facit obediens/ pꝛouerbio.xxi.
Vir obediēs loquetur victoꝛias/ Et ſuper il⸗
lud pꝛīo regū xv/ Melioꝛ eſt obedientia ꝙ vi
ctime/dicit beatus gregoꝛius/ Vir obediens
loquitur victoꝛias. Dū eni aliene voci humi
liter ſubdimur/noſmetipſos in coꝛde ſupera⸗
mus/pꝛouer.xvi./ Melioꝛ eſt qui dn̄atur aīo
ſuo expugnatoꝛe vrbium/ Multi vrbes et re
gna ſibi ſubiugauerunt/qui tamen ad hūc tri
umphum nobilem non peruenerūt/ Hic tri⸗
umphus pꝛopꝛius eſt hoīs/ Vincit leo vel ali
ud aīal cetera aīalia/ſeipſū autē vincere non
poteſt. Seneca/ Qui ſeipſū vincit cōtra oīa
foꝛtis eſt. ¶ Tertio per obedientiā meritoꝛū
abundantia cumulatur/ Alie ei ꝟtutes mul⸗
ta lucratur circa vnā materiā/obedientia vo
circa oīa et quaſi continue/ Sicut ergo mer⸗
catoꝛ qui circa oē genus negociationis/et oī
tempoꝛe et in pꝛecioſis mercibus negociatur
facile ditatur/ita et huiuſmodi/ Et ideo pōt
bene dici pꝛouer.vlti/ Obedientie multe filie
id eſt virtutes filie ſpūs ſancti cōgregauerūt
diuicias:tu vero ſupgreſſa es vniuerſas/ Vn̄
obedientia vt ait beatus gregoꝛius non tam
virtus eſt ꝙ mater virtutum. ¶ Quarto obe
dientia hoīeꝫ de dei placito certificat.niſi ei
ſit malū qđ a ſuperioꝛe pꝛecipitur: ſic accipiē
dum eſt ac ſi a deo preciperetur/ Luce x. Qui
vos audit me audit. Bernardus. Quicquid
vice dei pꝛecipit homo qđ non ſit certū diſpli
cere deo/ haud ſecus oīno accipiendū eſt ac ſi
pꝛeceperit deus. ¶ Quinto obedientia hoīeꝫ
a ſollicitudine ſuiipſius exonerat/ Alii eni in
cumbit ſollicitudo/et ſpiritualiter ꝛ tempoꝛa
liter pꝛo illo/qui in religione eſt/ Unde cum
alleuiatus ſit etiam a ſeipſo/valde repꝛehen⸗
ſibile eſt in eo/ſi pigricia toꝛpet ꝛ non pꝛoficit
Valde fatuus eſt ſi onus iterū reſumit. Ber
nardus ſuper cantica. Qui veſtri curā ſemel
nobis credidiſtis/quid rurſꝰ de vobis vos ite
rum intromittis? ¶ Sexto obedientia hoīeꝫ
a periculo conſeruat/pꝛouer.xix. Qui cuſto⸗
dit mandatū/cuſtodit et aīaꝫ ſuā/ Et eccleſia
ſtes viii. Qui cuſtodit pꝛeceptū non experiet
quicꝙ mali/ Obedientia eni quaſi eques va
dit/ Alieno eni ſenſui et aliene voluntati qua
ſi alienis pedibus innititur/ideo non macu⸗
latur nec leditur/ Inquinatio ei et leſio impe
rantis eſt ꝛ non obedientis/niſi manifeſte ſit
malū quod imperatur. ¶ Septimo obedien
tia mentē caſtigat a libidine pꝛopꝛie volun⸗
tatis/ſecundū illud pꝛīe petri i. Aīas veſtras
caſtificantes in obedientia caritatis/ Sicut
ramꝰ nobilis arboꝛis arboꝛē ſilueſtrē reddit
domeſticā/ſic obedientia mentē libidinoſam
reddit caſtam/ Gregoꝛius in moꝛalibus. So
la obedientia virtus eſt/que ceteras virtutes
menti inſerit.inſertaſqꝫ cuſtodit. ¶ Octauo
obediētia hoīeꝫ ſupꝛa ſe leuat/tren.iii. Leua
uit ſe ſupꝛa ſe/ Cū eni ꝑ obedientiā hō ꝓpꝛia
exuatur volūtate/ꝛ foꝛmā quodāmodo ac di
gnitatem induat ſuperioꝛū/quoꝛū imperio ꝛ
ſapientia viuit et regitur/ recte dicitur ꝙ di⸗
ſcipulus obediendo ſupꝛa ſe aſcendit ꝛ eleua
tur. Vn̄ ambꝛoſiꝰ ſuꝑ lucā. Diſce eſſe cū xp̄o
vt poſſis eſſe ſupꝛa mūdū/ Et apoſto.ad ga.
ii. Viuo ego/iā non ego.viuit vero ī me xp̄s
¶ Nono obedientia ſtatui celeſtiū aſſimilat
ipſa eſt imago hoīs celeſtis/ſicut inobedien⸗
tia imago homīs terreni.pꝛīe coꝛi.xv. Sicut
poꝛtauimꝰ imaginē t̄reni/ſic poꝛtemꝰ imagi
nē celeſtis/ Obediētia facit vt dei volūtas ſic
fiat in terra/ſicut fit in celo/ Vn̄ obediētia ſi
cut dr̄ in vitis patrū/eſt ſalꝰ oīm fideliū.geni
trix ꝟtutū.celos aperiēs.hoīes de t̄ra eleuās
cohabitatrix āgeloꝛū.cibꝰ oīꝫ ſctōꝝ ¶ Decio
ꝑ obediētiā acceptiſſimū deo ſacrificiū offert
/per pietatem eni offeruntur deo res tempo⸗
rales/per abſtinentiam pꝛopꝛia caro/per obe
dientiā vero pꝛopꝛia volūtas.pꝛimi regū xv.

Melior eſt obedientia ꝙ victime: ⁊ auſculta
re magis ꝙ offerre adipē arietū / Gregori⁹.
Quia per victimas aliena caro / per obediē⸗
tiam vero propria voluntas mactatur / obe⸗
dientia quaſi quoddā martyriū eſt / Obediēs
ei quaſi propriū caput pro xp̄o ſibi amputat /
et caput ſibi conſtituit xp̄ꝫ / vel illum qui loco
xp̄i eſt. Gregorius. Tanto deū quiſqꝫ citius
placat / ꝙto repreſſa arbitrii ſuperbia gladio
precipiti ſe īmolat. ¶ Undecimo per obediē
tiam deus homī perfecte dn̄atur / Qui obe⸗
dientiā ꝑmittit dominio ſu i ſe exuit / et illū ꝗ
locū dei tenet. i poſſeſſionē ſui ponit. Math.
xvi. Si quis vult poſt me venire / abneget ſe⸗
metipſū / et ſequatur me / Felix qui poteſt dice
re prelato ſuo aut deo / illud p̄s. / vt iumentuꝫ
factus ſum apud te / glo. manſuetus ferendo
onera. / Et tn̄ ꝑpter hoc nō recedo a te: ſꝫ ego
ſemper tecū. ¶ Duodecimo per obedientiā
deus multū glorificatur / yſa. lviii. Si glorifi
caueris eū dū non facis vias tuas / et non in⸗
uenitur voluntas tua vt loquaris ſermonē /
tunc delectaberis ſuper dn̄o / et ſuſtollā te ſup
altitudinē terre / ⁊c. glo. interli. In eterna be⸗
atitudine. ⁊c. / Multū glorificat deum verus
obediēs qui paratus eſt facere eius benepla⸗
citum / etiā ſi mandetur ei per vilem perſonā: /
ideo merito ab eo glorificatur / primi regū ii.
Quicūqꝫ honorificauerit me glorificabo eū /
qui autē me contemnit erit ignobilis. ¶ Itē
xiii° facit preces apud deū efficaces / Gregori
us. Si obedientes fuerim⁹ prepoſitis noſtris /
obediet deus orationibus noſtris / et hoc iu⸗
ſtum eſt / Qui enī huiuſmodi prepoſitos au⸗
dit deū audit / iuxta illud math. x. / Qui vos
audit me audit / Et ideo tales ipſe libēter au
dit / Auguſtinus libro de opere monachoruꝫ.
Citius exauditur vna oratio obediētis / ꝙ de
cem milia contemptoris. ¶ Quartodecimo
Obedientia hoī pacē dat / prouer. xiii. Qui
timet preceptū in pace verſabitur / p̄s. Pax
multa diligentibus legē tuā / Dicitur primi
macha. xiiii / Siluit terra iuda in diebus ſy⸗
monis / qui interpretatur obediens / Et yſaie
xlviii. Utinā attendiſſes ad mandata mea: /
fuiſſet quaſi flumē pax tua / Alanus / O ꝙ ef
ficax eſt regula obedientie que concordiā ſer⸗
uat in angelis / que pacē nutrit in clauſtris / ſi
ne qua res publica ſtare non valet / ſine qua
nec minima familia regi poteſt / quam etiaꝫ
brutis vis nature ſuggerit / quā pro prole ſua
res inaīata cuſtodit: ac ligātur celeſtibus ter
rena. humanis diuina / Hec eſt ſcala per quā
fit aſcēſus in celum. hec eſt quadriga qua he
lyas vectus eſt in paradiſū / Item obedientia
humilitatem nutrit. patientiā probat. man⸗
ſuetudinē examinat. ſtudeat hanc clauſtralis
vlnis caritatis āplecti: vt quod eſt dei ſoluat
deo. quod eſt proximi proximo. ¶ Quinto
decimo facit hominē beatū / prouerbiorꝫ xxix
Qui cuſtodit legem beatus. Et math. xviii.
Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.

¶ Circa ſecundū notandū ꝙ ſanctus pater
Benedictus ponit in littera quattuor ratio
nes / propter quas obediendum ſit deo ⁊ locū
eius tenentibus. ¶ Prima eſt debitū diuine
dilectionis q̄d nemo adiplere poteſt ſine obe
dientia mandatorū dei / Et hanc cauſam tan
git ſanctus pater cum ait (Hec cōuenit hiis
qui nichil ſibi xp̄o carius aliquid exiſtimāt)
id eſt qui xp̄m diligunt ſuper oīa. deuterono.
tertio / Diligas dn̄ꝫ deū tuum atqꝫ obedias
voci eius / Premitttit dilectionē obedientie: /
innuens ꝙ obedientia ex dilectiōe debet ori⸗
ri. Hinc ſaluator noſter dicit diſcipulis ſuis.
Si diligitis me mādata mea ſeruate io. xiiii
Item ibidem / Si quis diligit me ſermonem
meū ſeruabit. ¶ Secunda ratio eſt vinculū ꝑ
feſſionis quo diſcipulus ſe ligauit ad ſeruiē⸗
dum deo ſub obedientia / ⁊ hanc cauſā tangit
ſanctus pater cum ait (Propter ſeruiciū ſan
ctū quod profeſſi ſunt) id eſt propter profeſſi
onem ſanctā de ſeruiendo deo ſub obediētia
ſancte religionis / eccleſiaſtes v. / Si quid voui
ſti deo nō moreris reddere / Diſplicet ei deo
infidelis ⁊ ſtulta ꝑmiſſio / et gloſa ſuper illud
p̄s. Uouete et reddite deo vota veſtra dicit /
vouere volūtati cōſulit: ſꝫ poſt voti emiſſionē
redditio neceſſario exigitur. ¶ Tertia eſt con
minatio etne dānatiōis q̄ maxie timēda eſt /
deutero. viii. Peribitis ſi iobediētes fueritis
p̄s. Maledicti q̄ declināt a mādatis tuis / Et
hāc rōnē tāgit ſcūs pr̄ cū ait (ſeu ꝑpt gehēne
metū) ¶ Q̄rta eſt merces beate retributōis q̄
ſūme ē deſiderāda / de qua puer. xxix. Qui cu
ſtodit legē beat⁹ eſt / Itē math. xix. Si vis ad
vitam ingredi ſerua mādata / Et hanc tāgit
ſctūs pat̄ cū ſubdit (Et vitā eternā que timē
tib⁹ deū preparata eſt. ¶ Circa tertiū notan
dū ꝙ obedientia diſcipuli ad hoc ꝙ ſit grata

et meritoria debet habere plures conditiões / quas pro maiori parte ponit ſanctus pater ĩ preſenti capitulo. ¶ Primo vt obediatur velociter ſine mora non procraſtinando / Viam inquit propheta mandatorũ tuorũ cucurri / luce xix. dictuz eſt zacheo / feſtinans deſcende. / Math. iiii. dicitur de petro ⁊ andrea a domino vocatis. / Illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eũ. ¶ / Et ſimiliter ſubditur de iacobo et iohanne. / Illi ſtatĩ relictis retibus et patre ſecuti ſunt eũ / Hieronymus. Perfecta obedientia eſt ſua imperfecta relinquere / Bernardus / Fidelis obediens morã neſcit / fugit craſtinũ / ignorat tarditatẽ / precipiẽtẽ preuenit / oculos parat viſui / aures auditui / linguã voci. pedes itineri: et totũ ſe colligit vt ĩperantis impleat volũtatẽ / Quẽ obediẽtie gradũ tangit ſanctus pater Benedictus cum dicit (Mox vt aliquid imperatũ a maiore fuerit / ac ſi diuinitus imperet morã pati neſciant in faciendo. De quib⁹ dñs dicit / Obauditu auris obediunt michi / id eſt ꝙ cito audiunt ĩperiũ mandãtis illico ſine aliqua dilatione obediũt / Et iterũ dicit doctoribus. Qui vos audit me audit. Math. et luce x. ¶ In quo videt aſſignare rationem / quare ita celeriter ⁊ ſine mora obediendũ ſit mandatis maiorũ / quia ſicut in miniſtro deus loquitur: ita in eo ipſe auditur / quaſi diceret. Sicut ſine mora obediendũ eſt p̄ceptis dei / ita etiã preceptis ſui vicarii / Bern. / Nõ te moueat mgr̃ ĩperit⁹ / indiſcreta poteſtas: ſz memẽtote q2 nõ eſt ptãs niſi a deo / ⁊ q poteſtati reſiſtit dei ordinatiõi reſiſtit / ad ro. xiii. ¶ Cõſequẽter ſctũs pr̃ ſpecificãs ⁊ declarãs illud / qđ de celeriter obediẽdo dixerat / deſcribit eos q hunc gradũ adimplẽt dicens (Ergo hii tales) ſupple ſunt celeriter obediẽtes qui (relinquẽtes ſtatĩ) id eſt in ip̄a voce ĩperantis (que ſua ſunt) ſcilz pſonali ad miniſtrationi deputata (et voluntatẽ ꝓpriã deſerentes / mox ex occupatis manibus et qđ agebant ĩperfectũ relinquentes / vicino. i. proximo obedientie pede iubentis vocẽ factis ſequunt / et veluti vno momento p̄dicta magr̃i iuſſio / et perfecta diſcipuli opera in velocitate. i. celeritate timoris dei ambe res cõmunit id eſt ſimul citius explicantur). i. adĩplent ſiue perficiunt (quib⁹ ad vitã eternã gradiendi amor incũbit) De hoc obedientie gradu legitur in vitis patrũ / ꝙ abbas ſiluanus habebat duodeci diſcipulos / vnũ eorũ noĩe marcus / quẽ pre ceteris diligebat propter bonum obedientie quod erat in eo. ¶ Cũqz quidã dicerent ei / ꝙ alii diſcipuli contriſtarẽtur ex hoc / ipſe eos duxit per cellas fratrũ. ⁊ pulſans ad oſtiũ vniuſcuiuſqz vocauit eos / et nullus exiuit / tandem vocauit marcũ / qui relicta littera ĩpfecta quã ſcribebat ſtatim exiuit / quo viſo dixit ſiluan⁹ illis / Ecce quare diligo eum. At illi dixerũt / Vere plus diligendus eſt a te / eo ꝙ magis diligitur a deo. ¶ Valde gratũ ſolet eſſe principibus / cũ precepta eoruz velocit adimplentur. prouer. xx. Dominẽ velocẽ vidiſti in opere ſuo / corã regibus ſtabit. (Sequitur (Ideo anguſtam viam arripiũt. Vñ dominus dicit. Anguſta via eſt que ducit ad vitam) Mathei. vii. Hic ſanctus pater conſiderata altitudine perfectionis hui⁹ gradus obedientie / quã obſeruare ſtudent qui celeſtis patrie deſiderio feruẽt / dicit ꝙ ãguſta eſt via quam tales arripiunt. ¶ Et aſſignans cauſaz dicit (et. i. quia non ſuo arbitrio viuentes / vel deſideriis ſuis et voluptatibus obedientes / ſz ambulantes alieno iudicio et imperio in cenobio degẽtes / abbatẽ ſibi preeſſe deſiderãt) cui ſcz tanꝙ locũ dei tenenti obediãt. ſuã voluntatẽ cõmunicẽt: arbitriũ ſuũ ⁊ iudiciũ derelinquãt (Sine dubio hii tales illã domini imitantur ſententiã qua dicit. Non veni voluntatem meam facere ſz eius qui miſit me) ¶ Secunda conditio acceptabilis obedientie eſt / vt obediat viriliter ⁊ ſtrẽnue. / Bernar. / Manum miſiſti ad fortia / agendũ eſt inſtanter / et conſtanter obediendũ / Nec inter aſperitatem verborum tam regalis eſt ſemita relinquenda / et loquitur de ſemita obedientie. ¶ Et hanc obedientie conditionem tangit ſãctus pater cum ait (Sed hec ipſa obedientia tũc acceptabilis erit deo ⁊ dulcis hominib⁹ ſi quod iubetur non trepide) id eſt timide (non tarde) id eſt pigre (non tepide) id eſt molle: ſed ſupple viriliter et ſtrẽnue fiat / ſcđm illud p̄s / Viriliter agite et confortetur cor veſtrũ: q̄ſi diceret / Et ſi tribulatõ intonat / ſi pſecutio inſultat / ſi pctõres laqueũ imponunt / ſi maligni ſpũſ iter ĩpediũt / nolite pauere aut diſſolui / ſz confortet cor veſtrũ et viriliter ⁊ ſtrẽnue agite / pſa. xxxv. ¶ Confortate man⁹ diſſolutas et genua debilia roborate / dicite puſillanimes cõfortamini. Et ad hebreos. xii. / Remiſ

ſas manus et diſſoluta genua erigite/ Augu
ſtinus/ Nolite lapſas manus in tribulationi
bus dimittere/ nec nutēt genua veſtra. Ter
tia conditio gradus obedientie eſt ſimplicit̄
obedire/ ſine querela ſine diſcuſſione/ Et hāc
tangit ſanctus pater cū ait ( Aut cū murmu
re/ vel cum reſponſione nolentis videlicet cor
dis vel lingue fiat quod iubetur ) Sicut dici
tur ad ephe v. Omia facite ſine murmurati
onibus/ multos enī videmus iuxta verbum
bernardi poſt precipiētis imperiū multas fa
cere queſtiones/ quare ſepius ingeminare/ vn
de hoc venit/ et quis inuenit hoc conſiliū/ in
de murmuratio. excuſatio. ſimulatio. impoſ
ſibilitas. aduocatio amicorū/ tales ſane non
faciunt obedientiā deo acceptā : nec homibꝰ
gratam. Bernardꝰ in ſermone. Quid ſi obe
diat ſimulatorie ⁊ ad oculū/ murmuret autē
in abſcondito/ falſa eſt obedientia/ ſola eſt ca
ritas que obedientiā gratiorē facit ⁊ accepta
bilem deo cōmendat. Simpliciter ergo obe
diendum eſt et adimplendū quod iubetur/ ſi
obediētiam noſtrā acceptabilē deo eſſe opta
mus/ Bernardus libro de conſideratione.
Omibus nobis in conuerſionis inicio nulla
magis virtus eſt neceſſaria/ ꝙ ſimplicitas hu
milis et grauitas veneranda. Itē ad fratres
de monte dei. Perfecta obedientia maxie in
incipiente eſt indiſcreta/ hoc eſt non diſcerne
re quid vel quare precipiatur/ ſed ad hoc tan
tum niti vt fideliter et humiliter fiat quod a
maiore precipitur. Ceſarius ad monachos.
omelia viii. Quicquid tibi a ſenioribus fue
rit imperatū accipe tanꝙ de celo ſicut de ore
prolatū/ nichil reprehendas. nichil diſcentias.
in nullo penitꝰ murmurare p̄ſumas/ quia in
monaſterio ſeruire veniſti non imperare/ po
tius obedire ꝙ iubere/ totū ſanctū. totū iuſtū
vtile iudica quicquid tibi a prelato videris ī
perari. Hanc ſimplicitatē obedientie multū
amāt ſancti patres in diſcipulis ſuis/ ideo in
principio non precipiebant eis recta/ Unde ī
vitis patrū dicit quidam abbati paſtori/ Pa
tres ſeniores non loquuntur ab inicio fratri
bus recta ſꝫ magis diſtorta/ et ſi viderit qꝛ ea
q̄ diſtorta ſūt faciūt/ iā eis nō loquent̄ niſi qđ
expedit/ agnoſcētes qm̄ in oībꝰ obediētes ſūt
Qrta conditio acceptabilis obediētie/ ſiue
quartꝰ gradꝰ eſt huīliter obedire. Bernardꝰ
Magna virtꝰ huīlitatis/ ſine cuiꝰ obtentu ꝟ
tus fortitudinis nō ſolū virtꝰ nō ſit/ ſꝫ etiā in
ſupbiā erūpit/ Hinc dictū eſt Sauli/ Cuꝫ eſſes
hūilis in oculis tuis. factꝰ es caput ī populis/
primi regū xv. Et dn̄s ad diſcipulos/ lu. xiiii.
ait/ Cū feceritis oīa q̄ precepta ſūt vobis dici
te ſerui inutiles ſumꝰ/ qđ facere debuimꝰ feci
mus/ Et hoc maxie militat cōtra eos q ī obe
diendo magna ſe feciſſe exiſtimāt/ Hunc obe
diētie gradū. tāgit ſctūs pater cū dicit ( Obe
dientia tūc erit acceptabilis ſi nō cū reſponſi
one nolentis efficiat̄ ) id eſt cū ꝟbis ſupbis. di
cendo ſe nolle parere mādatiſ iubētis. Qua
re autē huīliter ſine murmure ſine ꝟbo alicu
ius note ſupbie obediendū ſit ſuperiorū p̄cep
tis ſubiūgit ( Qꝛ obedientia q̄ maioribꝰ p̄be
tur deo exhibet̄. ipe enī dicit. Qui vos audit
me audit ) Unde ſicut non diſceptarēt ſi ali
quid a deo preciperetur/ ſed illud huīliter im
plerent/ ſic non diſceptare debent de manda
tis prelati. Quinta conditio aut quintus
gradus obedientie eſt gratanter et hylariter
obedire/ quem gradum tangit ſanctus pater
cum ait ( Et cum bono animo a diſcipulis p̄
beri oportet. Quia hylarem datorem dili
git deus. Nam ſi cum malo animo obedi
at diſcipulus/ et non ſolum ore ſed etiam cor
de ſi murmurauerit/ et ſi impleat iuſſionem/
tamen acceptum iam non erit deo/ qui cor re
ſpicit murmurantis/ et pro tali facto nullam
conſequitur gratiam/ imo penā murmuran
tium incurrit/ ſi non cum ſatiſfactione emen
dauerit ) De pena autem murmurantium
ꝙ grauis ſit ſupradictū eſt in capitulo xxxiiii
Hylariter ergo īplenda eſt obedientia/ ſcđꝫ
illud eccleſiaſtici. In oī dato tuo hylarem fac
vultū tuū/ Bernar/ Serenitas ī vultu/ dulce
do ī ſermonibꝰ multū colorāt obedientiā ob
ſequētis/ Nubiloſa corporis compoſitio ⁊ fa
cies triſtitie tenebris obfuſcata/ deuotōnē ab
aīo receſſiſſe ſignificāt/ Quis enī īperat hoī
triſtitiā inflāti. Eſt aūt hic conſiderandū ꝙ
beatꝰ bernardꝰ ſeptē gradꝰ obedientie deſcri
bēs/ addit ſupra qnqꝫ poſitos a beato Bn̄di
cto. alios duos/ Quorū vnꝰ ē q in loco nota
ri pōt. ſ. libent̄ obedire. reqrit enī dn̄s oblati
ones volūtarias/ exo. xxxi. Iſte eſt ſermo quē
p̄cepit dn̄s/ Omis volūtariꝰ ⁊ prono aīo offe
rat primicicias dn̄o/ Itē dauid. volūtarie ſa
crificabo tibi. Coacta ſeruicia deo non pla
cent. Hūc obediētie gradū/ vt ipſe bernardꝰ

ait non poteſt aſcendere qui voluntatem precipientis ſuā non fecerit Libenter obediebat qui dicebat meus cibus eſt vt faciam voluntatē eius qui miſit me. io. iiii Auguſtinus libro x. confeſſionum Optimus miniſter talis eſt qui non magis intuetur hoc audire quod ipſe voluerit ſed potius hoc velle quod a te audierit Bernardus. Quiſquis occulte vel aperte ſatagit vt quod habet in volūtate hoc ei prelatus iniungat ipſe ſe ſeducit ſi forte ſibi quaſi de obedientia blandiatur nec tamē in ea re ipſe prelato ſꝫ magis prelatus ei obedit Paratū ad dei voluntatē ſe oſtēdit paulus dicēs actuū ix. Dn̄e quid me vis facere? Bernardus in ſermonibus Non dubiū qui ampliorem gratiam mereatur qui paratū ſe exhibet ante mandatū ꝙ qui obedire ſatagit poſt mandatū. ¶ Ubi notandum ꝙ libenter obedire precipue laudabile eſt cum grauia iniunguntur Unde ſuper illud primi regū xv. Melior eſt obediētia ⁊ cetera dicit glo. Gregorii in moralibus ¶ Obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habeat nulla eſt aliquando autē ſi de ſuo aliquid nō habeat minima eſt Nam cū huius mundi ſucceſſus precipit̄ cum locus ſuperior imperatur is qui ad percipienduꝫ hec obedit obedientie ſibi virtutē euacuat ſi ad id etiam ex ꝓprio deſiderio anhelat Non enī ſe ſub obedientia dirigit qui ad percipiēda huius vite proſpera libidini ꝓprie ambitionis ſeruit Rurſū cum mūdi deſpectus ꝑcipitur cū probra adipiſci et contumelie iubentur niſi hec ⁊ ex ſemetipſo anim⁹ appetat obediētie ſibi meritū minuit qui ad ea que in hac vita deſpecta ſunt: inuitus nolenſqꝫ deſcendit Ad detrimentū quippe obediētia adducitur cū mentē ad ſuſpicienda ꝓbra huius ſeculi nequaꝙ̄ ex parte aliqua etiam ſua vota comitantur Hec gregori⁹ Hic moyſes principatū populi humiliter recuſat paulus vero audacter dicit Ego non ſolum ligari in ihrl'm ſed etiam mori paratus ſum.

¶ Septima conditio ſiue ſeptimus gradus obedientie eſt indeſinenter ſiue perſeuerāter obedire. Bernard⁹ Manum tuā miſiſti ad fortia agendū eſt inſtanter ⁊ conſtanter obediendū nec inter aſperitatē verborū tam regalis eſt ſemita relinquenda Et loquitur de ſemita obedientie xp̄s hanc ſemitā pro morte ignominioſa relinquere noluit philippen̄ ii. Factus obediens vſqꝫ ad mortē mortē autem crucis Item Bernardus. Mementote fratres xp̄s ne perderet obedientiā perdidit vitam Obediendum ergo eſt perſeueranter quia nichil prodeſt currere et ante curſus metham deficere Quare dicit apoſtolus. Sic currite vt comprehendatis. p̄ie corin. xv Et math. x. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. glo. Non enim cepiſſe vel facere virtus eſt; ſed perficere.

**¶ Capitulum lvii. de viginti modis quibus ſolet bonum obedientie minui.**

deo renūciari) Ad quā cōſiderationem cōfir-
mandā inducit plures auctoritates ſacre ſcri
pture dicēs (Demonſtrat nobis hoc ꝓpheta
cū i cogitatōib⁹ nr̄is ita dn̄ȝ ſp p̄ſentē oſtēdit
dicēs/ſcrutās corda ꝛ renes de⁹) p̄s. vii. id eſt
cogitatōes ꝛ delectatōes quaſ in occulto ſcru
tat/vbi null⁹ videt niſi q pſpicit corda/ſ. de⁹.
ip̄e ſolus ſcrutat corda/i. ꝙ qſqȝ cogitet/et re
nes/i. qd quēqȝ delectet. glo/et itē/ſ. p̄s xciii.
Dn̄s ſcit cogitatōes hoīȝ/Et itē dicit/ſ. p̄s.
cxxxviii. Intellexiſti cogitatōes meas a lōge

A longe dicitur intellgere cogitationes ho-
minū:quoniā anteꝙ̄ mente formentur ab et
no illaſ nouit. Item illud ps̄.lxxv(Et quoni
am cogitatio hoīs confitebit̄ tibi)id eſt nota
erit tibi. His auctoritatibꝰ manifeſtuꝫ fecit
ſanctus pat̄ oculis diuinitatis notas eſſe ho
minū cogitatōnes/ꝛ ita oīa opa nr̄a nuda et
aperta eſſe oculis eius/atqꝫ ex eo timendū eſ
ſe ne aliquid a nobis cogitatū aut effectū ſit/
quod tante maieſtatis oculos offendat. Am
broſius libro de officiis. Nichil eſt ꝙ magis
pficiat ad vitā honeſtā ꝙ̄ vt credamus eū iu
dicē futurū quē occulta non fallunt et inde-
cora offendāt/et honeſta delectent. Quar-
to notādū ꝙ inter alios effectus quos timor
facit in aīo diſcipuli preter eos qui ſupra cir-
ca primū notabile aſſignati ſunt/tres deſcri-
būtur hic a ſancto patre benedicto. Primꝰ
eſt ꝙ cogitationes malas et peruerſas fugat/
Eſt eni quaſi flabellū quo muſce malarū co-
gitationū a mente fugant̄/eccleſiaſtici.i. Ti
mor dn̄i expellit pctm̄/et eccleſiaſtici ii. Qui
timent dn̄ꝫ preparabūt corda ſua/ꝛ in conſpe
ctu illius ſanctificabūt aīas ſuas. Hunc tan
git ſctūs pater dicens (Nam vt ſollicitus ſit
circa cogitationes ſuas peruerſas/dicat ſem
per huilis frater in corde ſuo. Tunc ero ima
culatus corā eo ſi obſeruauero me ab iniqui
tate mea)qd̄ ſcribit̄ ps̄.xvii.Senſus eſt/Im-
culatꝰ ero corā deo ſi obſeruauero me ab ini-
quitate mea/i.cuſtodiero me ne cadā iterum
per pctm̄:quod habet aīaꝫ maculare.eccleſia
ſtici xxi. Fili peccaſti ne adicias iterꝝ:vt dicas
cū beato iob. Donec deficiā nō recedā ab in-
nocentia mea. Job xxvii.ps̄. Beati imacula
ti in via qui āmbulant in lege dn̄i/ hoc operat̄
timor dn̄i. Unde glo ſup illud Eccleſiaſtici.i
Timor dn̄i expellit pctm̄:dicit/expellit pecca
tū.qꝛ per penitentiā mundat a p̄teritis/vel ꝓ
hibet a cōmittendis. Et ideo dicit beatꝰ ber-
nardus ſuper cantica. Qui timorē dei ſemp̲
habet pre oculis/eiꝰ vie ſunt publice/et oēs
ſemite eius pacifice. Secundus effectus ti
moris eſt ꝙ propriā voluntatē abnegare fa-
cit/ꝛ illā ſubicit et ſubmittit voluntati ſuperi
oris. Hinc dicitur eccleſiaſtici ii. Qui timent
dn̄ꝫ inquirūt q̄ beneplacita ſunt illi. Item in
eodē. Qui timent dn̄ꝫ cuſtodiunt mandata
illius. Gen̄.xxii.dictum eſt abrahe obediēti.
Nunc cognoui ꝙ timeas dn̄ꝫ. Gregorius i
pria pte moraliū. Deū timere eſt nulla q̄ fa-
cienda ſunt preterire. Et hunc effectū tangit
ſanctus pater cū ſubdit (Volūtatē vero pro
priā ita facere prohibemur/cū dicit ſcriptura
nobis)ſcꝫ eccleſiaſtici xxviii.(Et a voluntati
bꝰ tuis auertere. Et item rogamꝰ dn̄ꝫ)ſcꝫ in
oratione dn̄ica(vt fiat illius voluntas in no
bis)Orantes eni dicimus fiat voluntas tua
ſicut in celo et in terra/vbi dicit cyprianus.
Non petimus vt deus faciat qd̄ vult/ſed vt
nos facere poſſimus qd̄ deus vult/qd̄ vt fiat
in nobis opus eſt dei voluntate/i.opera eius
et protectione/quia nemo ſuis viribus fortis
eſt ſed dei mia. Conſequenter oſtēdēs ſanctꝰ
pater rationabilitatem huius documenti ex
ipſa ſacra ſcriptura ſubdit dicēs (Docemur
ergo merito noſtrā non facere voluntatē cuꝫ
cauemus)id eſt obſeruamus(illud quod di-
cit ſacra ſcriptura. Sunt vie que putant̄ hoī
bus recte/quarū finis vſqꝫ in profundū infer
ni demergit)prouer.xvi.habetur. Sic eſt via
que videt̄ hoī recta et nouiſſima eius ducunt
ad mortē. Ex hoc loco aperte colligit̄ ꝙ̄ ma-
xima ſecuritas ſit ſuperiorꝝ ſuorū et patrū vo
luntatē ſequi/et obedientiā in oībus dubiis
inuiolatā ſeruare. De q̈ materia circa inſtru
mentū lx. plura notata ſunt(Et cū iterū ca-
uemus)id eſt obſeruamus (illud qd̄ de negli
gētibus dictū eſt)ps̄.lii (Corrupti ſūt et abo
minabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis)
Textus tranſlationis noſtre habet iniquita
tibus ſuis/ſcꝫ in peccatis tā carnis ꝙ̄ ſpiritꝰ.
Tertius effectꝰ timoris dn̄i eſt carnaliū de
ſideriorū cōpreſſio/ps cxviii. Confige timore
tuo carnes meas/a iudiciis eī tuiſ timui/glo
ſa.i.cōprime carnalia deſideria ꝛ carnaleſ cō
cupiſcētias. Hūc timoris effectū tāgit ſctūs
pat̄ cū ſubiūgit (In deſideriis ꝟo carnis ita
nobis deū credamꝰ ſēp eſſe p̄ſentē cū dicit ꝓ-
pheta dn̄o)ps̄.xxxvii (Dn̄e āte te eſt oē deſi
deriū meū. Cauēdū ergo ē ideo malū deſide
riū/qꝛ mors ſecꝰ itroitū delectatōis poſita ē)
Ubi notandum ꝙ vt ait gregorius in mo
ralibus/et ponitur in gloſa gen̄.iii. Tribus
modis culpa perpetratur/ſuggeſtione/dele-
ctatione/et conſenſu. Primo per hoſtem.
Scd̄o per carnē. Tertio p̲ ſpm̄. Hoſtis ei
praua ſuggerit/caro ſubicit ſe delectatōi/tā-
dē ſpūs delectationi conſentit. Unde et ſer-
pens praua ſuggeſſit/eua quaſi caro delecta

tioni ſe ſubdidit/Adam vero velut ſpūs ſug-
geſtione et delectatione ſuperatus aſſenſit/
/ſuggeſtione ergo peccatū cognoſcimus: dele
ctatione vincimur: conſenſu ligamur/. Cū er
go malignus ſpiritus peccatū ſuggerit ī mē
te.ſi nulla peccati delectatio ſequat: omimo-
de peccatū perpetratū non eſt/. Cum aūt de-
lectari caro ceperit tunc peccatū incipit naſci/
Si aūt ad conſenſū iam ex deliberatione de-
ſcendit.tunc peccatū cognoſcitur perfici/. In
ſuggeſtione ergo peccati ſemen eſt/in delecta
tione fit nutrimentum/in conſenſu expletio/
/Nichil enī aliud eſt dicere. mors ſecus introi
tum delectatiōis poſita eſt/ niſi quaſi diceret
Noli conſentire concupiſcentie tue. ſecundū
illud quod (ſcriptura precepit dicens) eccleſi
aſtici viii. (Poſt concupiſcētias tuas nō eas/
quia ſi concupiſcentia vſqꝫ ad conſenſū per-
uenerit mors eſt.i.mortale pctm̄.quod aīam
occidit.ſecundū illud ezechielis xviii/Anima
que peccauerit ipſa morietur/. De deſideriis
aut concupiſcentiis non pficiendis.ſupra cir
ca inſtrumenū lxiii.plura dicta ſunt. Seqꝛ
Ergo ſi ꝛc. Hic ſanctus pater ex dictis colli-
git concluſionem dicens (Ergo ſi pro quia)
id eſt cū ergo ita ſit ꝙ (oculi dn̄i ſpeculantur
bonos et malos; et dn̄s de celo ſemper reſpi-
cit ſuper filios hoīꝫ vt videat ſi eſt intelligēs
aut requirens deū) Ubi notandum ꝙ iſta
duo libenter aſpicit deus in nobis: intellectū
ſcꝫ intelligentē ipſū/et affectū requirentem/
ieremie v. Oculi tui dn̄e proſpiciūt fidē. Et
bene coniungit hec duo: quia vnū ſine altero
parū valet/Multi enī litterati videntur in-
telligere ſed pauci requirunt/heretici ecōuer
ſo videntur requirere/ſed non intelligunt.
Sequitur (Et ſi ab āgelis nobis deputatis
quotidie die noctuqꝫ dn̄o factori noſtro opa
noſtra nūciantur. Cauendū eſt ergo fratres
ſicut dicit in pſ.ſcꝫ lii.propheta. Ne nos de-
clinantes in malū) per auerſionē ſcꝫ ab incō
mutabili bono: et cōuerſionē ad bonū cōmu
tabile.in quo comprehenditur tota ratio pec
cati (Et inutiles factos) ſcꝫ ſibi ꝛ aliis per in
utilem remiſſionē/puer.xviii. Homo remiſ-
ſus in operibus ſuis frater eſt ſua opera diſſi
pantis/eccleſiaſtici iiii. Noli eſſe remiſſus et
inutilis in operibus tuis (Aliqua hora aſpi-
ciat deus.et parcendo nobis in hoc tempore
quia pius eſt/et expectat nos conuerti in me-
lius ne dicat nobis ī futuro) grauiter impro
perando/et de ingratitudine redarguendo
(hec feciſti et tacui) Tacere dei in hoc accipi
tur.p eo ꝙ eſt nō puniui/no dānaui/non vin-
dictā intuli/. Ubi notādū eſt illud qđ beatus
gregorius ait ī omelia quadā/. Tanto diſtri
ctiorē iuſtitiā in iudicio exiget; ꝙto longiorē
patientiā ante iudiciū prerogauit/. De qua
expectatione ꝛ patientia ſaluatoris noſtri er
ga peccatores/plura circa prologuꝫ huius re
gule notata ſūt. Hec ſufficiāt de prīo gradu
humilitatis.

Capitulū lxi. de ſecundo et tertio gradib⁹ humilitatis: vbi de propria voluntate nō ha benda et de duplici obedientia abundanti et perfecta.

SEcund⁹ hūilitatis gradus
eſt/Si ppriā q̇s nō amans
voluntatē/deſideria ſua non de-
lecteꝛ implere/ſed vocem illā dn̄i
imiteꝛ dicētis/Nō veni facere vo
lūtatē meā: ſꝫ volūtatē ei⁹ q̄ mi-
ſit me/. Item dicit ſcriptura/. Vo
lūtas habet penam: ꝛ neceſſitas
parit coronā. Tertius grad⁹
humilitatis ē vt quis p dei amo
re oī obedientia ſe ſubdat maio
ri:imitans dominū de quo dicit
apoſtolus. Fact⁹ obediens patri
vſqꝫ ad mortem.

SEcund⁹ hūilitatis grad⁹ eſt (Si ppriā
q̇s nō amās volūtatē deſideria ſua nō
delecteꝛ īplere) Cū aūt timor dei vtpo
te q̄ iniciū eſt ſapiētie/pricipiū ſit ad religiōis
ingreſſū/Uñ vt ait bernard⁹. Cōnexa ſūt ti-
mor ꝛ religio/. Cūqꝫ pprie volūtatis ꝛ pprio
rū deſiderioꝝ abrenūciatio prim⁹ religionis
lapis dicaꝛ eſſe: optimo ordine ſctūs paꝛ poſt
timorē dn̄i aſcendēdo in ſcala hūilitatis.pri-
mū gradū abrenūciationē poſuit pprie volū
tatis. Ubi notandū/ꝙ ſctūs paꝛ ex trib⁹ niti
tur amonere diſcipulū ad ppriā volūtatē nō
amandam. / Primo exemplo xp̄i: ibi cum
ſubdit (Sed vocem illaꝫ dn̄i factis imitetur

dicentis. Non veni facere voluntatē meam
ſed eius qui miſit me) Jo.vi/ Non quero vo-
luntatē meā inquit xp̄s/ ſ; eius qui miſit me
patris. Auguſtinus in gloſa/ Non quero vo
luntatē meā ꝓpriā.i. filii homis/ que reſiſtat
deo/ faciunt eni̅ homines voluntatē non dei/
quando faciunt quod volunt nō quod iubet
deus/ Quando autē ita faciunt quod volūt
vt tamen ſequantur voluntatē dei/ non faci
unt voluntatē ſuā/ Jtem idē Auguſtinus. Fi
lius vnicus dicit non quero voluntatē mea;/
et homi̅es facere volunt voluntatē ſuā/ Faci
amus ergo voluntatē patris xp̄i et ſpiritꝰ ſā-
cti/ quia horum vna voluntas vna poteſtas
vna maieſtas eſt. Secundo ex damno qđ
ſequitur ex propria voluntate: ibi cu; ſubdit.
(Jtem dicit ſcriptura. Volūtas habet penā)
Senſus eſt voluntas propria multa damna
ꝛ penā multiplicē inducit/ Licet autē ſcriptu
ram non legerimus que talem auctoritatem
formaliter ſecundū litterā ponat/ ſecundū ſē
ſum tamen ex multis paſſibus eā aperte col
ligimus/ Scribitur luce xii/ Ille autē ſeruus
qui cognouit voluntatē dn̄i ſui ꝛ non fecit ſe
cundū volūtatē eius/ vapulabit plagis mul-
tis. Ubi notandum ꝙ propria voluntas
multiplicē habet penā per quā homini mul-
tipliciter nocet. Primo aufert ei deū/ Ber
nardus ſuper canti/ Non dabit inobedienti
copiā ſui qui tantus obedientie fuit amator/
vt mori potius ꝙ̄ nō obedire maluerit. Se
cundo beneficia dei homi̅ ſubtrahit/ Grego.
Dignū eſt vt ab eiꝰ beneficiis ſit quilibet ex
traneꝰ qui eiꝰ nimirū iuſſionibus nō vult eſſe
ſubiectꝰ. Tertio meritū euacuat/ yſa.lviii
Quare ieiunauimꝰ et non aſpexiſti/ Et ſub
ditur. Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur vo-
lūtas veſtra/ Bernardus ſuper canti. Gran
de malū volūtas: qua fit vt bona tua tibi bo
na non ſint. Quarto hoi̅e; excōmunicat.
ſecūde theſſa.iii/ Si quis nō obedierit verbo
noſtro per epiſtolā hūc notate: et ne cōmiſce-
amini cū illo. Quinto reddit hoi̅e; male-
dictū.deuterono.xxviii/ Si audire nolueris
vocem dn̄i dei tui vt cuſtodias et facias oi̅a
mandata eius venient ſuper te maledictiōeſ
iſte.ꝛc. Sexto hoiem a dignitate deicit/ vt
patet i̅ ſaule/ cui dixit ſamuel.primi regū xv.
Quia proiecisti ſermonē dn̄i/ proiecit te deꝰ
ne ſis rex iſael. Septimo homie; cōdfun-
dit. Oſee x. Confundetur iſrael in voluntatē
ſua. Octauo homie; morte temporali et
eterna dignū efficit/ deuterono.xvii. Qui ſu
perbierit nolens obedire ſacerdotis imperio
morietur/ Bernardus/ Quid odit aut quid
punit deus preter voluntatem propriā/ Ceſ
ſet eni̅ propria voluntas ꝛ infernus non erit
De iſta materia ſc; propria voluntate non
amanda ſed odienda/ plura notata ſunt cir-
ca inſtrumentū lix/ Jtem de deſideriis nō ad
implēdis/ plura notata reperies circa inſtru-
mentū lviii/ ideo non eſt opꝰ in hoc loco am-
pliore ſermone. Tertio hoc idem ſanctus
pater inducit ex premio quod conſequitur ꝓ
prie voluntatis abrenunciator/ cum ſubdit.
(Et neceſſitas) ſc; obediendi et parendi deo/
noſtriſq; ſuperioribus locum viceſq; eius ge
rētibus (parit coronam) yſa.lviii. Si glorifi
caueris eū dum non facis vias tuas/ et nō in
uenitur voluntas tua vt loquaris ſermonē/
tunc delectaberis ſuper domio/ ſubſtolam te
ſup altitudinem terre. gloſa interli. Jn eter-
na beatitudine. Math.vii/ Non omis qui
dicit michi dn̄e domie intrabit in regnū celo
rum/ ſed qui facit voluntatē patris mei qui
in celis eſt/ De vtilitatititibus aūt obedientie
plura notata ſunt circa quintum capitulū re
gule. Tertius humilitatis gradus eſt
Ut quis pro dei amore (omi) id eſt perfecta
(obedientia ſe ſubdat maiori. imitans dn̄m
de quo dicit apoſtolꝰ) ſc; ad philip.ii (Factꝰ
eſt obediens vſq; ad mortē/ Eſt aūt hic notā
dū prio ꝙ obediētia cōmēdabilis eſt duplex/
quedā ſufficiēs: quedā abūdans/ Sufficiēs
eſt volūtas i̅plendi preceptū vel mandatū ſu
perioris iuxta modū profeſſionis/ Et intelli
ge p̄ceptū vbi eſt coactio i̅perii/ mandatū vo
vbi nō eſt/ Bernar/ Modꝰ obeditionis eſt te
nor ꝓfeſſionis nec ſe valet extēdere poteſtas
imperantis/ niſi ꝙ̄tū attingit votū ꝓfitentis
Jtē. Nil me p̄latus prohibeat eorū que ꝓmi
ſi/ nec plus exigat vota mea nec augeat ſine
mea voluntate/ nec minuat ſine neceſſitate.
Abundans obedientia eſt cum aliquis obe-
dit in hiis ad que ex voto profeſſionis non te
net/ Bernar/ Subiectꝰ huiuſmodi obediētiā
q̄ finibꝰ cohibet nouerit imperfectā/ Nā pfe
ta obediētia legē neſcit/ t̄mis nō artat/ Se
cūdo notādū circa exemplū poſitū obediētie
xp̄i ꝙ dr̄ factꝰ obediēs vſq; ad mortē/ duplicit

poteſt intelligi: ꝛ ita dupliciter induci in exē plum noſtrū obedientia xpi. ¶ Primo modo ſic ꝙ talis ac tanta fuit eius obediētia ꝙ etiam mortē ex obedientia ſuſtinuit. Et iſte intellectus exprimitur in gloſa vbi ſic dicitur. factus obediens patri non ſolū ſuſtinēdo cōuicia et opprobria ſed etiā vſqȝ ad mortē. ꝗ ta humilitate humiliauit ſe xps: vſqȝ ad incarnationem. vſqȝ ad mortalitatis humane participationē. vſqȝ ad diabolicā temptationem. vſqȝ ad populi irriſionē. vſqȝ ad ſputa ꝛ vincula. et alapas et flagella. vſqȝ ad mortē. ꝛ ſi parū eſt hoc aliquid de genere mortis addendū eſt: mortē autē non ꝗtanlibet ſed crucis que ignominioſioꝛ eſt. Ecce habemus humilitatis exemplū. ſuperbie medicamentum. quid ergo intumeſcis homo: o pellis morticina quid tēderis: o ſanies feda quid inflaris: princeps tuus humilis eſt et tu ſuperbis: caput eſt humile ꝛ membrū ſuperbū: abſit. hec gloſa. ¶ Hoc modo diſcipulus exemplo xpi debet omi. id eſt perfecta obedientia ſubdi ſuis maioribus. Perfecta autē obediētia vt dicit bernardus libro de precepto et diſpenſatiōe legem neſcit. terminis non artatur. neqȝ cōtenta anguſtiis profeſſionis. largioꝛi voluntate fertur in latitudinē caritatis. et ad omē quod iniungitur ſpontanea vigoꝛe liberalis alacriſqȝ animi fertur. modū non conſiderāſ. in infinitā libertatē extenditur. vt etiam impoſſibilia ſi iniungātur confidens de dei adiutorio obediat ex caritate. ¶ Legitur in vitis patrum ꝙ quidā ſenex perfectus virtutibus oꝛauit dn̄m. Oſtende michi dn̄e quid ſit perfectio aīe et faciam: et cū requireret conſiliū a quodam alio ſene. ille reſpondit ei de hoc ꝑ reuelationē. Uis facere quicquid dico tibi: At ille. volo. Et dixit vade paſce poꝛcos. et fecit ſic. Et cum alii viderēt ꝙ paſceret poꝛcos. dixerunt ꝙ factus eſſet ſtultus. et viſa humilitate ſua reuocatus eſt ad locū ſuum. ¶ Secundo modo intelligitur. obedientia xpi vſqȝ ad mortē quia. ſ. perſeuerauerit vſqȝ ad moꝛtem incluſiue: talis debet eſſe obedientia diſcipuli. Bernardus. Obedientie limes ſecūdum tempus eſt ipa tempoꝛis extremitas: vt ſit terminus obedientie qui et vite. quod nobis maxime vnigeniti cōmendat exemplum. qui factus eſt patri obediens vſqȝ ad mortē.

¶ Capitulum lxii. de quarto gradu humilitatis: vbi de multiplici vtilitate tribulatiōis patienter tolerate.

Quartus humilitatis gradus eſt. ſi in ipſa obediētia duris et contrariis rebus: vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis. tacita conſcientia amplectatur. et ſuſtinens non laceſcat vel diſcedat: dicente ſcriptura. Qui perſeuerauerit vſqȝ in finem hic ſaluus erit. Item confoꝛtetur coꝛ tuum et ſuſtine dn̄z. Et oſtendēſ fidelem pro dn̄o vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere. dicit ex perſona etiā ſufferentiū. Propter te moꝛte tota die afficimur. eſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributōis diuine: ſubſequuntur gaudētes et dicentes. Sed in hiis omibus ſuperamus propter euȝ qui dilexit nos. Et itē alio loco ſcriptura. Probaſti nos inqͭt deus: igne nos examinaſti ſicut igne examinatur argentum. induxiſti nos ī laqueum: poſuiſti tribulationes in doꝛſo noſtro. Et vt oſtēdat ſub prioꝛe debere nos eſſe: ſubſequitͬ dicens. Impoſuiſti homines ſup capita noſtra. ſed et preceptū domini in aduerſis et in iniuriis ꝑ patientiā adimplentes: qui percuſſi in maxillam prebent et aliam. Auferenti tunicā dimittūt

**et palliũ/angariati miliario va dunt et duo/cuꝫ paulo apoſtolo falſos fratres ſuſtinẽt et perſecu tionem ſuſtinẽt/et maledicẽtes ſe benedicunt.**

Quartus humilitatis gradus eſt (ſi i ipſa obedientia duris) id eſt graui⸗ bus et difficilibus ad exequendũ (et contrariis rebus) id eſt diſplicibilibus et ad⸗ uerſis voluntati ſue (vel etiaꝫ in quibuſlibet irrogatis iniuriis tacita conſcientia patien⸗ tiam amplectatur:et ſuſtinens non laceſcat vel diſcedat) Quia tertius gradus humilita tis eſt vt diſcipulus omĩ obedientia ſe ſubdat maiori/ne forte aliqua occaſione vtpote pro⸗ pter grauitatẽ iniuncti oneris/aut propt̃ re⸗ pugnantiã animi ad id quod agẽdũ precipi⸗ tur reſipiſcere velit:congruenti ordine quar⸗ tus gradus humilitatis ſubiungitur/qui eſt vt diſcipulus in ipſa obedientia contra aſpe ra patientiam amplectatur. Dicit gregori⁹ Qui gloriam non querit/contumeliã non ſẽ tit. Item. Non timet confundi in conſpectu hominũ/qui ſolam gloriã querit apud deum. Dicitur etiam de apoſtolis actuũ.ix/ꝙ ibãt gaudentes a conſpectu conſilii/quoniã digni habiti ſunt pro noĩe ieſu contumeliã pati (di cente ſcriptura) Inducit autẽ in hoc loco ſã⸗ ctus pater plures de fonte ſcripturarum au⸗ ctoritates/que diſcipulum habeant ad hunc humilitatis gradũ inducere. Prima eſt il la Math.x.(Qui perſeuerauerit vſqꝫ in fi nẽ hic ſaluus erit) Non eni cepiſſe/vt ait hie ronym⁹ in gloſa/ſꝫ perfeciſſe virtus eſt. Nec inchoatib⁹/vt ait. Remigius/ſed perſeueran tibus premiũ tribuitur. Secũda eſt illa p̃s. xxvi (Confortetur cor tuum et ſuſtine dñm) Confortetur cor tuũ conſideratione premii. Gregorius. Cõſideratio premii minuit vim flagelli/et ſi differatur premiũ ſuſtine patiẽ⸗ ter dñꝫ qui promiſit quia verax eſt in promiſ ſis/et ſic confortetur cor tuum ſcꝫ ne laſſeris. Et ſi mala eueniant/ſi ingruerint perſecutio nes ſuſtine per patiẽtiã dñm/qui eas imittit tibi ad vtilitatem tuã.prouer.iii. Diſciplinã dñi fili mi ne abiicias/nec deficias cum ab eo corriperis/Quem eni diligit dñs corripit. Tertia auctoritas in qua ſanctorũ exem⸗ plum inducitur eſt/que ſequitur cum ait (Et oſtendens) ſcꝫ ſancta ſcriptura (fidelem pro dño vniuerſa etiã contraria ſuſtinere debere dicit ex perſona ſufferentiũ) id eſt ſanctorum martyrũ (Propter te mortificamur tota die eſtimati ſumus vt oues occiſionis) Hec vox eſt iuſtorum ſiue ſanctorũ martyrũ ad dñm. p̃s.xliiii.et ad roma.viii. Propter te/non pro criminibus noſtris:ſicut latrones et malefa⸗ ctores ſed propter te.i.pro nomĩe ſancto tuo vel propter te vt notetur puritas intentionis id eſt amore tuo.non humane glorie/contra ypocritas: qui ſicut dicitur math.vi. Exter⸗ minant facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes.mortificamur/id eſt morte affici mur tota die. Nota perſeuerantiã que ne⸗ ceſſaria eſt in patientia.vt dictũ eſt. Eſtimati ſumus vt oues occiſionis.i.ſine aliqua relu⸗ ctatione aut contradictione ſumus paſſi/id eſt ſumus occiſi/iſta eſt vera humilitas quã diſcipulus huius ſchole habere debet. De q̃ mira ſanctorũ patrum humilitate multa in vitis patruꝫ leguntur exempla. Ubi de quo dam abbate legitur/ꝙ cũ ab eo eſſet queſituꝫ quomodo acquiſiuiſſet hanc virtutẽ:vt cum emergeret aliqua tribulatio i monaſterio nõ loqueretur/reſpõdit.quando intraui inquit dixi animo meo. Tu et aſinus vnum eſtote. Sicut ergo ille vapulabit et nõ loquetur/in iuriam patitur et non reſpondet/ſic et tu fa⸗ cias.pro vt ait p̃s. Ut iumentuꝫ factus ſum apud te. Sequitur (Et ſecuri de ſpe retribu⸗ tionis diuine ſubſequuntur gaudentes et di centes.ſed in hiis omnibus) ſcꝫ tribulationib⁹ tormentiſqꝫ poſiti (ſuperamus) id eſt ſuperi ores efficimur:et hoc non propter nos (ſed ꝓ pter eum qui dilexit nos) cuius beneficio ſu⸗ peramus in omnibus predictis. Sequitur. (Item alio loco ſcriptura) ſcꝫ p̃s lxv. (Pro⸗ baſti nos de⁹ inquit.igne nos examinaſti ſi⸗ cut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueũ.poſuiſti tribulatõnes i dorſo noſtro) vox iuſtorũ eſt quos deus probat per tempta tiones. Ubi notandum ꝙ deus:cui omnia nota ſunt anteꝙ fiant/vt dicitur eccleſiaſtici xxiii.et ad hebreos iiii. Omĩa nuda et aper⸗ ta ſunt oculis eius:ſibi nichil probat/quia ꝓ⸗ bare eſt aliquid occultũ per manifeſtum oſtẽ dere ſed nobis probat ad imitandũ/et ad ipm glorificandũ.qui tales habet milites/⁊ ad vir

tutes eorum demonſtrandū. Solet autē pro
bare bonos militeſ in quattuor que ſpecialit̄
bonos milites faciunt: in fide. in fortitudine/
in prudentia. in perſeuerātia/ hec ſunt arma
ſpūalis militie/ De quibus apoſtolus. ii. ad
corin. De probatione fidei ad hebre. xi. Oīī
om̄es teſtimonio fidei probati inuenti ſunt.
Et prima ad cori. xi. Oportet hereſes eſſe vt
qui probati ſunt manifeſti fiant. De fidei vi
ctoria dicitur prime io. v. Hec eſt victoria q̄
vincit mundū: fides noſtra. Et ad hebre. xi.
Sancti per fidem vicerunt regna. ⁊c. Se
cūdo probat deus milites ſuos de fortitudīe
et maxime ad tolerandū et patiendū aduer/
ſa. De qua iaco. i. Beatus vir qui ſuffert tē/
ptationē/ quoniā cū probatus fuerit accipiet
coronam vite. Et ad hebreos xi. Fortes facti
ſunt in bello: lapidati ſūt. ſecti ſunt. tempta/
ti ſunt. Tertio probat dn̄s milites ſuos de
de prudentia/ De qua eccleſiaſtici xxxi. Bea
tus vir qui inuentus eſt ſine macula/ et q poſt
aurū non abiit/ Et ſequitur qui probatus eſt
in illo: et perfectus inuentus eſt. Quarto
probat deus milites ſuos de perſeuerantia q̄
ſūme neceſſaria eſt/ nam vt dicit criſoſtomus
/Tolle perſeuerantiā. neqꝫ obſequiū mercedē
habet neqꝫ beneficiū gratia: neqꝫ laudē for/
titudo. deniqꝫ nec qui ceperit ſed qui perſeue
rauerit hic ſaluꝰ erit. De qua thobie iii. hoc
habet pro certo omīs qui colit te/ quia ſi vita
eius in probatione fuerit coronabitur. Seq̄/
tur (igne) ſcꝫ tribulatōnis nos examinaſti ſi
cut examinatur argentū. Cum argentum vl̄
aurum examinatur vel conflatur purius fit/
et de ſuo pondere nil pdit/ ſic homo cū ſubicit
ſe tribulationibus vel penitentie vilior eſt ho
minibus/ ſed deo lucidior ac ſplēdidior. Qui
dam tamen conflantur non ſicut argentum
aut aurum/ ſed ſicut plūbū quod in igne con/
ſumitur/ De quibus beatus Benedictus di
cit ſupra in primo capitulo/ ꝙ in plūbi natu/
ra moliti/ adhuc operibus ſeruantes ſeculo fi
dem. mentiri deo per tonſurā noſcuntur. Bo
nus autē et deuotus diſcipulus tribulationi
bus. et temptationibus. aduerſitatibus. et re/
gularibus diſciplinis probatur melioratur. ⁊
ſplendidior redditur. Malus vero reprobus
magis efficitur et inutilis plane/ vnde auruꝫ
rutilat palea fumat. Sequit̄ (induxiſti nos
in laqueum) ſcꝫ penalitatis ſicut eſt infirmi

tas/ paupertas/ mortalitas ⁊ huiuſmodi. pſ.
/Preoccupauerunt me laquei mortis. In per
ſona vero bonorū monachorū exponitur ſic.
Induxiſti nos in laqueū. i. cuſtodiā et clauſu
ram monaſterii/ vbi vinculis voti obedien/
tie ligamur/ ſecundū illud prouerbioruꝫ xvi.
Captus es propriis ſermonibus/ et illaqueā
tus es verbis oris tui: et regularibus aſtrin/
gamur obſeruantiis. Sequit̄ (Poſuiſti tri
bulationes ī dorſo noſtro). i. flagellis et caſti
gationibus tuis nos male erectos per ſuper/
biā. incuruaſti ad humilitatē/ Boni viri q̄tū
plus flagellationibus atteruntur: tanto plꝰ
in humilitatis virtute proficiunt. Sequitur
(Et vt oſtendat ſub priore debere nos eſſe: ſe
quitur. d. Impoſuiſti homīes) id eſt prelatos
(ſuper capita noſtra) Et notanter dicitur ſu
per capita noſtra/ quia in capite coniungunt
oēs vires et oēs ſenſus/ q̄ oēs ſub prelati im/
perio captiuande ſunt ⁊ illiꝰ diſpoſitione mo
uende. Sequitur (ſed et p̄cepta dn̄i in aduer
ſis et ī iniuriis per patientiā adiplentes ⁊c)
Hic inducit qualiter qui hūc quartū graduꝫ
humilitatis aſcendunt/ adimplent ea que do
minus dicit/ Mathei. v. et luce vi. videlicet
(Qui percuſſi in maxillam prebent et aliā)
/Iſtud autē preceptū patientie non eſt intelli
gendū accipiendo ſemper q̄tū ad actū exteri
orem/ Unde et xp̄s qui humilimꝰ fuit et pati
entiſſimus in maxilla percuſſus: vt habetur
ioban. xviii/ non obtulit aliam ſed magis p̄/
cutientē ſe caritatiue correxit dicens/ Si ma
le locutus ſum perhibe teſtimoniū de malo.
Si autē bene quid me cedis/ ſed eſt intelligē
dum ſecundū preparationē animi/ ſecunduꝫ
ꝙ dicit Auguſtinꝰ libro de ſermone dn̄i in mō
te/ quia homo debet habere animū prepara/
tum ad ſuſtinendū percuſſionē in alia maxil
la anteꝙ ſuſtineret ſcandalū vel aliquid ali/
ud contra caritatē/ Sequitur (Et auferenti
tunicam dimittunt ⁊ palliū) Eodem modo
eſt accipiēdū hoc ſcdm. ſ. preparationē animi
in caſu cōſimili/ nō aūt in tali caſu. in quo ex
tali permiſſione nutriretur rapiens in mali
cia ſua/ imo ī tali caſu non eſſet bonū ſuſtine/
re. niſi propter ſcādalū vel aliquod aliud ma/
ius malū euitandū (et angarianti) id eſt in/
iuſte trahenti ſiue compellenti (miliario vno
vadunt et duo) hoc pariter adimplenduꝫ ve
nit/ videlicet in illo caſu in quo ex reſiſtentia

ſequeretur maius malū/ Tūc enī ſicut dictū
eſt debet homo habere animū preparatuꝫ ad
ſuſtinendū maius malū ſibi illatū/ ꝙ ꝙ ex re⸗
ſiſtentia ſua ſuſcitaret maius ſcandalū ⁊ ma⸗
ius malū. Unde gloſa Aug. Hoc vtiqꝫ mo⸗
net nō tam vt pedibus agas ꝙ vt aīo ſis pa⸗
ratus. Sequitur (Cū paulo apoſtolo falſos
fratres ſuſtinent et perſecutionē). i. tolerant/
falſos fratres noīat eos qui et ſi fratres ſint
natura aut vnius religioniſ profeſſione/ ope
ra tamen fraternitatis ſiue amicicie mores
non obſeruant/ ſed inimicicie aut hoſtilitatis
vt puta murmuratores et detractores/ con⸗
ſpiratores/ perſecutores (et maledicentes ſe
benedicunt) humiliter reſpondendo pro eis
orando et exempla patientie eis demonſtrā⸗
do. Circa hoc capitulū de patienti tolerā
tia aduerſitatū et tribulationū ſermo factus
eſt plenus circa inſtrumentū xxxi. Quare ad
preſens ſolū ſupereſt parū dicere de vtilitate
tribulationis patienter tolerate. Circa qđ
eſt notandū ꝙ multe ſunt vtilitates tribula⸗
tionis/ De quibus tantū ponemus ſeptē ſe⸗
cundū ſeptem proprietates ignis/ Tribula⸗
tio enī in ſcriptura per ignē conſueuit ſignifi
cari/ vt patet in illa auctoritate prophete pa⸗
rum ante inducta in hoc capitulo de pſalmo
lxv/ Igne me examinaſti ſicut examiatur ar⸗
gentū. Notandū ergo ꝙ tribulatio primo
ad modū ignis illuminat. treñ. iii Ego vir vi
dens paupertatē meā in virga indignatiōis
eius/ Gregori⁹/ Oculos quos culpa claudit/
pena aperit. prouerbi. xxix/ Uirga atqꝫ corre
ctio tribuit ſapientiā/ Hec illuminatio figu⸗
rata eſt in illuminatione thobie/ qui felle po⸗
ſito ſuper oculos eius viſū recepit. tho. xi. In
amaritudine fellis amaritudinē ītellige tri⸗
bulationis. Secundo tribulatio emollit
vt ignis cerā/ vel omino vt ignis metalla du
ra. Job xxiii. Deus emollit cor meum. Et in
pſalmo. Liquefacta eſt terra/ ſicut cera. igne
modico emollitur ⁊ veterē imaginē deponit
et nouā recipit/ ſic corda non indurata modi
ca tribulatione molliuntur/ et vetuſtatē vici⸗
orum deponunt et nouitatē aſſumunt virtu
tum/ Corda vero dura non liquefiūt ad ignē
tribulationis niſi ſit tribulatio magna mor⸗
tem inferens vel cōminans/ tunc vetuſtas vi
ciorū deponitur et corda parata ſunt fluere ī
omnē modulū et formā recte viuendi/ per oīa

parata ſtare ſuperioris imperio/ tunc fit ibi
felix cōmutatio dextere excelſi/ Uas ei igno⸗
mime cōmutatur in vas glorie/ ⁊ ſerui diabo
li efficiuntur filii dei/ prouer. xii. Uerte impi
os et non erunt/ Et iob xxviii. Auro locus eſt
in quo conflatur/ hic locus eſt ignis tribulati
onis. Tertio tribulatio homīeꝫ roborat:
ſicut ignis roborat laterem quā tamen vide
tur comburere. roma. v. Tribulatio patien⸗
tiam operatur/ patientia autē probationem/
probatio vero ſpem. glo. Quia per exerciciū
tribulationis docetur aliquis eſſe ſtrenuus
dum fortiter tolerat tormenta/ per quod ſan
cti martyres vincunt ſeuiciā tyrannorū/ Et
ideo dicit gloſa ſuper math/ Nūꝙ formides
temptationē ſi animā paratā habes/ Nam
non nocebit tribulatio quia tolerantiā ope⸗
rabitur/ ſicut aurū in camino non leditur ſic
nec paratā animā tribulatio nocebit/ Quid
operatur caminus: aurū mūdat/ Quid ope
ratur tribulatio: tolerantiam ampliorem qꝫ
patientiā/ abſcidit deſidiā et coadiuuat aīam
et ſobriorē reddit/ Unde marcus et marcelli
anus martyres quorū hodie feſtū agimus in
ligno vno confixi pſallentes dicebant iudici
fabiano/ Nūꝙ tam bene epulati ſumus mo
do eī cepimus eſſe fixi in amore xpī/ Quar
to tribulatio deſtruit et quaſi annichilat vin
cula amoris quibus homo alligatus eſt mū⸗
do. Unde danielis tertio/ Tres pueri qui li⸗
gati miſſi fuerant in fornacem/ inuenti ſunt
ſoluti/ Criſoſtomus ſuper math. loquens de
tribulatione dicit. Uere optabilis res ſapiē⸗
tibus/ Per hanc enī ſapiens a mundi vincu⸗
lis liberatur/ per hanc in celeſti horreo collo⸗
catur/ Nec eſt modica vtilitas ſeparatio ab
amore mundi vt dicit auguſtinus/ Gregori⁹
Ipſe mundus dum tot amaritudinibus cru⸗
ciatur/ duꝫ tot calamitates ingeminat/ quid
aliud niſi vt non ametur clamat/ Profecto
niſi tribulationes eſſent hoīes deum obliui⸗
ſcerentur bonis temporalibus contēti/ Gre
gorius. Electis ſuis dñs iter aſperū facit/ ne
dum delectentur in via obliuiſcantur eorum
que ſunt in patria. Quinto tribulatio ho
minem probat. eccleſiaſtici. xxvii/ Uaſa figu
li probat fornax/ et homines iuſtos tempta⸗
tio tribulationis/ Eiuſdem ii. In igne proba
tur aurum et argentū/ Thobie xii. Quia ac
ceptus eras deo neceſſe fuit vt temptatio pro

baret tc. Gregorius. Nemo vires ſuas in pace cognoſcit. Si bella deſunt virtutū experimenta non prodeunt. ¶ Sexto tribulatio hominē purgat. io. xvi. Omnē palmitē qui fert fructū purgabit eū vt fructum plus afferat. malach. iii. Sedebit conflans et emūdās argentū: et purgabit filios leui. Gregorius Quod flagelluȝ grano, qđ fornax auro: hoc tribulatio viro iuſto. Sed de quibuſdā poteſt dici illud iere. vi. Fruſtra conflauit conflator malicie eorū non ſunt cōſumpte, argentū reprobū: vocate eos, quia dn̄s proiecit eos. maledictū ferrū quod ex lima contrahit eruginē. Non aurū ſed paleā ſe oſtēdit. quod in igne tribulationis non purgatur, ſed per impatiētiam cōſumitur. Math. iii. Paleas comburet igne inextinguibili. ¶ Septimo tribulatio ad modū ignis deſiccat ab aquis deliciaꝝ et ſic cōſeruat ne in ſuperbiā euaneſcat. Gregorius i paſtorali. Cor ſalomonis idcirco ſapientia funditus deſeruit, quādo ipſū nulla diſciplina exterius cuſtodiuit. ne ſupeibiret. ¶ Tribulatio eſt quaſi mirra a putrefactione cuſtodiens, hec pauluȝ cuſtodiuit ne ſuperbiret. ſcđe corin. xii. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datꝰ eſt michi ſtimulus angelꝰ ſathane qui me colaphiſet, hinc dicit Origenes ſuper librū numeri omelia xxvii. Sicut caro ſi ſale non aſpergitur corrumpitur: ita anima ſi temptatione non ſalitur, continuo reſoluitur, et ideo dictū eſt ꝙ omne ſacrificiū ſale ſalietur.

¶ Capitulū lxiii. de quinto gradu humilitatis: vbi de decem conditionibus confeſſionis et eius vtilitate multiplici.

Quintus humilitatis gradus eſt ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenietes vel mala a ſe abſconſe cōmiſſa p humilem confeſſionem abbati non celauerit ſuo. Hortās nos de hac re ſcriptura dicit. Reuela domino viam tuā et ſpera in eo. Et item dicit. Confitemini domio quoniam bonus quoniam in ſeculū miſericordia eius. Et item propheta. Delictū meuȝ cognitum tibi feci et iniuſtitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino: et tu remiſiſti in pietatem cordis mei.

Quintus humilitatis gradus eſt (Si omēs cogitationes malas cordi ſuo ſuperaduenientes: vel mala a ſe abſconſe cōmiſſa per humilem cōfeſſionē abbati nō celauerit ſuo) Magnū profecto eſt humilitatis argumentū non tegere aliquid abbati ſuo in corde cogitatū, aut abſconſe commiſſū. Unde glo. ſuper math. dicit. Confeſſio peccatorū teſtimoniū eſt conſcientie timētis deum. Qui enī timet iudiciū dei. non erubeſcit cōfiteri. Perfectus eī timor ſoluit omnem pudorē. Item gregorius in moralibus. Hec ſūt vere humilitatis ſigna. Iniquitatē ſuā quācunqȝ cognoſcere: et cognitā voce cōfeſſionis aperire. ¶ Conſequenter ſanctus pater inducit ad hunc humilitatis gradū confirmandū plures auctoritates ſacre ſcripture: in quibus tangunt̄ duo in generali. ¶ Primo conditiones decē quas debet habere confeſſio. ¶ Secundo fructus ſiue vtilitas quē ex humili confeſſione peccatorū diſcipulus a dn̄o conſequitur. dicit ergo (Hortās nos de hac re ſcriptura dicit) ſcilȝ p̄s. xxxvi (Reuela dn̄o viā tuā et ſpera in eū) Reuela ſcȝ per cōfeſſionē dn̄o. i. vicario eius vt prelato tuo ſacerdoti. Math. viii. Uade oſtēde te ſacerdoti. Unde ſacerdos non ſcit peccata confitentis inꝙtum homo: ſed inꝙtum eſt i loco dei. viā tuam. ſ. qua ibas ad mortem. Et ecōtra ponas in via pedem que ducit ad vitā. puer. xii. In ſemita iuſtitie vita. ¶ In hac auctoritate datur intelligi, ꝙ confeſſio primo debet eſſe nuda et aperta abſqȝ obſcuritate quacunqȝ verborū: cum dicitur reuela. Hoc enī dicitur reuelari quod aperte dicitur, qđ ſine aliquo velamine manifeſtatur. prouer. xvi. Reuela dn̄o opera tua, vt ſcȝ reuelando cognoſcas. cognoſcendo erubeſcas: et erubeſcendo

deteſteris/Auguſtinus ſuper iohannē/Hoc
eſt cōfiteri:dicere quod habes in corde/ſi ali-
ud habes in corde.et aliud loqueris non con
fiteris/Et quedā gloſa ſuper illud iacobi v.
Confitemini alterutruꝫ peccata veſtra:dicit/
/Confeſſio peccati reuelatio et manifeſtatio
eſt/Et bernardus/Execranda nāqꝫ fictio eſt
diuidere peccatū/et ſuperficietenus radere ni
chil intrinſecus eradicare/Ad hanc confeſſio
nis nuditatē et apertionē hortatur idē Ber
nardus ſuper cātica dicēs:quod remordet cō
ſcientiā confitere humiliter.pure et fideliter.
Secundo in auctoritate predicta datur in
telligi/ꝙ confeſſio debet eſſe recta et pura: qr
recta debet eſſe confitentis intētio.quod no-
tatur cū dicitur dn̄o quia ſcꝫ ad gloriā dei.p̄s
Confitebor dn̄o ſecundū iuſtitiā eius/Joſue.
vii/Fili da gloriam deo iſrael/et confitere ⁊
indica michi quid feceris. Tertio cōfeſſio
debet eſſe propria non aliena/eccleſiaſtici iiii
Non confundaris confiteri peccata tua.ho-
mo enī propria peccata reuelare debet nō ali
ena:ſicut multi faciunt qui aliorū peccata di
recte vel oblique dicunt/cū ſua deberent dice-
re/Directe quidē vt qui dicunt ita malus eſt
ille vel ille.Oblique vt qui dicunt ille me fe-
cit peccare/Sicut adam dixit geñ.iii. Muli
er quā dediſti michi dedit michi de ligno/⁊ co
medi/quaſi diceret.Ipſa me fecit peccare/⁊ tu
ipſe qui dediſti michi eā/Debet ergo eſſe pro
pria quod notatur cū dicitur tuā/prouerbio
rum xviii.Juſtꝰ priꝰ accuſator eſt ſui.Quar
to confeſſio debet eſſe cū ſpe et fiducia diuine
pietatis/Auguſtinus.Confeſſio eſt per quā
morbus latens ſpe venie aperitur/quod no-
tatur cū dicitur/et ſpera in eū ꝙ ſcꝫ det tibi ſa
tiſfaciendi poſſibilitatē/et ꝙ miſereatur tui:
veniā tribuens peccatorū/Judas enī penitē
tiam habuit et confeſſus eſt/Math.xxvii.ſꝫ
quia deſperauit periit/Similiter cayn confi
tens.ſed tamen deſperans dixit.geñ.iiii/Ma
ior eſt iniquitas mea/ꝙ̄ vt veniā merear/Sꝫ
dementitur euꝫ ſacra ſcriptura que ſequitur/
(Confitemini domino quoniā bonus quoni
am in ſeculū mia eius)quaſi diceret/Confi-
temini audacter quoniā bonus in ſe eſt natu
raliter/hoc enī eſt propriū deo/ꝙ per ſe ⁊ ex ſe
bonus eſt/ſicut ipſe ait/Nemo bonus niſi ſo-
lus deus/Et ita ad condonandū liberaliſſi-
mus quoniā in ſeculū miſericordia eiꝰ.i.vſqꝫ
in finem ſeculi miſerebitur cōfitentibus pec-
cata ꝙ̄tūcunqꝫ magna fuerint/Bernardus
in epiſtola/Maior eſt dei mia ꝙ̄ queuis ini-
quitas/Sicut enim ſcintilla in medio maris/
ita oīs malicia ad miaꝫ dei.Sequitur(Itē
propheta)p̄s.xxxi.(Delictū meū cognitū ti
bi feci)ſcꝫ per confeſſionē reuelando(et iniu
ſtitias meas non operui.Ego dixi.Pronun
ciabo aduerſū me iniuſtitiā meā dn̄o)Ex q-
busverbis colligūtur alique alie conditioneſ
quas confeſſio debet habere. Quinto con
feſſio debet eſſe integra generalis ⁊ plena/vt
non ſubſtrahatur aliquid de eis que manife
ſtanda ſunt.p̄s/Confitebor tibi in toto corde
meo.prouer.xxviii/Qui abſcōdit ſcelera ſua
non dirigetur:qui autē confeſſus fuerit et re
liquerit ea:miſericordiaꝫ conſequetur/Sunt
ergo oīa criminalia reuelanda in confeſſiōe/
non ſolū actiones ſed omiſſiones/non ſolum
opera:ſed circunſtantie/id eſt locus.tempus
perſona.numerꝰ.Et in perſona/ſexus/etas/
et ſcientia.conditio.neceſſitudo et ordo pen-
ſanda/Auguſtinus libro de vera ⁊ falſa peni
tentia/Ponat ſe oīno in poteſtate iudicis in
iudicio ſacerdotis nichil ſeruans ſui/vt omia
eo iubente paratus ſit facere pro recipienda
vita aīe.quecunqꝫ faceret pro euitanda cor-
poris morte.quiavitā reparat infinitā/Cum
gaudio enī facere debet imortalis futurus/q
faceret pro differenda morte moriturus/hec
ille.yſidorus/Pleniſſima debet eſſe cōfeſſio/
vt pleniſſimā indulgentiā cōſequatur/Hec
autē integritas cōfeſſionis.notat̄ inverbis p̄
dictis prophete/in quibus om̄e genus pecca-
ti exprimitur/Nam cū dicitur.Delictū me-
um cognitū tibi feci/peccatū omiſſionis intel
ligitur/Cū vero et iniuſtitias meas non ope
rui ſiue non abſcōdi: accipitur peccatū cōmiſ
ſionis. Sexta conditio confeſſionis eſt vt
ſit premeditata/Difficile nāqꝫ eſt ſubito re-
colere omia peccata tam omiſſionis ꝙ̄ com-
miſſionis/Ideo debet premeditari quod no-
tatur cum ſequitur/Dixi id eſt ex prehabita
deliberatiōe acceſſi ad cōfeſſionē/pſa.xxxviii
Recogitabo tibi omēs annos meos in ama
ritudine aīe mee. Septima conditio con
feſſionis eſt ꝙ ſit vera/quod notatur cum di-
citur.pronūciabo/ſiue confitebor/vt textꝰ trāſ
lationis noſtre habet.i.ſimul ore et corde fa-
tebor./Non eſt enī mentiendū in cofeſſione

ſiue accuſando ſiue excuſãdo / Unde eccleſia
ſtici.iiii / Pro aĩa tua non confundaris veruꝫ
dicere / Item eccleſiaſtici xxxvii / Ante oĩa ver
bum verax precedat te. Contra q̃d fecit cayn
qui interrogatus vbi eſt abel frater tuus mẽ
titus eſt dño dicẽs neſcio.geñ.x. Octaua
conditio confeſſionis eſt vt ſit accuſatoria q̃d
notatur cũ dicitur aduerſũ me:nõ aduerſus
deum vt adam.non aduerſus fatum vt aſtro
nomus / non aduerſus diaboluꝫ vt populus
ſtultus / ſed aduerſũ me / Auguſtinus ſuper il-
lud p̃s. Ego dixi dñe miſerere mei / ſana aĩaꝫ
mea quia peccaui tibi.dicit. Ego non fatum
non fortuna.non diabolus / Talis fuit con-
feſſio dauid / ſcdi regũ xiii. Ego ſum qui pec-
caui / et ego inique egi. Nona conditio eſt /
ꝙ confeſſio ſit humilis / quod notatur cuꝫ ait
iniuſtitias / Uerus humilis iniuſtitias et pec
cata confitetur.non iuſtitias ſi quas fecit / vt
phariſeus qui dicebat luce xviii / Gratias ti-
bi ago dñe.quia non ſũ ſicut ceteri hoĩm / ⁊c.
Sic etiã ſoliti ſunt facere ypocrite / Celant eĩ
peccata ſua et iniuſtitias ſuas ⁊ bona ſua pa
tefaciunt / Bernardus in ſermone quodã na
tiuitatis dñi / Tunc confeſſores eritis ſi oĩs
vita veſtra confiteatur vos peccatores et di-
gnos multo maioribus penis. Decima cõ
ditio confeſſionis eſt ꝙ ſit ſatiſfactoria et cuꝫ
propoſito emendandi / quod notatur cũ dicit
dño / cui ſcꝫ de cetero ſeruire propono qui an
te obſecutus ſũ diabolo / Auguſtinus libro ſẽ
tentiaruꝫ proſperi / Bona eſt peccati confeſ-
ſio.ſi ſequitur correctio / Nam quid ꝓdeſt de-
tegere plagã et non adhibere medicinam.
Hinc ioelis ii.dicitur / Conuertimini ad me
in toto corde veſtro.in ieiunio / et fletu et plã-
ctu : et ſcindite corda veſtra / et non veſtimẽta
veſtra ait dñs omipotens. Secundũ autẽ
videlicet vtilitas et fructus confeſſionis no-
tatur in verbis ſequentibꝰ / cuꝫ dicitur (Et tu
remiſiſti impietatẽ cordis mei) Ubi notã
dum ꝙ confeſſio peccatorũ prefatis conditio
nibꝰ conditionata eſt vtilis ad multa. Pri
mo ad remiſſionẽ peccatoruꝫ vt patet ex hoc
loco cũ dicitur. ⁊ tu remiſiſti impietatẽ pecca
ti mei / Et ſcdi regũ xii.dixit dauid ad nathã
prophetã / peccaui dño:et ſtatim reſpondit na
than / Dñs tranſtulit peccatũ tuũ a te / Aug.
Nullũ tam magnũ peccatũ quod nõ confeſ-
ſione deleat / vel elemoſinarũ largitate emũ-
detur. Secundo valet ad purgationẽ ani
mi / Eſt enĩ confeſſio quidã vomitus veneni
diabolici / eccleſiaſtici xxxi / Si coactus fueris
in comedendo multũ / ſurge e medio et vome
et refrigerabit te / Criſoſtomus / Confeſſionẽ
puta eſſe digeſtionẽ impuritatis et ſpurcitie
/ que intuſ erant incluſe / Et ſicut in corpore ſã
guis frequenter excreſcens frequenter exqui
rit minutionẽ ad ſalutẽ / ſic ſãguis peccati cõ
tinue excreſcens frequenter requirit confeſſi-
onem. Tertio valet ad ornamentũ et de
corem aĩe. Unde propheta / Confeſſionem ⁊
decorẽ induiſti. Bernardꝰ in epiſtola / Ama
confeſſionẽ ſi affectas decorẽ / Confeſſioni iũ
gitur decor.iũgit̃ pulcritudo / Reuera vbi cõ
feſſio:ibi pulcritudo.ibi decor / Si pctã ſunt
in confeſſione lauantur / ſi bona opera in cõ-
feſſione emundantur / cũ mala tua confiteris
exhibes deo ſacrificiũ ſpũs contribulati / cum
dei beneficia recolis.ĩmolas deo ſacrificium
laudis / bonũ aĩe ornamentũ confeſſio que ⁊
peccatores purgat ⁊ iuſtũ reddit purgatiorẽ
Quarto valet ad euitandũ confuſionem
future damnationis / quia niſi homo per con
feſſionẽ peccata ſua ad ſalutem detegat deꝰ
peccata illius reuelabit in futuro ad damna
tionẽ / Unde ſcdi regum xii / dixit dñs per na
than ad dauid / Tu feciſti abſcondite / ego ve
ro faciam verbũ iſtud in conſpectu iſrael et ĩ
conſpectu ſolis / Et ideo gloſa ſuper p̃s.xxxi.
dicit / Quando homo peccatũ detegit deus
tegit.quãdo homo tegit deus detegit / Si hõ
agnoſcit deus ignoſcit / Et gloſa ſup p̃s lxvi.
Illis non iudex ſed aduocatus eſt xp̃s / qui ſe
propria confeſſione damnarunt. Quinto
valet ad placandũ deũ et defendit contra di
abolũ / Unde propheta. Preoccupemus faci
ciem eius in confeſſione / Figura ad hoc geñ.
xliiii / Judas qui interpretatur confeſſio / pri-
mus cũ fratribus ſuis ingreſſus eſt ad ioſeph
/ quia confeſſio primo ingreditur ad deũ / Et
iudicũ primo querentibꝰ filiis iſrael poſt mor
tem moyſi / quis aſcendet ante nos ⁊ erit dux
belli / Reſpondit dñs Judas aſcendet / Item
primi macha.ii / Judas machabeus factus ẽ
princeps ad bellanduꝫ pro fratribus ſuis / qꝛ
confeſſio principaliter diabolũ debellat / Uñ
gloſa ſuper thobiã. Ueram confeſſionẽ dia-
bolus pertimeſcit / et ante faciẽ eius non ſub
ſiſtit / Bernardus. Humiliter confitenti di-

mittit deus peccatū/ et diabolus eum quē in
boīs corde inuaſerat amittit pricipatū/ Ubi
nempe peccatū remittitur/ ibi proculdubio di
abolus de corde peccatoris expellit. ¶ Sexto
regnū celoꝝ promeretur/ Figura ad hoc exo.
xiiii. Iudas primo ingreſſus eſt mare rubruz
in egreſſu filiorū iſrael de egypto/ propter qđ
regnū promeruit/ ſicut dicit magiſter in hy-
ſtoria. In eius tribu xp̄s natus eſt/ ſic in con-
feſſiōe promeretur regnū celorū. quia ipſa po
nit hominē in via penitentie et ſalutis/ et fa
cit xp̄m naſci in ipſa per gratiā/ Ambroſius.
¶ Confeſſio a morte liberat/ aperit paradiſum/
Confeſſio ſpem ſalutis tribuit/ quia non me
retur iuſtificari. q in vita ſua nō vult cōfiteri/

¶ Capitulum ſexageſimum quartum de vi.
et vii. et viii. gradibus humilitatis.

Sextus humilitatis gradꝰ/
eſt ſi omī vilitate vel extre
mitate contentus ſit monachuſ/
Et ad omia que ſibi iniungun-
tur velut operariū malū et indi
gnū ſe iudicet dicens cū prophe-
ta/ Ad nichilū redactus ſū ⁊ neſci
ui. vt iumētū factus ſum apud
te et ego ſemper tecū. ¶ Septi-
mus humilitatis gradꝰ eſt: ſi oī-
bus ſe inferiorē et viliorē non ſo
lum ſua lingua pronunciet/ ſed
etiā ītimo cordis credat affectu/
humiliās ſe ⁊ dicēs cū propheta
/ Ego autē ſum vermis et nō hō/
obprobriū hominuz et abiectio
plebis/ exaltatus et humiliatus
et confuſus/ Et item bonuz mi
chi quod humiliaſti me vt diſcā
mandata tua. ¶ Octauus hūi-
litatis gradus eſt / ſi nichil agat

monachus/ niſi quod cōmunis
monaſterii regula vel maiorum
cohortantur exempla.

Sextus humilitatis gradus eſt (ſi oī
vilitate vel extremitate contentꝰ ſit
monachus/ et ad omīa que ſibi iniun
guntur velut operariū malū ſe iudicet ⁊ indi
gnum) Uilitas attinet ad cibum vel potum
veſtitū. calciamentū. et lectum ¶ Extremitas
vero attinet ad locū. gradum et ſtatū tenen-
dum/ et ad opus agendum. ¶ Eſt ergo ſextus
humilitatis gradus. ſi monachus omī vilita
te cibi. aut potus. aut veſtimenti. ſeu lecti ſibi
dati et adminiſtrati contentus ſit. i. qn̄tūcun
qꝫ abiectus. incultus. et inutilis iudicetur: ſit
contentus. Preterea etiā de quacunqꝫ extre
mitate loci in choro. in capitulo. in mēſa et ce
teris aliis locis/ aut de quacūqꝫ extremitate
gradus. aut ſtatus tenendi. aut officiū exercē
di/ vtpote ſi deputetur vili arti. ſicut lotioni
pannorū īmundorū/ aut purgatiōi coquine/
aut cloace. ſiue ſeruicio fratrū infirmorū ma
xime leproſorū/ contētus ſit. i. debet exiſtima
re ſibi ſufficere/ quod etiā in tali vilitate et ex
tremitate maneat et viuat/ Bernardus. Ue
rus humilis vilis vult reputari. non humilis
predicari. gaudet de contemptu ſui. hoc ſolo
ſane ſuperbit. q laudes contemnit ¶ Notan
dum q omī: dicit vilitate: quia quidā ſunt cō
tenti vilitate veſtiū. qui non ſunt vilitate ci-
borū contenti/ Et econtra quidā ſunt contē-
ti vilitate ⁊ parcitate ciborū/ qui tamen non
ſūt contenti de vilitate veſtiū. ¶ Preterea no
ta q duo poſuit ſimul. ſ. et vilitatē ⁊ extremi
tatē qꝛ plures cōtēti ſūt ſuſtinere vilitatē tā
veſtiū q̄ ciborū/ qui in extremo loco. aut gra-
du. aut ī humili artificio. aut obſequio aut vi
li obedientia eſſe non patiuntur/ vel etiā ſi ex
terius ſuſtinent interius tamen murmurāt/
¶ Iſti ſunt velut ypocrite/ quia aliud eſſe oſten
dunt et aliud exiſtunt. ¶ Nulli iſtorū contenti
ſunt omī vilitate et extremitate: et per conſe
quens hunc ſextū humilitatis gradum non
aſcenderunt. ¶ Item nota q beatus Bene
dictus non dicit omnē vilitatē aut extremi-
tatē habeat: ſed prudentiſſime loquens ait.
Omī vilitate vel extremitate contentus ſit/
quo modo loquendi videbitur pertinere hic
humilitatis gradus/ etiā ad eos qui nec vili-

bus ſemper vtuntur nec extrema loca in con
gregationibus tenent. Ceterū notanduꝫ ꝙ
hic hūilitatis gradꝰ ortuꝫ de proximo haberi
videtur ex cognitiōe ſui. Nam humilitas vt
ait bernardus dicitur virtus qua homo veriſ
ſima ſui cognitione vileſcit. Vñ idē bernar.
ſuper canti. De ignorantia tui venit tibi ſu
perbia. Si aūt ſuperbiā parit tibi ignorātia
tui cū meliorē ꝙ ſis decepta et deceptrix tua
cogitatio te eſſe mentitur. Hec quippe eſt ſu
perbia. hec iniciū omis peccati cū maior es ī
oculis tuis ꝙ apud deuꝫ ꝙ apud veritatem.
Quare idem bernardus dicit. Volo proinde
aīam ſcire ſeipſā quia ſcientia talis nō inflat
ſed humiliat et eſt quedā preparatio ad edi
ficandū. Niſi eni ſuper humilitatis ſtabile fū
damentuꝫ ſpirituale edificiū fuerit ſtare non
poteſt. Porro ad ſe humiliādā nichil anima
viuacius vel accōmodatius habere poteſt ꝙ
ſi ſe in veritate inuenerit. tamen ne diſſimu
let nō ſit in ſpiritu eius dolus. nec ſe a ſe auer
tere abducatur. Nam quomodo nō vere hu
miliabitur in hac vera cognitione ſui cū ſe p
ceperit oneratā peccatis. mole huius morta
lis corporis aggrauatā. terrenis intricatā cu
ris. carnaliū deſideriorū fece infectā. cecā cur
uam. infirmā. implicitā. multis horroribꝰ ex
poſitā. mille periculis. mille difficultatibꝰ an
xiam. mille ſuſpitionibus obnoxiā. mille ne
ceſſitatibꝰ erumnoſā. procliuē ad vicia. inua
lidam ad virtutes. Unde iam extollētia ocu
lorū. vnde leuare caput. Ergo de ſui cogni
tione mater ſalutis humilitas oritur. Sequit
(Et ad oīa que ſibi iniunguntur velut ope
rariū ſe malū iudicet et indignū) Debet enī
monachus huius gradus aſcenſor. ſe iudica
re malū et indignū operarium ad agendam
quācunqꝫ obediētiā ſibi iniunctā etiam ſi vi
liſſimū ſit opus qđ exercere imperatur. Hoc
autē intelligendum eſt vt ſanctus thomas di
cit ſecundū vires proprias aut ſufficientiā ſu
am totā in deum referat ſecundū illud ſecun
de corin. iii. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogi
tare aliquid ex nobis quaſi ex nobis ſed ſuffi
cientia noſtra ex deo eſt. Inducit autē ſanctꝰ
pater ad hunc ſextū humilitatis graduꝫ ſacti
prophete exemplū. dicēs cū propheta (Ad ni
chilū redactus ſum et neſciui: vt iumentū fa
ctus ſum apud te et ego ſemper tecuꝫ) Ad ni
chilū redactus ſū. ſcꝫ per humilitatē. ne de ſā

ctitate aut quibuſcūqꝫ bonis operibus eleue
tur cor. Job xxx. Redactus ſum ad nichilum
abſtulit quaſi ventus deſideriuꝫ meum. De
hac anichilatione prouer. xii. dicitur. Verte
impios et non erunt. Per contrariū dicitur
gala. vi. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cuꝫ
nichil ſit. ipē ſe ſeducit. Et neſciui id eſt abſcō
di. quia vera humilitas bona ſua homī abſcō
dit. Gregorius. Soli ſancti bona ſua non vi
dēt que aliis videnda prebent. Ut iumentū
factus ſum apud te per perfectā obedientiā:
ſine murmure portās iugum michi iniunctū
math. xi. Tollite iugum meū ſuper vos. iu
gum eni meū ſuaue eſt: et onus meum leue.
Et ego ſemper tecum. per conformitatē vo
luntatis et per infatigabilē conſtantiā. Hoc
ad differentiā eorū qui cū eis dura precipiun
tur obedire reſiliunt. qui ad tempus credunt
et intempore tēptationis recedunt. luce viii.
De quibus oſee vii. Ve eis qui receſſerunt a
me vaſtabuntur quia preuaricati ſunt in me
Sed boni ſemper ſunt cū dño. ſecundū illud
ps. Nō diſceſſimus a te. Roma. viii. Certus
ſum quia nec mors. neqꝫ vita poterunt nos
ſeparare a caritate dei.

Septimus humilitatis gradus eſt (Si
omibus ſe inferiorem et viliorē non ſo
lum ſua lingua pronūciet ſed etiā intimo cor
dis credat affectu) Textus planꝰ eſt. De in
telligentia videamus. Dubiū ei eſt quomo
do cum veritate poteſt monachus omibus ſe
inferiorem et viliorē credere et pronunciare.
Sanctus Thomas in ſecunda ſecūde. q. clxi
de gradibus humilitatis loquens: ad hoc re
ſpondens ita dicit. Aliquis abſqꝫ falſitate
poteſt ſe credere et pronunciare viliorē ſecun
dum defectus occultos quos in ſe habet et re
cognoſcit: et dona dei que in eis latēt. Unde
Auguſtinꝰ libro de ꝟginitate dicit. Exiſtima
te aliquos in occulto ſuperiores quibꝰ eſtis ī
manifeſto meliores. Preterea hoc idē argu
it Bernardus ſuper cantica. ex ignorantia
qua habemus ſtatus noſtri apud deuꝫ dicēs
Si enī in quo iam ſtatu vnūquēqꝫ noſtrum
habeat deus liquido cognoſceremus. nec ſu
pra ſane nec infra: ſed cedere deberemus ve
ritati in omibus acquieſcentes. Nunc aūt qr
hoc abſconditū eſt a nobis vt nemo ſciat ſi di
gnus ſit amore vel odio. iuſtius tutiuſqꝫ pro
fecto nouiſſimū locum nobis eligimus. De

quo poſtmoduz cum honore ſuperius educa-
mur.ꝙ preſumimꝰ altiorē / vnde cedere mox
oportebat cū rubore / Nō eſt periculū q̄tūcū-
qꝫ te reputes minorē ꝙ ſis / hoc eſt ꝙ te veri-
tas habeat / Eſt autē grāde malū horrenduz
periculū ſi vl̄ modice plus vero te extollas: ſi
vel vni viro in tua cogitatione te p̄feras quē
forte parem te veritas tibi indicat / aut etiam
ſuperiorē. q̄obrē noli te homo cōparare ma
ioribus noli aliquibus noli vni. Notandū
eſt hoc loco illud preclariſſimū dictū gregorii
Tanto vnaqueqꝫ aīa fit gratioſior ante ocu
los dei. q̄to pro amore veritatis deſpectior fu
it ante oculos ſuos / hinc ad ſaul dicitur / Nō
ne cū paruulus eſſes in oculis tuis caput iſra
el factus es: ac ſi aperte dicat. magnus tūc fu
iſti quia deſpectus tibi: ſed nunc quia magnꝰ
tibi factus es: es deſpectus michi / Tanto er-
go fit vilior deo. q̄to precioſior ſibi: tanto pre
cioſor eſt deo. q̄to propter eum vilior ſibi. Se
quitur (humilians ſe et dicens cū propheta)
p̄s. xxi (Ego autē ſum vermis) ſcꝫ per fragi-
litatē et vilitatē. iob xxv. Homo putredo / et
filiꝰ hoīs vermis. Monachꝰ eī quaſi vermē
quo nichil in creaturis vilius eſt ſe exiſtimat /
cū oībus ſe viliorem et inferiorē ex aīo credit.
(Non homo) id eſt alicuius honoris. ſicut ho
mo: quaſi diceret / Vilior et inferior ſū omībꝰ
ſicut vermis. et nō ſū alicuius honoris. vel di-
gnitatis ſicut homo / quia per peccatū amiſi
dignitatē quā habui. ad imaginē et ſimilitu
dinē dei factus / p̄s. Homo cū ī honore eſſet
non intellexit / cōparatus eſt iumentis inſipi
entibus. et ſimilis factus eſt illis (Opprobri-
um hominuz et abiectio plebis) id eſt tam a
maioribus ꝙ a minoribus dignus vilipendi
et concu[l]cari / et nullo honore dignus haberi.
Item inducit illud p̄s. lxxxvii (Exaltatus
autem humiliatus ſum et confuſus) Conti-
nuando ad precedentia ſenſus eſt / Exaltatꝰ
autē. ſiue prius in ſeculo apud homines per
honores mundanos / ſiue nūc exaltatꝰ in hoc.
ꝙ ad diſcipulatum xp̄i et ſublimem religio-
nis ſtatū ſum vocatus / ſiue exaltatus. quia in
religione ipſa ad prelationis dignitatē ſum
aſſumptus / Nichilominus humiliatus ſum
in aīo meo attendens. quod dicitur eccleſia-
ſtici iii. Quanto magnꝰ es humilia te in oī-
bus / Unde de prelato cui locus iſte compete
re videtur. dicit beatus Auguſtinus in regu-
la ſubditis loquēs / honore corā deo prelatus
ſit vobis: timore corā deo ſit proſtratus pedi
bus veſtris (Et confuſus) id eſt nō modo hu
miliatus ſū: ſed me confuſibilē omībuſqꝫ vili
orem exiſtimaui / ſciēs illud quod beatus hie
ronymus dicit ſuper math / ꝙ nichil ita gra-
tum deo faciat ꝛ hominibus / ꝙ ſi vite merito
magni: ſed humilitate infimi videamur / yſi-
dorus / Tunc ſe quiſquis monachum iudicet /
quando ſe minimū exiſtimauerit. etiā cū ope
ra maiora virtutū geſſerit. Item tertio in
ducit illud p̄s. cxviii (Bonū michi quod hu-
miliaſti me. vt diſcam mādata tua) Vox iſta
que dauid eſt. diuerſis temptationibꝰ eruditi
ad diſcipulū optime pertinet / cui nō ſolū gra
tiſſimū eſt: ſꝫ gratias refert deo / ꝙ ad hūc hu-
militatis ſtatū ſiue gradū diuino munere ve
nerit. in quo legem dei frequentius meditan
do / eruditionē maiorū audiendo / ac intuen-
do honorū conuerſationē abundantius. ꝙ in
ſeculo factus. illuminatus pleniꝰ addiſcit mā
data dei. quo ſcꝫ ardore. qua ſinceritate ac di-
ligentia adimplenda ſunt.

Octauus humilitatis gradus eſt. Si
nichil agat monachus niſi quod com
munis monaſterii regula vel maiorū
cohortantur exēpla) Senſus clarꝰ eſt / Octa
uum graduz hūilitatis conſcendit / qui nichil
ad propriū arbitriū. ad propriā voluntatē / p-
prio ſenſu agit. niſi quod cōmunis monaſte-
ſterii regula facit / vel exempla maiorū ſuorū
cohortantur / Non videtur michi in hoc loco
per maiores intelligi vt aliqui voluerunt pa
tres antiquos heremitas / qui maxime fuerūt
abſtinētie ꝛ laboris. in vigiliis. oroībꝰ ꝛ huiuſ
modi obſeruātiis religionis / quia imitari ta
les ſine expreſſo abbatis conſēſu fortaſſe pa-
reret turbationē / et ſcandala in congregatio
ne / et varietatē plurimā inter fratres / ſed per
maiores intelligi videntur maiores ipſiꝰ mo
naſterii / qui non ſolū doctrina verbi. ſed exem
plo ſancte cōuerſationis ſubditos ſuos exhor
tantur / ad religionis perfectionem. Circa
hunc humilitatis gradum vtile erit repete-
re illud verbum beati bernardi ſuper canti.
Grande malū ꝑpria voluntas / q̄ fit vt ſbona
tua oīno nō ſint bona / Eteni ſi in die ieiunii
mei inuenit̄ volūtas mea / nō tale ieiuniū ele
git dn̄s / nec ſapit illi ieiuniū meū. qđ nō obe-
dientiā ſꝫ iudiciū volūtatis ꝑprie ſapit / Ego

autē non ſolū de ieiunio meo. ſed de ſilencio. de vigiliis. de oratione. de lectōne. de ope manuum. poſtremo de omi obſeruantia monachi. vbi inuenitur volūtas ſua in eo. et nō obedientia magiſtri ſui (id ipſū ſentio) minime prorſus obſeruantias illas: et ſi bona in ſe tamen inter virtutes cenſuerim deputandas/ De odienda propria voluntate plura in ſuperioribus notata ſunt/ tam circa inſtrumentum lviii. ꝙ circa ſecundū gradū humilitatis

Capitulū lxv: de ix. x. xi. et xii. humilitatis gradibus.

Nonus hūilitatis gradus eſt/ ſi linguā ad loquēdum prohibeat monachus: et taciturnitatē habēs vſqꝫ ad interrogationē non loquatur. monſtrante ſcriptura/ Quia in multiloquio nō effugietur peccatū/ Et quia vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.

Decimus huilitatis gradꝰ eſt/ ſi non ſit facilis ac prōptus in riſu: quia ſcriptū eſt. Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.

Undecimus huilitatis gradus eſt/ ſi cū loquit̄ monachꝰ leuit̄ ⁊ ſine riſu. huilit̄. cū grauitate. pauca vba ⁊ rationabilia loquat̄/ et nō ſit clamoſus in voce: ſicut ſcriptū eſt/ Sapiens verbis innoteſcit paucis.

Duodecimꝰ huilitat̄ gradꝰ eſt/ ſi non ſolū corde monachus ſꝫ etiā corpore huilitatē videntibꝰ ſe ſemp indicet/ id eſt in ope. in oratorio. in monaſterio. in in orto. in via. in agro/ vel vbicūqꝫ ſedens. ābulans. vel ſtās: inclinato ſit ſēp capite. defixis in trā aſpectibꝰ. reū ſe oī hora de pctis ſuis exiſtimās/ iā ſe tremēdo iudicio dei pñtari eſtimet/ dicēs ſp illud qđ publicanꝰ ille euāgelicus fixis in terram oculiſ dixit. Dñe nō ſū dignꝰ ego peccator leuare oculos meos ad celū/ Et iteꝝ cū ꝓpheta. Incuruatꝰ ſū ⁊ huiliatꝰ ſū vſqꝫquaqꝫ. Ergo hiis oibꝰ huilitatis gradibꝰ aſcēſis monachꝰ mox ad caritatem dei perueniet illam. que pfecta foras mittit timorem/ p quā vniuerſa que prius non ſine formidine obſeruabat. abſqꝫ labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire. nō iā timore gehenne ſed amore xpi et conſuetudine ipſa bona/ et delectatiōe virtutū. que dñs iam in operario ſuo mundo a viciis et pctis ſpiritu ſancto dignabitur demonſtrare.

Nonus humilitatis gradus eſt. Si linguam ad colloquendū prohibeat monachus et taciturnitatē habens vſqꝫ ad interrogationem non loquatur) Interrogatio hoc loco iudicio noſtro dicitur oportunitas ſiue congruitas neceſſitatis temporis/ Qui enī humilis eſt. anteꝙ̄ congruū et oportunū tēpus habeat loquēdi taciturnitatē ſeruat. qꝛ vt dr̄ puer. xv. Sermo oportunꝰ optimus eſt/ Et eiuſdē xxv/ Mala aurea ī lectis argēteis. q logt̄ vbū in tp̄e ſuo/ Et ideo eccleſiaſtici xx. dr̄/ Nō ſapiēs tacebit vſqꝫ ad tēpꝰ Aug. Loq̄la ſit ī neceſſitate: taciturnitas ī iocūditate/ Quare aūt nō loquēdū ſit ante tēpus debitū/ ſctūs pat oſtēdit duabꝰ auctoritatibꝰ. Prio ibi cū dicit (mōſtrāte ſcriptura). ſ. puer. x. qꝛ in multiloquio nō effugiet pctm̄.

Quanta autẽ mala ex multiloquio ſequun
tur/notatũ eſt circa inſtrumentũ lv/Sequitˀ
ſecunda auctoritas (Et quia vir linguoſus
non dirigetur ſuper terrã)id eſt in hac vita.
ps.cxxxix.vbi dicit glo/Vir namqz linguoſꝰ
amat mendacia.non cauens quid loquitur/
/Ideoqz nõ poteſt fieri vt dirigatur/Quiſqs
ergo vult dirigi.oportet audire anteꝙ̃ loqui:/
ſicut iacobus ait/Sit oĩs homo velox ad au-
diendũ/et tardus ad loquendũ/Nam ſi quis
vera dicat:ſz p̃ter neceſſitatẽ vir linguoſꝰeſt.

Decimus humilitatis gradus eſt (Si
non ſit facilis et promptus in riſu)
quod non de riſu moderato aut diſci-
plinato accipiendũ eſt/cũ homo natura riſibi
lis ſit:ſed de riſu indiſciplinato/qui cũ exalta
tione vocis.aut cachinnis fit/quod oſtendit
cũ ſubdit(qa ſcriptũ eſt) ſcilz eccleſiaſtici xxi
(Stultus in riſu exaltat vocẽ ſuã) Vir autẽ
ſapiens vix tacite ridebit/De hac materia
plura notata ſũt circa inſtrumentũ lv/ꝛ ideo
hic non extendimus ſermonem.

Undecimus humilitatis gradꝰ eſt(Si
cũ loquitur monachus leuiter.ꝛ ſine ri
ſu.humiliter ꝛ cũ grauitate.pauca ver
ba et ratiõabilia loquatur.et non ſit clamoſꝰ
in voce:ſicut ſcriptũ eſt.Sapiẽs verbis inno-
teſcit paucis)littera plana eſt/Ubi nota ꝙ
ſanctus pater deſcribit in hiis verbis ſeptem
conditiones/quibus ſermo diſcipuli debet eſ-
ſe adornatus./Primo vt ſit leuis ſiue ſua-
uis et dulcis.prouer.xv.Reſpõſio mollis frã
git iram/ſermo durꝰ ſuſcitat furorẽ/Eccleſia
ſtici ſexto . Verbũ dulce multiplicat amicos.
Et eiuſdem xvi/Qui ſapiens eſt corde.appel
labitur prudens/et qui dulcis eſt eloquio ma
iora reperiet./Secundo ꝙ ſit ſobrius.et mo
deſtus.ac honeſtꝰ/vt nõ ſit riſu cachinnoſo diſ
ſolutus/Fatuus enĩ in riſu exaltat vocẽ ſuaz
Vir autẽ ſapiens vix tacite ridebit.eccleſia-
ſtici xxi./Tertio ꝙ ſit humilis.non ſuperbꝰ
verboꝝ ampuloſitate elatus.p̃s. Nolite loq
ſublimia gloriantes./Quarto ꝙ ſit grauis
eccleſiaſtici v. Ne temere quid loquaris/Itẽ
eiuſdem xxi. Verba prudentũ ſtatera ponde
rabuntur./Quinto ꝙ ſit tardiloquus ſiue
rarus.eccleſiaſtici v.Sint pauci ſermões tui.
In multis ſermonibus inuenitur ſtultitia.
/Sexto ꝙ ſit rationabilis ab omĩ falſitate
et prauitate alienus/Hoc enĩ eſt veritatẽ lo
qui:ratõnabiliter loqui vt dicit Rabanus ſu
per exo.zacha.viii/Loquimini veritatẽ vnuſ
quiſqz cũ p̃xio ſuo/vt poſſit dicere diſcipulus
illud prouer.viii/Iuſti ſunt om̃es ſermones
mei/non eſt in eis prauũ nec peruerſũ./Sep
timo vt ſit demiſſus:nõ imoderata clamoſi-
tate prolatus.Seneca.Vox ſit ſine clamore.
De hac materia plura notata ſunt circa in-
ſtrumentum quinquageſimum ſecundum.

Duodecimus humilitatis gradus eſt
(Si non ſolũ corde monachus ſz etiã
corpore humiltatẽ videntibus ſe ſem-
per indicet.i.in opere.in oratorio.in monaſte
rio.in orto.in via.in agro/vel vbicũqz ſedens
aut ſtans.vel ãbulãs inclinato ſit ſemp capi-
te defixis in terrã aſpectibꝰ)Textus planus
eſt/Iſte gradus huĩlitatis reſpõdet p̃io gra-
dui quẽ beatꝰ Bernar. ponit inter duodeci
gradꝰſup̃bie q dr̃ curioſitas.que eſt qñ mona
chus vbicũqz ſtat.ãbulat.ſedet:oculis vagatˀ
caput erectũ et aures ſuſpenſas portans. Cõ
ſequẽter ſctũs pater Bñdictꝰ inducit q̃ttuor
q̃ diſcipulũ debent mouere ad hoc/vt inclina
to capite et oculis in terrã defixis ſemper ã-
bulet/niſi neceſſitas aliqua aut officii condi
tio illud impediat./Primũ eſt memoria pec
catorũ cũ ait(reũ ſe oĩ hora de p̃ctis ſuis exi-
ſtimans)ſecunduz illud dauid. Peccaui ſup
numerũ arene maris/et multiplicata ſũt pec
cata mea/ꝛ non ſũ dignꝰ videre altitudinẽ ce
li/pre multitudine iniq̃tatis mee:qm̃ irritaui
irã tua.ꝛ malũ corã te feci/Ambro./Sapiens
ſi epuletˀ.ſi cogitet.ſi oret ac dep̃cetˀ:ante ocu-
los eiꝰ ſemp error p̃priꝰ eſt/et momẽtis oĩbꝰ
pulſat culpa cõſcientiã.nec q̃ſcere nec obliui
ſci ſinit./Scd̃z eſt memoria futuri iudicii cũ
ſubdit(iã ſe iudicio tremẽdo dei p̃ſẽtari exiſti
met)Hierony./Certe ſi mẽte cernerẽt hoĩes
quale iudiciũ ĩminet mũdo.ſenſꝰ hũanꝰ non
vanitate diſp̃gerẽtˀ:ſi nõ infidelitate graua-
retur/Filioli memoremur nouiſſima nr̃a ne
peccemꝰ/Hec enĩ recordatio maxime facit ti
moratũ:timor enĩ p̃ctm̃ expellat/negligẽtia
nõ admittat./Tertiũ eſt exẽplũ euãgelici
publicani cũ ſequitˀ(Dicens ſibi in corde ſẽ-
per illud qđ publicanꝰ ille euangelicꝰ fixis ĩ
terrã oculis dixit/Dñe nõ ſũ dignꝰ ego pec-
cator leuare oculos meos ad celũ)luce xviii
/Publicanus hic qui nobis in exemplum pro
ponitur oculos ad celũ leuare non p̃ſumebat

ſciebat eī ibi eſſe patrē ſuū a cuius dulcedine receſſerat:et ideo erubeſcebat ſurſū aſpicere. Item conſiderabat ꝙ celū et gloriā eius perdiderat propter peccatū et illud aſpicere ſibi dolor erat. Itē qr peccator erat videre celum vbi eſt dei preſentia. paradiſi gloria. ſanctoꝝ curia. indignū ſe reputabat:ſꝫ aſpiciebat terram quā celo pretulerat. Theophilus. Verebatur oculos leuare/cēſens indignos viſiōis ſuperne eos qui maluerūt bona terrena ſpectare et querere. Quartū eſt exemplū prophete cū ſequitur (Et itē cū propheta. Incuruatꝰ ſū et hūiliatus ſū vſquequaqꝫ) Partim hoc dicit ꝑpheta p̄s. cxviii. Et hūiliatus ſū vſquequaqꝫ. Curuitas refertur ad corpus:hūilitas vero ad aīaꝫ. Verus enī penitēs corpe et aīo hūilitatē debet ſeruare. Sequitur (Ergo hiis omibus hūilitatis gradibus aſcenſis monachus mox ad caritatē dei perueniet) Diſpoſita ſcala ꝑ xii. gradꝰ huilitatis/ponit ſctūs pater concluſionē: fructū ſcꝫ ⁊ vtilitatē aſcenſus dicens. Monachꝰ quidē q ante poſitos aſcēdit gradus mox ad caritatē ꝑuenit q̄ vinculū eſt ꝑfectionis. Dicit enī Aug. de v̄bis dn̄i. Fode in te fundamentū huilitatis/et ꝑuenies ad faſtigiū caritatis. Conſequēter ſctūs pater attribuit duos effectꝰ ipſi caritati. Primꝰ eſt (que ꝑfecta foras mittit timorē) prime io. iiii. Perfecta caritas foras mittit timorē. glo. interli. i. ſeruilem. Ambroſiꝰ. Caritas excludit timorē. vt miles q diligit imperatorē bella ꝑ imperatore ſuſcepta non metuit. ⁊ ſeruus amās dn̄ꝫ q̄uis ꝑ prerupta mittat̄ tn̄ oīa pericula dn̄i amore contēnit. Et ſi quis dn̄ꝫ petat ſeipſū offerre non trepidat. Secundꝰ effectꝰ eſt ꝙ onꝰ et iugū diſcipline religionis leue dulce reddit ac ſuaue: cuꝫ ſubdit (per quā) ſcꝫ caritatē (vniuerſa q̄ priꝰ non ſine formidine obſeruabat/abſqꝫ vllo labore velut naturaliter) id eſt faciliter ⁊ prompte (ex cōſuetudine) q̄ eſt altera natura vt dicit philoſophꝰ (incipiet cuſtodire:nō tam timore gehenne ſꝫ amore xp̄i et cōſuetudine ipſa bona et delectatōe v̄tutū) De iſtis duobus effectibus caritatis Augu. ſimul loquit̄ libro de ꝑfectione iuſtitie ſic/perfecta caritas foras mittit timorē: ecce primū/et facit p̄cepti ſarcinā leuē non ſolū p̄mentē onere ponderū/verum etiā ſubleuantē vite penaꝝ/ecce ſecundū. Itē idē in eodē. Nullo modo ſūt oneroſi labores amantiū/ſed etiā delectabiles ſicut venantium et aucupantiū et piſcantiū. Itē bernardꝰ ſuper canti. Ubi amor eſt labor non eſt:ſꝫ ſapor. Sequit̄ (que dn̄s) ſcꝫ amorē xp̄i (iā) ſcꝫ aſcenſis oībꝰ gradibꝰ (in operariū ſuū). i. diſcipulū qui in orto religionis laborat eradicādo vicia et plantādo v̄tutes/vt tandē fructū dulciſſimū colligat eterne beatitudinis (mūdū a viciis et a pctīs ſpū ſancto dignabit̄ demonſtrare) Merito ſpūi ſctō attribuit mundationē a pctīs/qm̄ ipſiꝰ totiꝰ ſanctificatiōis ⁊ mundatōis aīorū nr̄oꝝ actor eſt. Vn̄ puer. viii. dr̄/ꝙ vniuerſa delicta operit caritas/que apoſtolo teſte ad ro. v. Diffuſa eſt in cordibꝰ nr̄is ꝑ ſpm̄ ſctm̄ q datꝰ eſt nobis. Itē in ſignū huiꝰ io. xx. dr̄. Accipite ſpm̄ ſctm̄. quorū remiſeritis pctā remittēt̄ eis. et p̄s. ait. Emitte ſpiritum ⁊c. ſequit̄. Et renouabis faciem terre. Et yſaie.iiii. Si abluerit dn̄s ſordes filiaruꝫ ſyon et ſanguinē lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii et ſpiritu ardoris.

Capitulū lxvi:et eſt capitulū octauū regule de officiis diuinis in noctibus. vbi ꝙ diuinis laudibus inſiſtendū ſit/ et quare maxime nocturnis.

Hyemis tempore/id eſt a kalendis nouembris vſqꝫ ad paſca iuxta cōſiderationē rationis octaua hora noctis ſurgēdū eſt/vt modice ăplꝰ de media nocte pauſet:et iā digeſti ſurgant. Qđ vo reſtat poſt vigilias a fribus q̄ pſalterii vel lectionū aliqđ indigēt:meditatōni inſeruiat. A paſca aūt vſqꝫ ad ſupradictas kalendas nouēbris ſic tēperet̄ hora vigiliarū agēda: vt paruiſſimo īteruallo quo fratres ad neceſſaria nature exeant cuſtodito mox matutini qui incipiēte luce agēdi ſunt ſubſequantur.

Hyemis tempore ⁊c) Poſtq̃ beatꝰ pa
ter Benedictus ſub figura ſcale du/
odecim graduuꝫ integrã perfectãqꝫ
humilitatẽ deſcripſit/quã diſcipulus ample
cti debet tanq̃ perfectionis magiſtrã/Con/
ſequenter nunc de officiis diuinis ſubiungit/
que ſunt laudare et benedicere deũ/Illud ei
officiũ deo acceptũ eſt quod ab illis agitur/q
per humilitatis ſcalã aſcendentes/ad perfe/
ctionis magiſteriũ feſtinant cõſcendere/Alio
quin propheta dicente/Non eſt digna laus
in ore peccatoris/Daturus igitur ſanctus
pater regulam de officiis diuinis dicendis a
nocturnis inchoat dicens (Hyemis tempo/
re ⁊c.i. a kalendis nouembris vſqꝫ ad paſca
iuxta conſideratione rationis: octaua hora
noctis ſurgendum eſt vt modice amplius de
media nocte pauſetur:et iã digeſti ſurgant)
Sed querit quomodo accipiẽda ſit iſta octa
ua hora cũ oẽs noctes non ſint equales/Vñ
in kalendis nouẽbris et ianuarii octaua ho
ra videtur eſſe in media nocte/in menſe vero
decembris eſt ante mediã noctẽ/Ad hoc vide
tur nobis dicendũ/ꝙ cũ ſanctus Benedictꝰ
dicat ꝙ hora octaua ſurgendũ ſit/vt modice
amplius de media nocte pauſetur/apte deſi/
gnat ꝙ octaua hora ſit poſt mediam nocteꝫ/
et per conſequens quod non veniat accipien
da ſecundũ ordinẽ horaruꝫ noctis cuiuſlibet
menſis/ſcꝫ ſecundũ ꝓportionẽ ad tempus ka/
lendarũ nouembris/Et hoc eſt ꝙ ſanctus pa
ter dicit iuxta cõſideratione rationis ſumpte
ſcꝫ a kalendis nouembris/Et cauſã aſſignãſ
quare tantũ tempus detur pauſationi ⁊ qui
eti dicit/vt iam digeſti:id ẽ iam decoctis cibiſ
atqꝫ depoſitis leuiores facti a grauitate cibo
rũ:ſurgant peruigiles ad officiũ diuinum de
uote peragẽdũ. Unde hierony. Ad oratione
tibi nocte ſurgenti non indigeſtio ructũ faci
at:ſed inanitas/homo autẽ ſobrius ſatis eſſe
poteſt per mediã noctẽ hyemali tempore di/
geſtionẽ celebraſſe. Sequitur (quod vero) ſcꝫ
temporis ſpaciũ (poſt vigilias) quas noctur
nale officiũ vocat quod imediatũ dicitur cuꝫ
ſurgitur ad vigilias cũ pſalmis lectionibuſ ⁊
reſponſoriis (reſtat a fratribus qui pſalterii
vel lectionũ aliquid indigent) ante laudes q̃
matutini dicũtur (inſeruiatur) id eſt occupet
(meditationi) Nota ꝙ non dicit quieti aut
dormitioni: ſed meditationi a fratribus qui
indigent.i.neceſſe habent aliquid pſalterii vel
lectionũ legere ꝑſcrutari aut ꝓuidere. Quãtũ
vero ad continentie puritatẽ vigilie noctur/
ne faciant oſtendit Caſſianus ſic dicens/An
te omia vero peruigil neceſſaria eſt ſollicitu
do nocturna. Nam ſicut puritas et cuſtodia
diei nocturnã preparant caſtitatem/ita no/
cturne vigilie cordi pariter ⁊ obſeruationi di
urne ſtatum ſolidiſſimũ roburqꝫ promittunt
Sequitur (A paſca aũt vſqꝫ ad ſupradictas
kalendas nouembris ſic temperetur hora vi
giliaruꝫ agenda/vt paruiſſimo inteteruallo
quo fratres ad neceſſaria nature exeãt cuſto
dito:mox matutini qui incipiente luce agen
di ſunt ſubſequantur) Senſus planꝰ eſt/Ec
ce ꝙ de agendis vigiliis beatus pater bene/
dictus duplicem diſtribuit rationẽ/ſecunduꝫ
duas partes in quas totũ annũ diuiſit/vide
licet a kalẽdis nouembris vſqꝫ ad paſca/Et
a paſca vſqꝫ ad kalẽdas nouẽbris/De lau/
dibus vero dicendis vnã ſolũ diſponit ratio/
nem/videlicet vt incipiente luce.i. tenui au/
rora: tunc enim lux incipere noſcitur:regula
riter agantur tam ſcꝫ in hyeme q̃ in eſtate.

Circa hoc autẽ capitulũ dimiſſis multis q̃
dici poſſent conſiderationis noſtre oculos ſo
lum ad ea que diſcipuluꝫ huius ſchole diuini
ſeruicii edificare poſſent extendentes/notan
da ducemus duo. Primo rationes quibus
diuinis laudibus inſiſtendũ ſit/Officiũ enĩ ĩ
hoc loco pro diuina laude accipiẽdũ eſt/Vñ
baſilius in regula. Officiũ bonorũ eſt deũ iu
giter laudare et amare/Studeat igitur deũ
laudare et amare/qui concupiſcit ad eius cõ
ſorcium peruenire. Secundo q̃ laudabi/
le ſit ſurgere ad officium ſiue laudes noctur
nas. Circa primum notandum ꝙ ad lau/
des deo perſoluendas multa nos incitant.

Primo ſacra ſcriptura. pſalmo xlix. Im/
mola deo ſacrificium laudis/Item. Pſallite
deo noſtro pſallite/Et eccleſiaſtici.xxxix./In
omĩ corde et ore collaudate et benedicite no
men domini/Et ad hebreos xiii. Offeramꝰ
hoſtiam laudis ſemper deo/Et pſalmo vlti
mo. Omnis ſpiritus laudet dominũ. Se
cundo altitudo magnificẽtie diuine/pſalmo
cxliiii./Per ſingulos dies benedicam tibi et
laudabo nomen tuum in ſeculum ſeculi/Et
cauſã ſubiungit dicens/Magnus dñs ⁊ lau
dabilis nimis et magnitudis eiꝰ nõ eſt finis/

Hugo de ſancto victore ¶ Laudemus in deo
potentiā. magnificemus pietatē. imitemur
ſapientiā. extollamus generoſitatē. approbe
m⁹ equitatē. ¶ Tertio incitat oīs creatura.
Grego. Mirū eſt ꝙ hō ſemper deū non lau/
dat: quia quelibet creatura ad eū laudandū
ſemper inuitat. Opera laudabilia artificem
laudabilē oſtēdūt. eccleſiaſtici ix In manu ar
tificū opera laudabunt. Aug⁹. Ceterū arbo/
res et oīa terrena deū laudāt: qꝛ cū iſta vide
mus et creatorē q fecit ea conſideram⁹ de il/
lis naſcit̄ nobis laus ipſi⁹. ¶ Quarto incitat
bn̄ficiū creatiōis. p̄s. Jubilate deo oīs terra
et cetā / Et addens cauſā. d. qm̄ ipſe eſt de⁹ / ip
ſe fecit nos et non ipſi nos / Aug⁹ libro confeſ
ſionū. Tu de⁹ excitas nos vt laudare te nos
delectet. qꝛ feciſti nos et īquietū eſt cor noſtrū.
donec quieſcat in te. ¶ Quito marie bn̄ficiū
redēptiōis / Vn̄ nato ſaluatore nr̄o facta eſt
multitudo milicie celeſtis laudantiū deū ꝛc.
Luce ii. ad puocandū hoīes ad dei laudē / Et
p̄s. Confiteant̄ tibi populi deus cōfiteant̄ ti
bi populi oēs / et addit̄ cauſa. terra dedit fru/
ctū ſuū / Terra dicit̄ beatiſſima ꝟgo. q̄ nobis
fructū ꝓtulit ſalutis. / Et p̄s. cxliii. Deus cā
ticū nouū cantabo tibi / Et cauſā ſubdens ait.
qui das ſalutē regib⁹. qui redemiſti dauid ſer
uū tuū de gladio maligno. ¶ Sexto qꝛ hoī
ipſa loq̄la data eſt ad laudandum deū / Vn̄
q deū non laudat. mut⁹ reputand⁹ eſt. Aug.
Ve tacentib⁹ de te / qm̄ loquaces muti ſunt.
¶ Idē. Qui hic incipit tacere in futuro mutus
erit / quare laudand⁹ eſt deus ſiue blandiat̄ ī
ꝓſperis ſiue caſtiget in aduerſis. p̄s. Semper
laus ei⁹ in ore meo / Hieronym⁹. Felix ligua
/ q̄ non nouit niſi de diuinis texere ſermonē /
¶ Septio incitat ad laudē dei nobilitas opa
tionis. / Laudatio enī dei eſt opatio valde no
bilis. cū angeli et aīe iā beate huic opationi ī
tendant. p̄s. Beati q habitant in domo tua
dn̄e in ſecula ſeculorū laudabūt te / Multuz
quidē gaudere deberet. q in terris conſtitut⁹
ad hanc celeſtē opationē admittitur exercen
dā / Aug in libro de doctrina xp̄iana / De⁹ cū
de illo nichil digne poſſit dici. admiſit huma
ne vocis obſequiū / ꝛ verbis nr̄is in laude ſua
nos gaudere voluit / Bernar. ſup canti. Ni/
chil ita ꝓprie in terris celeſtis habitatiōis ſta
tū repſentat / ſicut alacritas laudantiū deum
Quare dicit hierony. ſup yſaiā / Inueniat̄ in
eccleſia vox laudis / vt qd̄ ī celis facturi ſum⁹
cū angelis / hoc etiā iugiter in dei laude me/
ditemur in terris. ¶ Octauo incitat: qꝛ hoc
officiū eſt deo gratiſſimū / p̄s. xlix. Sacrificiū
laudis honorificabit me. / Caſſiodor⁹ ſup p̄s.
cxviii. Laudes deo in ocio exhibere gratiſſi/
mum eſt: / ſed in tribulatione amplius. ¶ No
no incitat nos ad diuinas laudes hoc: qꝛ offi
ciū iſtud eſt demoni valde infeſtū / Fugat enī
malignū ſpiritū. primi regū xvi / Ecce ſpirit⁹
dn̄i malus exagitat te. Jubeat dn̄s noſter rex
et ſerui tui q corā te ſunt querent hoīez ſcien
tem pſallere in cythara; / vt quādo arripuerit
te ſpūs dn̄i malus. pſallat manu ſua ꝛ leuius
feras / Et ſubditur ī eodē capitulo. dauid tol/
lebat cytharam ꝛc. et leuius ferebat ſaul. p̄s.
/ Laudans inuocabo dn̄z et ab inimicis meis
ſalu⁹ ero / Effren libro de cōpunctione. Quē
admodū autem puluis a vehementia venti
ſpargitur: / ſic aduerſarius noſter quando vox
noſtra in dei laudibus reſonat ad nichilū re/
digitur. ¶ Decimo incitat nos ad hoc vtili
tas maxima huius officii / Preparat eī laus
diuina viā ſpiritui ſancto. Unde gregori⁹ ſu
per ezechielē. Cū vox pſalmodie per intenti/
onē cordis agitur / oīpottēi dn̄o iter ad cor ꝑ
paratur. quarti regū iii. / Cuz caneret pſaltes
facta eſt ſuper heliſeū man⁹ dn̄i / Itē hoīez le
tificat. p̄s. / Exultabunt labia mea cū canta/
uero tibi / Jaco. v. Triſtatur quis ī vobis / oret
equo aīo et pſallat. gloſa. Crebra pſalmodie
dulcedine nociuā triſtitie peſtem de corde ex/
pellas / Itē glo. ſuper p̄s. cxliii / Laus diuina
bonorū eſt refectio / vt nulla videatur ei ſimi/
lis delectatio / ipſa eſt remuneratio que ꝛ ope
ratio. / Circa ſecūdū notandū ꝙ valde lauda/
bile eſt ad matutinas libēter ſurgere / ꝛ de no
cte diuine laudi intēdere / Ad hoc mouemur.
¶ Prīo ſacra ſciptura incitante. Vn̄ treñ. iii
dicitur / Conſurge id eſt ſimul cuz aliis ſurge
lauda in nocte / Itē danielis tertio. Benedi/
cite noctes et dies domio. ¶ Secundo exem
plis multis / Et prīo ſctōꝝ aīaliū que requiē
nō habent die ac nocte dicētia: ſctūs ſanctus
ſctūs dn̄s deus omipotens qui erat qui eſt et
qui venturus eſt. apoca. iiii. Itē yſa. lxii. dicit̄
de cuſtodib⁹ eccleſie / tota die et tota nocte nō
tacebunt laudare nomen dn̄i / Itē exēplo ſan
ctiſſimi regis et prophete dauid. qui nec occu
pationib⁹ regiis: proxiis nec diurnis. nec no/

cturnis retrahebatur/ quin de nocte ſurgeret et valde cito ad laudes diuinas. Vñ ſcriptuꝫ eſt in p̄s. Media nocte ſurgebã ad ꝯfitendũ tibi. Itẽ exẽplo xp̄i: qui interdũ nõ ſolũ partẽ noctis/ ſed etiã totã noctẽ expẽdebat orando/ lu. vi. Et erat pnoctãs in oratõe. Itẽ exẽplo beatoꝝ pauli et ſyle/ q nõ impediebãt anguſtia carceris quin in media nocte orantes laudarent deũ/ act. xvii. Infelices plane religioſi ſõnolenti/ q taliũ et tantoꝝ exẽplo non excitant̃ ad ſurgendũ nocte/ ad laudes matutinas deo pſoluẽdas. Preterea tertio mulieres ſolẽt ſurgere de nocte ꝓ ſollicitudine domus ſue/ puer. vltio. De nocte ſurrexit dedit qꝫ predã domeſticis ſuis/ ꝛ cibaria ancillis ſuis. Itẽ artifices magna parte noctis vigilãt ꝓ lucro/ eccleſiaſtici xxxvi. Oĩs faber ferrarius/ q noctẽ tanq̃ diẽ tranſiit. Itẽ ſtudẽtes ſapiẽtie citiꝰ artificibꝰ ſurgũt de nocte. Refert hieronymus demoſthenẽ dixiſſe ſe oẽs artifices vigiliis p̄ueniſſe/ Si ergo ſtudioſi ꝓ ſapiẽtia acqrenda/ artifices ꝓ lucro/ mulieres procura domꝰ ſue ſic ſurgũt de nocte/ q̃tomagis decet ſeruos dei ꝓ ſeruicio regis eterni ſurgere de nocte. Inde eſt qđ dicit paulꝰ ſcđe corin. vi. In oĩbꝰ exhibeamꝰ noſmetipſos ſicut dei miniſtros/ Et ſubiũgit/ In vigiliis: inuens ꝙ nõ ſit verꝰ dei miſter/ q refugit ſacras vigilias. Itẽ quarto. Tp̄s nocturnũ aptiꝰ eſt actibꝰ contẽplatiue vite/ et quietiꝰ eſt ꝛ liberiꝰ ab occupationibꝰ mundi/ Et ideo dr̃ in p̄s. In die mãdauit dñs miaꝫ ſuã ſcꝫ opera actiue vite/ ꝛ nocte canticũ eiꝰ/ qđ eſt vite contẽplatiue.

Itẽ qnto. cõueniẽs ẽ valde vt nocturno tp̄e qñ mali deũ inhonorãt/ boni deũ glorificẽt ꝛ laudẽt. Sexto qꝛ hoſtis eccleſie ſcꝫ diabolꝰ/ nõ ſolũ ĩpugnat de die ſed etiã de nocte. Gregoriꝰ. Nõ dormitabit neqꝫ dormiet qui impugnat iſrael: cui reſiſtit̃ ꝑ ſacras vigilias.

Septio vt tp̄a tẽptatiõs carnis euadamꝰ/ cuiuſmodi eſt tẽpꝰ nocturnũ/ Sõnolentos eĩ cõcomitant̃ frequẽter carnales tẽptationes/ ꝓpter qđ hec duo tangit apoſto. ro. xiii. Nõ ĩ cubilibꝰ et impudiciciis. Has aũt reprimũt honeſte vigilie/ Iuxta illud eccleſiaſtici xiii. Vigilia honeſtatis calefaciet carnes. Octauo. qꝛ ſurgere ad matutinas cũ valde penoſũ ſit/ Vñ paulꝰ inter labores ſuos/ ſcđe cori. xii enumerat vigilias dicẽs/ In vigiliis multis: multũ meritoriuꝫ eſſe videt̃ ſurgere de nocte ad laudes diuinas/ Quare ſctũs dauid ingt/ In noctibꝰ extollite manꝰ vr̃as ĩ ſancta/ et bñdicite dñꝫ. Nono qꝛ frequenter in nocte vtpote in ſilẽcii tp̄e dñs viſitat aĩam/ et emittit cõſolatõẽs internas/ iob xxxv. Qui dedit carmina in nocte. i. cõſolatõẽs gaudioſas. Decimo/ qꝛ non mõ eſt aĩe ſalutare multipliciter/ vt dictũ eſt ſꝫ et corpoi ſalubre/ Surgẽtes eĩ ad matutinas multis modis corpalit̃ purgãtur/ qđ multũ confert ſanitati corpali. Patet ergo ꝙ libent̃ debeat ſurgere diſcipulꝰ ad matutinas. Et hoc pro preſenti capitulo.

Capitulũ lxvii. et eſt ix rl̃e. quãti ſiue quot pſalmi dicendi ſũt in nocturnis horis: vbi de vario modo inchoãdi diuinas laudes/ et q̃re in oĩbus laudibus dicit̃ deꝰ in adiutoriũ.

Hyemis tempore/ premiſſo in primis verſu. Deus in adiutoriũ meuꝫ intende. dñe ad adiuuandũ me feſtina. In ſecũdo ter dicendũ ẽ. Dñe labia mea aperies: et os meũ ãnũciabit laudẽ tuã. Cui ſubiũgendꝰ eſt tertius p̄s et glia. Poſt hunc p̄s nonageſimꝰ qrtꝰ cũ ãtiphona aut certe decãtandꝰ/ Inde ſequat̃ ãbroſianũ: deĩde ſex pſalmi cũ antiphonis. qbꝰ dictis dicto v̄ſu bñdicat abbas. Et ſedentibꝰ oĩbꝰ in ſcãnis legant̃ viciſſim a frĩbꝰ in codice ſup analogiũ tres lectõẽs/ inter quas tria reſpõſoria canant̃/ Duo rñſoria ſine gloria dicãtur/ Poſt tertiã vero lectõeꝫ q̃ cantat dicat gliaꝫ/ Quã dũ incipit cãtor dicere/ mox oẽs de ſedilibus ſuis ſurgant/ ob honorẽ et reuerentiã ſancte trinitatis/ Codices aũt legant̃ in vigiliis. tã veteris teſta-

menti ꝙ noui diuine auctorita/
tis:ſed et expoſitiones earū que
a nomīatiſſimis doctorib⁹ ortho
doxis ⁊ catholicis patribus facte
ſunt. Poſt has vero tres lectiōes
cū reſponſorijs ſuis/ ſequantur
reliqui ſex pſalmi cū allelulya ca
nendi/ poſt hos lectio apoſtoli ſe/
quatur ex corde recitāda/ et vſus
et ſupplicatio letanie/ id eſt kyri
eleyſon:et ſic finantur vigilie no
cturne:

Determinata hora ſurgendi ad vigi
lias nocturnas ſanctus pater Bn̄/
dictus incipit tractare qualiter deo
in nocturnis horis ſeruiendū ſit/ exprimens
numerū pſalmorū qui decantandi ſūt dicēs
(Hyemis tempore:premiſſo in primis verſu
deus in adiutorium meū intende dn̄e ad ad/
iuuandū me feſtina) Quia eni vt dn̄s ait i
euangelio io. xv/ Sine me nichil poteſtis fa/
cere/ Merito ſanctus pater officiū diuinū a
deuota oratione inchoandū diſpoſuit/ que ſe
cunduꝫ doctrinā in collationibus a patribus
traditā/ in omni articulo inceſſabili iugitate
fundenda eſt in proſperis/ et in aduerſis/ In
proſperis vt coſeruemur nec extollamur/ in
aduerſis vt eruamur. Preterea cū ſecunduꝫ
apoſtolum pr̄e corin. x. Omia in dei noīe fa
cienda ſunt:merito eſt ab eo inchoandū/ Itē
gloſa ſuper illud p̄s. lxix/ Deus in adiutoriū
meū intende dicit/ Nota ꝙ verſiculus iſte an
te om̄es horas in inicio predicitur/ quia cum
orare debemus/ maxime tunc temptare niti
tur diabolus vt muſce morientes perdant ſu
auitatem vnguenti/ Cōtra ergo illius inſul/
tus auxiliū a dn̄o poſtulamus ante omnia/

Circa hoc autē notandū eſt ꝙ cōuenit tri
bus modis peccare/ videlicet corde. ore/ ⁊ ope.
Ideoqꝫ tribus modis vt dicitur in rationali
diuinorū officiorū hore inchoantur/ videlicꝫ
completorium per Cōuerte nos deus ſaluta
ris noſter. cōtra peccatū cordis/ nocturne ho/
re per dn̄e labia mea aperies. contra peccatū
oris/ Alie vero hore per de⁹ in adiutoriū meū
intende cōtra peccatū operis/ Et quoniaꝫ in
peccato cordis et oris eſt aliud operis/ iam in
omibus horis tam nocturnis ꝙ diurnis dici
tur deus in adiutoriū meum intende. Mo/
nachi vero ex inſtitutione ſancti patris Be/
nedicti in hoc capitulo. dicunt primo in no/
cturnis horis. Deus in adiutoriū/ Et poſtea
domīe labia/ quia ſine dei adiutorio nec cor
nec labia ad ipſi⁹ laudē apiri valēt. Preterea
notandū ꝙ ſacerdos dū dicit. Deus in adiu
torium meū intende/ ſigno crucis ſe munit/ et
ita ſinguli i choro pſallētes/ ad effugandū il
li⁹ v̄tute quālibet diaboli v̄ſuciā ⁊ poteſtatē.
Valde eni timet diabolus ſignū crucis/ Vn̄
criſoſtomus. Vbicūqꝫ demones ſignū crucis
viderint fugiunt/ timētes baculū quo plagā
accceperunt/ Sequitur (Et gloria) Poſt de
us in adiutorium in ſingulis horis ſubicitur
gloria patri. ⁊c. Sicut erat. ⁊c. quos duos ver
ſus beatus hieronymus ſcripſit inter opuſcu
la. que pape damaſo miſit/ et ipſi⁹ rogatu ipe
damaſus in fine pſalmoruꝫ cantari inſtituit
Ipſū tamen verſū glia patri. nicena ſynod⁹
vt legitur in rationali diuinorū officiorū dici
tur edidiſſe/ Quia vero dn̄s dixit pſa. penul
timo/ Adhuc te loquente ecce adſū/ ideo poſt
orationē deus in adiutoriū meū intende/ q̄ſi
iam nos intellexerimus exauditos. gratiarū
actiones tribuim⁹ trinitati dicētes/ Gloria
patri ⁊c (Deinde ter dicendū eſt. Dn̄e labia
mea aperies. et os meum ānunciabit laudē
tuam quaſi dicat) Tu dn̄e aperi et non ego/
Nam ſi tu labia mea aperueris ſecure laudē
tuam annunciabit os meū/ Ter autē inſti/
tuit ſanctus pater dicenduꝫ/ Domine labia
mea. ⁊c. propter reuerentiā vnitatis/ et trini
tatis (Sequitur (Cui ſubiungēd⁹ eſt tertius
pſalmus) ſcꝫ. Dn̄e quid multiplicati ſunt.
Ideo iſte tertius pſalmus qui de reſurrectio
ne dn̄i digeſtus eſt/ vt ibi. Ego dormiui et ſo/
poratus ſum ⁊c. premittitur/ vt dū monach⁹
in eo de reſurrectiōe dn̄i audit/ peruigilem ſe
et deuotū in tota vigilia cuſtodiat:et ad red/
dendas laudes creatori ſuo/ depulſa ſomnolē
tia ſe puriſſimū reddat. Sequit̄ (Et gloria)
Poſt vnūquēqꝫ pſalmū dr̄ gloria patri. ⁊c.
Qr verſus iſte toti⁹ trinitatis ſimplex laus ē
Pſalmus nāqꝫ bonā operatōnē ſignificat/ q̄
finita merito deo gloria dāda eſt/ qui p omni
bono opere laudandus eſt nunc et ſemper/

(Poſt hunc pſalmus xciiiiꝰ) qui vulgato ſer
mone dicitur Inuitatoriū cū antiphona: aut
certe decantandus. Inde ſequatur ambroſia
nū) .i. hymnus. In nouo teſtamento Hylari
us pictaueñ. epiſcopus eloquentia conſpicuꝰ/
primꝰ hymnorū carmīe floruit. Et poſt eum
Ambroſius medionaleñ. epiſcopus. Ideoqꝫ
hymni ambroſiani dicuntur: quia eius tem/
pore plurimū in eccleſia mediolaleñ. cantari
ceperunt: poſtea vero in eccleſiis occidentali/
bꝰ (Deīde ſex pſalmi cū ātiphonis) Hic ſex
pſalmi iubent̄ dici. ⁊ poſt lectōes alii ſex pſal
mi: quos duodecī pſalmos canendos ad vi/
gilias ab angelo tradita cōſuetudo obtinu/
it. Narrat enī caſſianus libro inſtitutionum
monachorū quaſi in principio ꝙ cū magna
eſſet varietas apud patres egypti ī numero
pſalmorū qui cantantur ad vigilias: quibuſ/
dam plures. quibuſdā pauciores pſallentibꝰ
conuenerunt vt diffinirent de numero et q̄ti
tate pſalmorū. Et cū diu ſuper hac diffiniti
one conſulerent/ orantibꝰ ipſis angelꝰ dñi aſti
tit inter eos/ qui vndecim pſalmos orationū
interiectione diſtinctos. contiguis verſibꝰ pa
rili pronunciatione decantans. ⁊ duodecimū
ſub alleluya reſponſione conſūmans: ab vni
uerſorū oculis repente ſubtractus. queſtioni
pariter et cerimoniis finē impoſuit. Exhinc
venerabilis patrū ſenatus intelligens ange
li magiſterio congregationibus fratrū gene
ralem canonē non ſine diſpenſatione dñi cō
ſtitutū/ decreuit hunc duodenarium numerū
pſalmos celebrari. Sequitur (Quibꝰ dictis
dicto verſu benedicat abbas et ſedentibus oī
bus in ſcamnis legātur viciſſim) id eſt per vi
ces. ſiue alternatim (a fratribus in codice ſu
per analogiū) id eſt lectoriū ſiue locū vbi reci
tantur lectiones. Ubi nota ꝙ lecturus le
ctionem. ad librū accedens ſupra gradū aſcē/
dit/ quia doctor perfectiori vita vulgus tran
ſcendere debet. et ab abbate. vel preſbytero ī
eiꝰ abſentia bñdictionē tāꝙ legēdi licentiā
poſtulat dicens. Domne iube benedicere: ꝙ
quod principatus eccleſie. q̄dqꝫ nullus niſi a
maiore iuſſꝰ in eccleſia debere legere: deſigna
tur. Et dicit domne: ⁊ non domie/ quia ſolus
deus vere dñs eſt (Tres lectiōes inter quas
tria reſponſoria canantur) Reſpōſoria quo/
qꝫ poſt lectiones ſubiciuntur. Cum eī per le
ctiones doctrina/ per reſponſoria vero bona
opera ſignificantur: rite poſt lectiones reſpō
ſoria ſubiciūtur. quia per bona opera doctri/
ne reſpondere debemus. ne cum ſeruo pigro
qui pecuniā dñi ſui abſcondit. in tenebras ex
teriores mittamur. Dicitur nāqꝫ reſponſori
um. quia lectioni reſpondere .i. conſonare de/
bet. vt ſi forte ſunt lectiones de libris geneſis
aut regū. aut actuū apoſtolorū: reſponſoria
ſint regulariter ſimiliter de eiſdem. Uel dicit̄
reſponſoriū quia vni cantanti ſiue inchoanti/
chorus concorditer cantando reſpondet. Se
quitur (Duo reſponſoria ſine gloria dicant̄.
Poſt tertiam vero lectionē qui cantat dicat
gloriam/ quā dum incipit cantor dicere. mox
omēs de ſedibus ſuis ſurgant ob honorē ⁊ re
uerentiā ſancte trinitatis. Codices autem le
gantur in vigiliis diuine auctoritatis tā ve/
teris teſtamenti ꝙ noui: ſed et expoſitiones
earū que a noīatiſſimis doctoribus et ortho/
doxis catholiciſqꝫ patribꝰ facte ſunt) Expo/
ſitiones vero ſiue veteris et noui teſtamenti
legendas dicit noīatiſſimorū patrum .i. pro/
batiſſimorū. Cuiuſmodi ſunt. Auguſtinus.
Ambroſius. Hieronymus. Gregorius. Cri/
ſoſtomus. Gregorius nazāzenus. Ciprianꝰ.
Hilarius. Leo papa/ qui in hiis que de fide
catholica dixerunt ſunt ab vniuerſali eccleſia
approbati: ſicut patet in capitulo. Sācta ro/
mana eccleſia. di. xv. qui dicti ſunt orthodoxi
id eſt rectā fidem habentis/ aut glorioſa vita
⁊ doctrina clariſſimi/ dicuntur catholici. id eſt
vniuerſales/ quia in fide et doctrina vniuer/
ſalis et apoſtolice eccleſie perſiſtentes: nunꝙ
per hereſim aut ſciſma ab eadem fuerūt ſepa
rati. Si queratur de expoſitionibus origenis
qui cū in pluribꝰ erraſſe legatur: nec orthodo
xus. nec catholicus cenſendus eſt. Reſpondē
dū: vt ait pelagius in decreto ſuo: ꝙ origenis
opuſcula que beatus hieronymus non repu/
diat legenda ſuſcepimus. Reliqua oīa cū
auctore ſuo dicimus eſſe reticenda. Sequit̄
(Poſt has vero tres lectiones cū reſpōſoriis
ſuis ſequāt̄: reliq ſex pſalmi cū all'a canendi)
Nota ꝙ in hoc ꝙ pſalmi ſunt cū alleluya
decantandi expreſſe oſtendit ꝙ nocturnalis
pſalmodia in laudē dei claudat̄. Et hoc idē
in ſpe future beatitudinis ſācta fecit eccleſia/
ſignificans ꝙ poſt ānunciationē regni celorꝝ
que in hac vita per vtrūqꝫ teſtamentū mūdo
predicatur/ actionē noſtrā non eſſe profuturā

niſi in laudē dei: ſicut ſcriptuꝫ eſt / Beati qui habitant in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te ( Sequitur ( Poſt hos Lectio apoſtoli ſequatur ex corde recitanda et verſꝰ et ſupplicatio letanie / id eſt kyri eleyſon. ſic fi niantur vigilie nocturne ) Iſta explanatione non eget.

( Capitulum lxviii. et eſt capitulū x. regule in quo qualiter eſtatis tempore agatur nocturna laus.

A paſca autē vſqꝫ ad kalendas nouēbris. oīs vt ſupra dictū eſt pſalmodie quantitas teneatur: excepto ꝙ lectiōes in codice propter breuitatē noctium minime legant: ſed pro ipſis tribus lectionibus vna de veteri teſtamento memoriter dicatur / Quā breue reſpōſoriū ſubſequatur: et reliqua oīa vt dictū eſt impleātur / id eſt vt nūꝙ minꝰ a duodecim pſalmorū ꝙtitate ad vigilias nocturnas dicātur / exceptis tertio ⁊ nonageſimo quarto pſalmo.

Conſequenter ſanctus pater ſubiungit ſeruandū ordinē in quātitate pſalmodie in tempore eſtiuali dicēs ( A paſca aūt vſqꝫ ad kalendas Nouembris omīs vt ſupradictū eſt pſalmodie ꝙtitas teneatur / excepto ꝙ lectiones in codice propter breuitatē noctiū minime legentur: ſed pro ipſis tribus lectionibus vna de veteri teſtamento memoriter dicatur: quā breue reſpōſoriū ſubſequatur. et reliqua omīa vt dictū eſt impleantur / id eſt vt nunꝙ minus a duodecim pſalmorū ꝙtitate ad vigilias nocturnas dicantur: exceptis tertio ⁊ nonageſimo quarto pſalmo ) hec omīa plana ſunt. ( Solūmodo hic videndum occurrit quare cū ſeptember et october equales noctes habent cū martio et aprili / officiū iſtis menſibus non equaliter eſt ordinatum. / Reſpondetur primo ꝙ ideo quia in p̄fatis menſibus magnus labor occurrit vindemiarū et collectionis frugū / circa collecturas ſeminū. et pomorū et aliarū rerū que ad vſus monaſterii neceſſarie ſūt / In quibus oībus exercēdis. ſi neceſſariū fuerit oportet monachum eſſe impigrū. / Quia ſicut idem patꝛ aſſerit capitulo xlviii. regule. / Tunc veri monachi ſunt. ſi de labore manuū ſuarū viuunt / ſicut et patres noſtri et apoſtoli. et hoc fortaſſis ſanctus pater conſiderans. ne forte monachus velit eſſe deſidioſus aut ab opere agrorum excuſatus: dat potius licentiā vt eſtatis tempore in vigiliis nocturnis vna ſit lectiōe monachus contentus: ꝙ vt labor agrorū per deſidiā ſit aliquatenus neglectus. / Secunda ratio eſt breuitas noctiū. / Et hec aſſignatꝛ a ſancto patre in textu cū ſubdit propter breuitatem noctiū. maxime autē illis fiunt breues noctes in dormitorio / qui ī die labores exercent in agro. ( Preterea conſiderandū eſt / ꝙ hec clauſula de vna lectione tantū dicēda / non ſic accipienda eſt ad litterā. vt tranſgreſſor regule conſtituatur. qui tres lectiones ī p̄fatis menſibus in codice legerit ī vigiliis nocturnis. / Unde ſi cōgregatio voluerit propꝛ maioem deuotionē deo exhibendam legere tres lectiones / maxime vbi monachi laboribꝰ manuū non exercentur / non dubiū quin ſalua intentione patris legere poſſit.

( Capitulum lxix. et eſt xi. regule qualiter dñicis diebus vigilie agantur.

Dominico die temperius ſurgatur ad vigilias / in q̇bus vigiliis teneatur menſura / id eſt modulatis vt ſupra diſpoſuimus ſex pſalmis et verſu: reſidentibus cunctis diſpoſite ⁊ per ordineꝫ in ſubſelliis / legantur in codice vt ſupradiximus quattuor lectiones cum reſponſoriis ſuis: vbi tantū in quarto reſponſorio dicatur a cantante Gloria.

Quā dū incipit/ mox oms.cū re
uerentia ſurgant/Poſt quas le⸗
ctiones ſequantur ex ordine alii
ſex pſalmi cuꝫ antiphonis: ſicut
āteriores et verſu/Poſt quos ite
rum legātur alie quattuor lectō
nes cuꝫ reſponſoriis ſuis.ordine
quo ſupra/Poſt quas iteꝝ dican
tur tria cātica de prophetis.q̄ in⸗
ſtituerit abbas/ que cantica cuꝫ
alleluya pſallantur/Dicto etiaꝫ
verſu.et benedicēte abbate/legā
tur alie quattuor lectiōes de no⸗
uo teſtamento.ordine quo ſupra
/Poſt quartū autē reſponſorium
incipiat abbas hymnū/Te deuꝫ
laudamꝰ/Quo ꝑdicto.legat ab⸗
bas lectōem de euāgelio.cū hono
re.⁊ tremore ſtantibꝰ oībꝰ/.qua ꝑ
lecta reſpondeāt oēs amē/Et ſub
ſequatur mox abbas hymnū Te
decet laus/ Et data benedictio⸗
ne.incipiāt matutinos/Qui or
do vigiliaruꝫ omi tpe tā eſtatis
ꝙ̄ hyemis.equaliter in die dn̄ico
teneatur/niſi forte qđ abſit tardi
us ſurgant.et aliquid de lectio⸗
nibus breuiādum eſt/ aut reſpō
ſoriis/Quod tamē omino cauea
tur ne proueniat/Quod ſi conti
gerit/digne inde ſatiſfaciat deo
in oratorio/per cuiꝰ euenerit ne⸗
glectum

POſtꝙ̄ priuatis diebus vtroqꝫ tēpo⸗
re ſcꝫ tam hyemali ꝙ̄ ⁊ eſtiuo ſanctꝰ
pater poſuit ordinē agendaꝝ vigilia
rum/ ne forte crederetur ꝙ idem modus per
omīa in dn̄icis diebus obſeruandus eſſet/ſub
iunxit hic rubricā de die dn̄ico/Dies eni dn̄i
cus primatuꝫ obtinet/et maior eſt inter alios
dies/quia in illa xp̄s fuit annunciatus et re⸗
ſurrexit/et in apoſtolos ſpiritū ſanctuꝫ miſit
et deus mundū/.i.celū et terrā in illo fecit/in
eodē quoqꝫ die vt dicitur diſſoluetur/Dicit
ergo ſanctus pater (Dn̄ico die temperiꝰ ſur
gatur ad vigilias)et vt quidā codices habēt
temporius vnū idemqꝫ ſignificat.i. maturiꝰ
altius.i.plus alta hora noctis.i. citius ſolito
ſurgant/in dn̄icis ꝙ̄ in quotidianis diebus:⁊
hoc tantū tempore eſtatis/Nam hyemis tp̄e
ſufficit ſatis ſurgere octaua hora ſecundum
diſpoſitōnem octaui capituli/niſi forte nocte
natalis dn̄ici.propter plixitatē officii in quo
iuxta conſiderationē ratiōis preuenire opor
tet/In eſtate vero non ſufficeret ſurgere pre⸗
fata hora/Et ſi queratur ꝙ̄to citius ſurgen⸗
dum eſt dominicis diebuſ in tempore eſtiuo⸗
/Reſpondit ꝙ tāto citius ſurgendū eſt/ꝙ poſ
ſit impleri quod in octauo capitulo dictū eſt/
videlicet ꝙ laudes incipiente luce poſſint in⸗
choari/quod plane non fieret ſi ita tarde ſur
geretur ſicut quando noctes ſunt grandes/
Sequitur(In quibus vigiliis teneatur men
ſura/id eſt modulatis vt ſupra diſpoſuimꝰ ſex
pſalmis et verſu.reſidentibus cunctis diſpo⸗
ſite ⁊ per ordinem in ſubſelliis legantur in co
dice vt ſupradiximus quattuor lectiones cuꝫ
reſponſoriis ſuis:vbi tantū in quarto reſpon
ſorio dicat a cantāte gloria.quam dū incipit
mox oēs cū reuerētia ſurgāt)inclinantes ſcꝫ
ſe profunde/quouſqꝫ cantor cōpleuerit/q mo
dus obſeruādus eſt quotiens dicit gloria pa⸗
tri/Eſt autē hic aduertendū.vt ita huius re
uerētie diſciplina obſeruetur ab omibus vni
formiter/vt omes ſimul ſurgāt/equaliter in⸗
clinent/ vt ne minus inclinando irreuerētia
notari poſſit/⁊ plus inclinando ſingularitas
vendicet ſibi locū/Eſt autē inclinandū ita ꝓ
funde ab vno quoqꝫ/vt manus ſuper genua
ponere poſſit/Sequitur (Poſt quas lectōes
ſequātur ex ordine alii ſex pſalmi cū antipho
nis ſicut anteriores et verſu. Poſt quos iteꝝ
legantur alie quattuor lectiones cū reſponſo
riis ſuis ordine quo ſupra/ poſt quas dicant
tria cātica de ꝓphetis que inſtituerit abbas)
id eſt ordinauerit competenda/ſecundum ꝙ

congruit officio quod agitur/aut ſolennitati
que celebratur (que cãtica cum allelupa pſal
lantur. Dicto etiã verſu et benedicẽte abba
bate legantur alie quattuor lectiones de no-
uo teſtamẽto ordine quo ſupra Poſt quartũ
autẽ reſponſoriũ incipiat abbas hymnũ. Te
deum laudamus/quo perdicto legat abbas
lectionem de euangelio cum honore et timo
re ſtantibus omnibus/qua perlecta reſpon-
deant omnes: Amen. Et ſubſequatur mox
abbas hymnum. Te decet laus. Et data be
neditione) id eſt oratione que poſt euange-
lium dici conſueuit (incipiant matutinos)

Circa hanc diſpoſitionẽ beatiſſimi patris
notandum ꝙ i primo nocturno ſex pſalmos
et quattuor lectiones cum totidem reſponſo
riis cantari inſtituit: et totidem in ſecundo:
per hoc vitam contemplatiuam innuens et
actiuam. Senarius enĩ pſalmorũ numerus
vitã deſignat actiuã/in qua ſex opera mie cõ
uenit exercere/ſi quis ad contemplatiue vite
perfectionẽ voluerit peruenire/que per quat
tuor lectiones figuratur. Quaternarius nu
merus quidẽ apud monachos quadratam et
euangelicam in ſanctis exprimit ſtabilitatẽ.
In tertio vero nocturno tria cantica cantari
inſtituit in laudẽ trinitatis/a qua nobis vi-
te perfectionẽ dari cuz caritate credimus et
ſperamus. Cantantur autẽ illa cantica cuz
allelupa/quod eſt canticũ celeſtis letitie:ut p
hoc totam trinitatem eſſe dignam celeſti lau
de oſtendatur: ad quã plene laudandam nõ
ſufficit vox hũana. Quattuor vero lectiões
de euangelio que ſequũtur/ſignificant ꝙ lau
datores dei per quattuor euangeliorũ doctri
nam debent eſſe quattuor virtutibus inſigni
ti. Quattuor etiã reſpõſoria laudantiũ ala-
critas deſignaret:ſed ne hoc bonũ agẽtes il-
lud ſibi aſcribant. ſed totum dei laudi attri-
buant/et ſe illius ſeruos eſſe oſtendant ſubiũ
gitur. Te deum laudamus. Poſtea legitur
euangelium quod ſignificat denariuz.i.vitã
eternam/que digne deũ laudantibus in fine
reddetur. Cum autẽ euangeliũ legitur ſan-
ctus pater iubet omẽs ſtare cũ honore et timo
re/vt ad prelium pro fide xp̄i ſeruanda prom
ptitudo et deuotio notetur. Unde Anaſtaſi9
de conſecra.di.prima ca. Apoſtolica.ita dicit/
Apoſtolica auctoritate mandamus/vt dũ ſã-
cta euangelia in eccleſia leguntur/vt ſacerdo
tes et ceteri omẽs non ſedentes/ſed venerabi
liter curui et in conſpectu euangelii ſtantes
dñica verba intente audiant et fideliter ado
rent. Poſt euangeliuz ſequitur Amen.i.fiat
nobis/qđ ex euãgelio credimus et ſperamus.
Hymn9 vo qui ſequit ſcz. Te decet laus.ꝛc.
gaudium quod ſancti poſt laborẽ habent/de
remuneratione denarii ſignificat. Sequitur
Qui ordo vigiliarũ omĩ tempore tam eſta
tis ꝙ hyemis equaliter ĩ die dñico teneatur
niſi forte qđ abſit tardi9 ſurgatur/aliquid de
lectionibus breuiandum eſt) Non quidẽ in
numero/quia ſemper duodecim dicende ſũt:
ſed in ꝙtitate/vt breuiores dicantur ꝙ debe-
rent (Aut reſpõſoriis) breuitas reſponſoriorum
non eſt accipienda in numero/vt dicant pau
ciora ꝙ duodecim/aut in ꝙtitate vt dicãtur
breuiora/ſed quo ad notam accipienda eſt vt
cantantur expediti9 nota breuiori. Sequit
(Quod tamẽ oĩno caueatur ne proueniat)
ſcz negligentia ſurgendi pro debito tempore
(quod ſi cõtigerit/digne inde ſatiſfaciat deo
in oratorio per cui9 venerit delictũ ſeu negle-
ctũ) bene dicit digne/eſt enĩ conſideranda ꝙ-
titas culpe ſiue negligentie/cauſa etiã propt
quam hoc acciderit/conditio etiã perſone q̃
peccauit:et tunc fiat digna ſatiſfactio.

Capitulũ lxx.et eſt xii.regule in quo et quo
modo matutinorũ ſolennitas agatur.

IN matutinis/dñico die in
primis dicatur ſexageſi-
mus ſextus pſalm9 ſine antipho
na indirectũ/poſt quem dicatur
quinquageſimus cum allelupa
Poſt quẽ dicatur centeſimus de-
cimus ſeptimus/et ſexageſimus
ſecundus/Inde benedictiones et
laudes.lectio vna de appocalipſi
ex corde/et reſpõſorium.ambroſi-
anũ.verſus. canticũ de euange-
lio.letania/et completum eſt.

POſtq̄ ſuperius ſanctus pater diſpo/
ſuit ordinē ſeruandū ī horis noctur
nis; Nunc dat ordinē tenendum in
horis ſequentibus / ⁊ inchoat a laudibus. que
vt in ſuperioribus dictū eſt matutini dicunt̄:
quia incipiente luce matutine aguntur. Di
cit ergo ( In matutinis dn̄ico die dicat̄ ſexa/
geſimus ſextus pſalmus ) ſcilꝫ deus miſereat̄
noſtri ſine ātiphona indirectū / Pſalmū iſtū
deus miſereatur noſtri / primo abſqꝫ antipho
na decātari inſtituit / Tum quia tenebris fa/
tiſcentibus diluculo. matutino laudes canūt̄
Et ideo dicitur / Illuminet vultū ſuū ſup nos
/ Tum ſecūdo quia hoc officiū ad dn̄i pertinet
reſurrectionē / per quā accepimus miaꝫ et be/
nedictionē. Sequitur ( Poſt quē dicatur quī
quageſimus cum allelupa ) pſalmus iſte licꝫ
ſit penitentialis iubetur dici cuꝫ allelupa / qꝛ
licet habeat lamentū / nichilominꝰ habet an/
nexum iubilū interioris conſcientie de remiſ
ſione peccati / Unde in eodem pſalmo ſequit̄
Auditui meo dabis gaudiuꝫ et letitiā. gloſa.
gaudiū de abſolutione peccati dicendo dimiſ
ſum eſt tibi peccatū tuū / et letitiā de eternis q̄
promittis michi. Sequitur ( Poſt quē dicat̄
cēteſimus decimus ſeptimꝰ ) videlꝫ. Confite
mini dn̄o / Qui eo q̄ꝫ de reſurrectione dn̄i loq
tur merito in die dn̄ica in qua dn̄i reſurrectio
cōmemoratur precipitur decantari ( Et ſexa
geſimus ſecundus ) videlꝫ deus deus meꝰ ad
te de luce vigilo / qui vt de ſe patet marie con
uenit hore matutinali ( Inde benedictōnes )
id eſt canticū triū puerorū. Benedicite oīa
opera dn̄i dn̄o ( Et laudes ) id eſt p̄s. Lauda/
te dn̄m de celis ( Lectio ) id eſt capitulum ( de
apoca. vna ex corde. ⁊ reſpōſoriū. ābroſianū )
id eſt hymnus. verſus ( canticū de euāgelio )
id eſt canticū zacharie patris iohannis bapti
ſte / quod ſumptū eſt de euangelio beati luce.
Bn̄dictus dn̄s deus iſrael ( letania ) Quid
autē ſit letania in fine noni capituli regule
expoſitū eſt ( Et cōpletū eſt ) ſupple matutinū

Capitulū lxxi. et eſt xiii. regule qualiter in
priuatis diebus matutine agantur.

DIebus autem. priuatis ma
tutinorum ſolennitas ita
agatur / id eſt ſexageſimus ſextꝰ
pſalmꝰ dicatur ſine antiphona /
ſubſtrahēdo modice ſicut dn̄ica:
vt om̄s occurrant ad quiquage/
ſimū. qui cū antiphona dicatur.
/ Poſt quē alii duo pſalmi dican
tur ſecundū conſuetudinē / id eſt
ſecunda feria: quintus / et triceſi
mus quintus / Tertia feria: qua
drageſimus tertius / et quinqua
geſimꝰ ſextꝰ / Quarta feria. ſexa/
geſimus tertius. et ſexageſimus
quartꝰ / Quinta feria. octuageſi
mus ſeptimus: ⁊ octuageſimus
nonus / Sexta feria: ſeptuageſi/
mus quintus / et nonageſimus
primus / Sabbato autē: centeſi/
mꝰ quadrageſimus ſecundꝰ / ⁊ cā
ticū deuteronomii: quod diuida
tur in duas glorias / Nam ceteriſ
diebus canticuꝫ vnūquodqꝫ die
ſuo ex prophetis. ſicut pſallit ec/
cleſia romana dicatur. Poſt hec
ſequantur laudes. deinde lectio
vna apoſtoli memoriter recitan
da. reſponſoriū. ambroſianū. ver
ſus. canticū de euāgelio. letania:
et cōpletū eſt. Plane agenda ma
tutina vel veſpertina non tranſe
at aliquando / niſi in vltimo ordi
ne. Oratio dn̄ica oībus audien/
tibus dicatur a priore / ꝑpter ſcā/
dalorū ſpinas que oriri ſolent. vt
conuenti per ipſiꝰ orationis ſpō
ſionē qua dicūt / dimitte nobis de
bita noſtra. ſicut et nos dimitti/

mus debitoribus noſtris:purgēt
ſe ab huiuſmodi vicio. Ceteris
vero agendis vltima pars eius
orationis dicatur/vt ab omībus
reſpondeatur/Sed libera nos a
malo.

D Ato ordine quo in die dñico explende
ſunt laudes matutine:nunc ſubdit or⸗
dinem quo diebus priuatis agēde ſūt
Dicit ergo(Diebꝰ autē priuatis matutino
rum ſolennitas ita agatur/id eſt vt ſexageſi⸗
mus ſextus pſalmus dicatur ſine antiphona
ſubtrahendo modice)ſub id eſt minus alte ꝙ
ceteri pſalmi dicat̄ (ſicut dñica) Quare aūt
dixerit ſubtrahendo ſequitur cū dicit(vt oēs
occurrāt ad qnquageſimū)pſalmū/ſcʒ Mi⸗
ſerere mei deus(qui cū ātiphona dicatur) qꝛ
qui poſt gloriā iſtius pſalmi videlicet ſexage
ſimi ſexti.ſ. Deus miſereatur noſtri occurre⸗
rit/debet ſatiſfacere et vltimo ſtare in ſuo ordi
ne/ſicut ſuperiꝰ dicitur in quadrageſimo ter
tio capitulo regule(Poſt quē alii duo pſal⸗
mi dicantur ſecundū conſuetudinē .i. ſecūda
feria quintus et triceſimus quintus. Ter
tia feria quadrageſimus ſecundus/et quin⸗
quageſimus ſextus. Quarta feria ſexage
ſimꝰ tertius/et ſexageſimus quartꝰ. Quin
ta feria octuageſimus ſeptimus/et octuage⸗
ſimus nonus. Sexta feria ſeptuageſimus
quintus/et nonageſimus primus. Sabba
to aūt centeſimus quadrageſimus ſecundꝰ)
In quibus pſalmus ſi bene reſpiciātur repe⸗
rietur ꝙ in ſingulis ponitur hoc nomen ma⸗
ne vel ei equiualens/Unde pertinere ad ho⸗
ram matutinalē apertiſſime dinoſcuntur/⁊
ita non abſqʒ ratione matutinorū officio ſūt
deputati(Et canticū deuteronomii quod di
uidatur in duas glorias. Nam ceteris diebꝰ
canticū vnumqdqʒ/die ſuo ex prophetiſ ſicut
pſallit eccleſia romana dicatur/Poſt hec ſe⸗
quāt̄ laudes/deīde lectio vna apoſtoli memo
riter recitanda/reſponſoriū/ambroſianū.vſꝰ
canticū de euāgelio.letania: ⁊ completū eſt)
Sequitur.(Plane agēda matutina vel ve⸗
ſpertina)ſcʒ laus(nō tranſeat aliquādo ni⸗
ſi in vltimo ordine. oratio dñica omibus au
dientibus dicatur a priore propter ſcandalo⸗
rum ſpinas que oriri ſolent/et vt conuenti)
id eſt āmoniti(per ipſius orationis ſponſio⸗
nem qua dicūt. dimitte nobis debita noſtra
ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris
purgēt ſe ab huiuſmodi vicio(Ceteris vero)
ſcʒ laudibus(agendis/vltima pars eius ora
tionis dicatur/vt ab omībus reſpondeatur:
Sed libera nos a malo) Sanctus pater ſan
ctiſſime inſtituit in hoc loco/vt in vltima par
te matutinorū et veſperarū dicatur a priore
ſeu ab eo qui primū locū tenet illis horis ī ec⸗
cleſia dñica oratio/videlicet pater noſter alta
voce/et hoc propter ſcandalorū ſpinas.i.diſ⸗
ſenſiones/ac lites/aut iniurias ſeu contentio
nes que ſunt ſcandalorū cauſa et tanꝙ ſpine
mentē per iram et odium pungentes et la⸗
cerantes/vt conuenti id eſt āmoniti vel victi
vel ſuperati per ipſius oratiōis ſponſionē ac
conditionē/qua dicunt dimitte nobis debita
noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus:purgent ſe ab
hoc vicio odii vel ire ſeu cuiuſcūqʒ alteriꝰ pa
ſſionis. In aliis aūt horis oratio dñica nō ita
alta voce dicatur. Sʒ cur tam varie? Reſpō
detur ꝙ veſperū eſt finis diei et principiū no
ctis. Matutinū vero econuerſo principiū di
ei et finis noctis/voluit precipue iſtis duabꝰ
horis dici alta voce orationē dñicā/vt illa fra
ter cōmonitus non tranſeat diē ac noctem ſi
ne reconciliatione fratris ſui. In aliis autē
horis non ſic dici precipitur/quia ſepe contin
git fratrē fratri iraſci/et quodam furoris im
petu cōmoueri/qui licet ſtatī aīʒ non cobibe⸗
at/expectandus tamen ad veniā ſufficere vi
ſum eſt ſancto patri ſi ſol nō occidat ſuper ira
cundiam eius.

Capitulū lxxii.et eſt xiiii.regule vbi quali
ter in nataliciis ſanctorū agantur vigilie/et
quibus de cauſis eccleſia celebrat feſta ſctōꝝ

I N ſanctoruʒ vero feſtiuita
tibus/vel omībus ſolenni
tatibꝰ ſicut diximꝰ dñico die agē
dū ita agatur/excepto ꝙ pſalmi
aut antiphone vel lectiones ad
ipſū diē ꝑtinētes dicātur/Modꝰ
autē ſupraſcriptus teneatur/

Poſtq̄ ſanctus pater Benedictus or/
dinē inſtituit agēdaꝝ vigiliarū diebꝰ
dn̄icis et ferialibus ſiue priuatis/ nūc
dat ordinem tenēdū in feſtiuitatibus ſancto
rum. Ubi in primis notandū venit ꝙ eccle
ſia multis de cauſis celebrat ſanctorū feſta/
Primo vt eis vicem rependamus/ quia
ipſi iam celebrant feſtuꝫ de nobis/ quoniam
gaudiū eſt in celo angelis dei et aīabus ſan/
ctis/ ſuper vno peccatore penientiā agente.
Secundo quia eos honorando rem noſtrā
agimus/ Nam eorū feſtiuitas noſtra eſt. Un̄
apoſtolus. Omia noſtra ſunt: nos autē xp̄i./
Caritas enī omia facit cōmunia. Tertio
vt habeamus eos interceſſores pro nobis/
Unde legitur tertii regū i./ ꝙ Berſabee que
interpretatur puteus ſacietatis.i. per quā ec
cleſia triumphans deſignatur: impetrauit fi
lio ſuo regnū. Quarto vt eos imitemur.
Cōmemorando enī eoꝝ vite cōuerſationem/
facilius ad eorū imitationem prouocamur.
Quinto propter augmentū noſtre ſecuri
tatis ad ſpei noſtre ſubleuationē/ Si enī ho/
mines mortales nobis ſimileſ potuerunt ita
ꝑ ſua merita ſublimari/ ita nos ſimiliter po/
terimus ſi eorum vite ſanctitatē imitari vo/
luerimus. Sexto propter honorem diuine
maieſtatis/ quia illos honorando deū hono/
ramus in eis/ et predicamus mirabilē qui ſā
ctos ſuos ita mirificauit. Septimo vt in/
tellecta ſanctoꝝ pulcritudine et mundicia/ cō
fundatur homo de peccatis et īmundiciis ſu
is/ ⁊ illorū imitatione diſcat terrena bona cō
temnere et amare celeſtia/ Merito ergo ſan
ctus pater dat ordinē qualiter in natalibus
ſanctorū vigilie agende ſint: dicens (In ſan/
ctorū vero feſtiuitatibus/ vel omibus ſolenni
tatibꝰ ſicut diximꝰ dn̄ico die agēdū: ita agat)
Aduertendū ꝙ dicit feſtiuitatibus et non oī/
bus/ et ꝙ dicit ſolennitatibus et addit omībꝰ/
vt intelligas ꝙ non de omibus feſtis ſancto/
rum que occurrunt ſed de precipuis ſiue ſolē
nibus loquatur/ Nam ſi de omibus ſanctis
que occurrunt ſolēniter celebrandū eſſet/ tan
ta eſt ſanctorū multitudo vt pene nichil ali/
ud faciendū eſſet/ Et ita nūq̄ de feria ageret/
Quod ergo dicit in ſanctoꝝ feſtiuitatibus ſup
plendū eſt quorūdā ſiue eorū de quibus ſtatu
tum eſt fieri duodecim lectiones/ Quod ve/
ro dicit omibus ſolennitatibus/ vel ad idem
referendū eſt cuꝫ precipue feſtiuitates dicant
ſolennitates/ vel ſolennitates referuntur ad
feſtiuitates xp̄i que omibus feſtiuitatibus p̄
feruntur/ que ſunt. Natiuitas. Circunciſio.
Apparitio. Preſētatio in templo. Cena dn̄i.
Paraſceue. Sabbatū ſanctū. Paſca. Aſcen
ſio et Penthoſte/ Feſtiuitates vero referun/
tur ad ſolennitates ſanctorū/ que maxime et
vniuerſaliter colūtur in eccleſia dei/ ſicut ſūt
feſta beate virginis. duodecim apoſtolorum
ſancti iohannis euangeliſte. ſancti iohannis
baptiſte. ſancti ſtephani. ſancti laurentii ⁊ ali
orū de quibus in capitulo Pronunciandum.
de conſecra. di. iii (Ita agatur) videlicet q̄tū
ad numerū pſalmorū/ lectionū reſponſorioꝝ
et canticorū/ Sequitur (Excepto ꝙ pſalmi
aut antiphone vel lectiones ad ipſū diem ꝑ/
tinentes dicātur)/ Et hoc rationabiliter quo
niam non iidē pſalmi aut antiphone ſiue le
ctiones congruunt omibus ſolennitatibus.
Obſeruata ergo hac conſonantia (Modus
autē ſupraſcriptus teneatur)

Capitulū lxxiii: et eſt xv. regule: vbi quibꝰ
temporibus dicatur allelupa.

A Sancto paſca vſq3 ad pen
thecoſten: ſine intermiſſi/
one dicatur allelupa/ tam in pſal
mis q̄ in reſponſoriis/ A penthe
coſte autē vſq3 ad caput quadra/
geſime omibus noctibus cū ſex
poſterioribus pſalmis tantū ad
nocturnos dicatur/ Omni vero
dn̄ica extra quadrageſimā/ can/
tica. matutina. prīa. tertia. ſexta
nonaq3 cū allelupa dicantur/ ve
ſpera vero cū antiphona/ reſpon
ſoria vero nūq̄ dicantur cuꝫ alle
lupa/ niſi a paſca vſq3 ad penthe
coſten.

Sanctus pater benedictus plene volēs
diſponere de diuinis officiis: docet in

hoc capitulo quibus tempoꝛibus canticū leti
tie videlicet allelupa in eccleſia dicendum ſit/
ne contingeret dici quando non expedit/aut
taceri quando dicenduz eſſet/ Dicit ergo( A
ſacto paſca vſqz ad pēthecoſten ſine intermiſ
ſione dicatur allelupa/tam ī pſalmis/ꝙ in re/
ſponſoꝛiis) Ubi notandū ꝙ allelupa eſt leti
tie canticum/et auditū ab angelis decantari
apoca.xix/. Habet autē varias expoſitiones.
Nam pꝛio vt habetur pſalmo cxii/. Allelupa
interpꝛtatur laudate pueri dn̄z/. Allelu.i.lau/
date.pa nomen domini./ Hieronymus ſic.
Alle.i.cantate.lu.i.laudem.pa.i.ad dn̄z/ Au
guſtinus ſic. Al.i.ſaluū.le.i.me.lu.i.fac.pa.i.
dn̄e./ Ambꝛoſius ſic. Alle.i.lux.lu.i.virtus.
pa.i.vita./ Gregoꝛius. Alle pater.lu.filius
pa.ſpiritus ſanctus/ Petrus manducator di
cit ſuper apoca/ Et auguſtinus in gloſa pſal/
terii ꝙ allelupa eſt verbū imperatiui modi ꝛ
ſonat/ Allelu.i.laudate.pa.i.vniuerſalē. vel
pa.i.inuiſibilē.ſcz deū:quaſi laus inuiſibilis
dei./ Decantari autē inſtituit ſanctus pater
hoc letitie canticū/a ſancto paſca vſqz ad pē/
thecoſten/ Tum pꝛio quia hoc tempꝰ ſignat
ſtatum eterne felicitatis quē poſt hāc vitā ex
pectamus/in quo ab omi laboꝛe quieſcentes
vacabimus dei laudibus/ Tum ſecūdo vt li/
bertatē quā nobis xp̄s reſurgēdo acquiſiuit
pꝛofiteremur/ Tum tertio quia hoc tempus
paſcale ſignat octauam reſurrectiōis/in qua
verū perfectum gaudiū et perpetuū erit/ Au
guſtinus ſuper iohanē ſermone xviii/ Poſt q̄
dragesimā paſca reſurrectionis celebramꝰ/ſi
gnantes reſurrectionē noſtram/ Et ideo per
quinquaginta dies celebratur/quia in quinq̄
genario merces denarii figurat/.et ideo tunc
nō vacabit niſi laudare deum/ideo per illos
dies allelupa dicimus/ Allelupa laus dei eſt ī
iſta moꝛtalitatis fragilitate/ Tū quarto me
rito hoc tempoꝛe paſcali frequentat allelupa/
quia hoc tempoꝛe xp̄s reſurgens ex moꝛtuis/
eterne beatitudinis ſpem nobis dedit et pꝛo/
miſſū./ Sine intermiſſione dicit cantanduz/
quia in omibus pſalmis.et omibus verſibus.
et in omibus antiphonis.ꝛ reſponſoꝛiis vult
dici allelupa./ Et hoc ideo quia hoc toto tem
poꝛe figurātur dies ſempiterne letitie in qui/
bus ſine intermiſſione in omibus letandum
erit./ Sequitur( A penthecoſte autē vſqz ad
tempus quadrageſime) id eſt vſqz ad ſeptua
geſimam in qua moꝛe antiquoꝝ erat pꝛinci
pium et caput ieiunii( omibus noctibus cuz
ſex poſterioꝛibus pſalmis tātū ad nocturnos
dicatur) Nota hic ꝙ in ſeptuageſima vſqz
ad paſca allelupa non dicitur./ Tum quia
hoc tempoꝛe recolitur et cōmemoꝛatur ſtatꝰ
miſerie in quē cecidit humanū genus ꝓpter
peccatū pꝛimoꝛū parentū/vnde merito can/
ticū letitie ſubticetur/. Unde officiū miſſe in
choamus. Circundederūt me gemitus moꝛ/
tis./ Secundo quia hoc tempoꝛe cōmemo/
ratur tempꝰ penitentie et perigrinationis ac
exilii a patria celeſti/ Quod quidem exiliū vi
te pꝛeſentis ſub reuolutione ſeptē dierū agit.
Unde leo papa/ Ideo hymnos ſcz Allelupa.
Gloꝛia in excelſis quos angeli cantauerunt
intermittimus in ſeptuageſima/quia pecca/
to veteris hoīs a conuētu angelice iubilatio
nis expulſi/i huiuſmodi miſere vite babilone
ſuper flumina eius ſedemus et flemus/dum
recoꝛdamur illiꝰ ſyon in qua deū decet hym/
nus/ A ſeptuageſima ergo quando ꝓthopla/
ſtus lapſus eſt recitare allelupa et gloꝛia in
excelſis in eccleſia vſqz ad paſca intermitti/
mus/vbi xp̄s reſurgens a moꝛtuis triſtitiam
noſtram vertit in gaudiū ꝛ allelupa reddidit
nobis.hec ille. Sequitur ( Omni vero dn̄ica
extra quadrageſimā cātica.matutini.pꝛima
tertia.ſexta.nonaqz cum allelupa dicantur.
Veſpera vero cū antiphona canatur/ Reſpō
ſoꝛia vero nūq̄ dicantur cum allelupa:niſi a
paſca vſqz ad penthecoſten) Plana ſūt oīa.

Capitulū lxxiiii:et eſt xvi. regule:vbi qua
liter diuina opera per diem agantur. in quo
habetur quot et que dicantur hoꝛe canonice.

Ut ait pꝛopheta. Septies
in die laudē dixi tibi/ Qui
ſeptenarius ſacratus numerus
a nobis ſic implebitur/ſi matuti
ne/pꝛime/tertie/ſexte/none/ ve/
ſpere/completoꝛiiqz tempoꝛe no
ſtre ſeruitutis officia pſoluamꝰ/
qꝛ de his hoꝛis dicit ꝓpheta/ſepti
es in die laudē dixi tibi Nam de

**nocturnis vigiliis idem ipſe propheta ait / Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi. ¶Ergo hiis temporibus referamus laudes creatori noſtro / ſuper iudicia iuſtitie ſue / id eſt matutinis. prima tertia. ſexta. nona. veſpera. completorio / et nocte ſurgamus ad confitendum ei.**

Aſſignato ordine officiorū in horis nocturnis / et laudibus matutinalibus tā diebꝰ priuatis ꝙ dñicis et feſtiuis / Et ordinato etiam quibus temporibus quibuſqз horis angelica laus ſcilз alleluya dicenda ſit / Nunc agens de horis diurnis ſubiungit numerū earū et nomīa / et inſtitutionis cauſā aſſignando / Satiſfaciendo ergo ſanctus pater rubrice ſcilз qualiter diuina opera per diē agenda ſint dicit ſic / vt ait propheta. Septies ī die laudem dixi tibi / qui ſeptenarius numerus a nobis ſic implebitur / ſi matutini prime tertie ſexte none veſpere completoriiqз tēpore noſtre ſeruitutis officia perſoluamus / q2 de hiis horis dicit. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigiliis idem ipſe propheta ait. Media nocte ſurgebam ad cōfitendum tibi / ¶Ubi notandum ꝙ cum corpus quod corrumpitur aggrauet animā / vt dicitur Sapientie ix. nequiuimus infirmitate noſtra prepediente in ſingulis horis duodecim diei iugiter diuinis inſiſtere laudibus / qm̄ neceſſe habet homo aliqñ neceſſariis corporis intendere / Et ideo inſtitutum eſt vt certis horis illis vacetur / Et vocantur iſte hore canonice / id eſt regulares / quia a ſanctis patribus regulariter obſeruate / ¶Sed aduertendū ꝙ hee hore ſcdm vſū antiquū ſunt octo / videlicet vigilie nocturne. matutini ſcз laudes et alie ſex hore diurne videlicet prima. tertia. ſexta. nona. veſpere et completorium / ſecundum quem vſum matutine prime ſiue vigilie dicuntur diuiſim a matutinis que dicūtur in pricipio aurore / Et ſic octies laudatur deus in die naturali ab eccleſia in nouo teſtamento / ſicut et octies laudatur in veteri ſicut habetur Neemie ix. hunc vſum orandi quo ad numerum horarum obſeruandum inſtituit beatus Benedictus / licet ſecundum alium modum diſtinctionis / In veteri enim teſtamento orabatur quater in nocte et quater in die: beatus vero Benedictus voluit ſemel in nocte / et ſepties in die. exemplo optimi oratoris dauid dicentis pſalmo cxviii / Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſcilicet confeſſione laudis / et hoc quo ad matutinas primas ſiue vigilias / Et iterum / Septies in die laudem dixi tibi / et hoc quo ad alias ſeptē horas / quarum prima eſt laus matutina dicenda in aurora / Alie ſex ſunt prima tertia ſexta nona veſpere et completorium / Et hic modus approbatus eſt per concilium agatenſe / vt patet extra de celebratione miſſarum in capitulo. Preſbyter / Cuiꝰ capituli verba ſūt que in hoc loco ſanctus Benedictꝰ ponit. ab illo loco vbi dicit / vt ait propheta ſepties in die. &c. / ſecundum autem vſum cōmunem ambe matutine iam ſimul dicuntur et computantur ꝑ vna hora / cum etiam per vnā orationem terminentur / ſecundum quem modum omnes hore canonice reducuntur ad numerum ſeptenarium qui eſt numerus ſacratus / Et ſic illud dauiticum. ſepties in die laudem dixi tibi: intelligitur de die naturali / et vna laus fit in nocte artificiali / Et alie ſex in die noctis eiuſdem / ſcilз prima. tertia. ſexta nona. nona que eſt veſpera et duodecima que eſt completorium. / Sequitur (Ergo hiis temporibꝰ referamꝰ laudes creatori nr̄o ſup iudicia iuſtitie ſue) id eſt cōfitendo et laudādo oīa opera ſua iuſta eſſe (id eſt matutinis. prima. tertia. ſexta nona. veſpera completorio / et nocte ſurgamus ad confitendum ei) ¶Ubi notandū ꝙ potius iſte hore ad laudandum et confitendum domīo ſunt inſtitute tribus de cauſis / ¶Primo quia iſtis horis ſancti legūtur orationibus et laudibꝰ diuinis ſpālius vacaſſe / Unde dauid / Media nocte ſurgebam ad cōfitendū tibi / ecce vna hora / Et iterum. Ueſpere et mane et meridie narrabo et annunciabo / ecce alie tres / ſcilicet veſpera prima et ſexta / Tertia vero hora orabant apoſtoli cū receperunt ſpiritum ſanctum. Actuum ſcdo. Petrus vero et iohannes aſcendebant in tēplum vt orarent ad horam oratiōis nonam. vt dicitur actuū tertio ¶Circa duodecimam

vero horam que dicitur completorium dicit xp̄s oraſſe / cum poſt cenam fudit orationem ad patrem ſicut habetur io. xvii. ¶ Secunda cauſa eſt quia hore iſte ſunt inſignite quibuſdam operibus inſignibus ad noſtram pertinentibus redemptionē / ¶ Nocte enī natus eſt nobis ſaluator. / Circa horā primam reſurrexit / circa tertiam ſpiritum ſanctum dedit / circa ſextam aſcendit / circa nonā mortuus eſt in cruce / circa nonam / id eſt veſpere corpus ſuū et ſanguinē diſcipulis in ſacramēto diſtribuit in cena / circa duodecimam ſepultus eſt / Iuſte ergo iſte deputate ſūt laudibus diuinis et orationibus pluſꝗ̄ alie in quibus nō legitur aliquid factū huiuſmodi cōtigiſſe. ¶ Tertia ratio quia tales hore diuinis operariis legūtur deputate / vt habetur Math. xx. / vbi legit patrē familias miſiſſe operarios primo mane qđ eſt pria / ſimilit tertia / ſimilit ſexta. ſimiliter nona / et nona que eſt veſpera / et ſero qđ eſt duodecima hora ſiue completoriū ad mercedem vocaſſe / Cum ergo diuinū officium dicatur opus dei / iuſte hore iſte competunt diuino officio / Quod autem additur ſupra ſex horas diei opus diuinum in nocte non eſt inconueniens / quia opus contēplatiue vite nō ſoluz diei ſed etiam nocti competit / Unde iacob dicitur nocte luctatus fuiſſe cum angelo geñ. xxxi / qđ exponēs gregorius dicit luctam huiuſmodi contemplationem. ¶ Item notādum ꝙ iſte cauſe deputādi huiuſmodi horas diuinis laudibus / ſunt etiaz cauſe inſtantius et libentius orandi in eis / Illis profecto libētius orandum eſt horis / quibus ſancti oraſſe dicuntur / horis preuigilatis / horis operibus redemptionis inſignitis / vt eorū ſimus participes horis diuinis operariis attributis /

¶ Ultimo reſtat ſoluenda quedam obiectio / videtur illud quod dicit / media nocte ſurgebam ꝛc. contradicere ei quod dictum eſt in capitulo octauo / ꝙ hyemis tempore ſurgendū eſt ad vigilias octaua hora / vt modice amplius de media nocte pauſetur / ¶ Reſpōdetur ꝙ medium inter aliqua dicitur duobus modis / ¶ Aut per equalem diſtantiam terminorū / aut interpoſitionem inter terminos / Medietas noctis in dicto prophete dicitur medietas ꝑ interpoſitionem inter partes extremas noctis / ſecūdū quam medii rationem. cum octaua hora ſurgitur: media nocte ſurgitur /

¶ Capitulum lxxv. et eſt xvii. regule: quot pſalmi per eaſdem horas canendi ſunt.

Iam de nocturnis vel matutinis digeſſimus ordinē pſalmodie / nunc de ſequentibus horis videamus / ¶ Prima hora dicantur pſalmi tres ſingillatim: et non ſub vna gloria / hymnus vero eiuſdem hore. poſt verſum Deus in adiutorium meum intende. domine ad adiuuandum me feſtina / anteꝗ̄ pſalmi incipiantur / Poſt expletionem trium pſalmorum. recitetur lectio vna verſus: et kyri elexſon: et miſſe ſint / ¶ Tertia vero ſexta. et nona itē eodem ordine celebratur. oratio / id eſt verſus. hymni earumdem horarū. terni pſalmi. lectio. verſus. kyri eleyſon: et miſſe ſint ¶ Si maior congregatio fuerit cū antiphonis / Si vero minor in directum pſallantur / ¶ Veſpertina autem ſinaxis quattuor pſalmis cum antiphonis terminet / poſt quos pſalmos lectio recitāda eſt / inde reſpōſoriū / ambroſianum. verſus. canticum de euangelio. letania. et oratio dominica et fiant miſſe / ¶ Completorium autem trium pſalmorum dictione terminet / Qui pſalmi directanei ſine ātiphona dicēdi ſūt /

**Poſt quos hymnus eiuſdē hore/ lectio vna. verſus. kyri eleyſon. benedictio: et miſſe fiant/**

Iſtum ordinem obſeruauit ſanctus pater Benedictus in eo ꝙ ſuperius diſtinxerat tempora quibus officia diuina agenda ſunt/ Et nunc ſubiungit quāti pſalmi per eaſdē horas canendi ſunt/ dicēs (Quia de nocturnis vel matutinis digeſſimus ordinē pſalmodie: nunc de ſequentibus horis videamus. / Prima hora diei dicatur pſalmi tres ſingillatim et nō ſub vna gloria) ſʒ ſupple ſub triplici vt trinitas ĩ noſtris operibus glorificetur (Hymnus eiuſdem hore. poſt verſū Deus in adiutorium anteꝙ pſalmi incipiatur/ Poſt expletionē vero triū pſalmorū reciteturlectio vna) que apud alios capitula noiatur (verſus et kyri eleiſon ⁊ miſſe ſint) id eſt dicantur oratiōes que miſſe dicūtur hic a ſancto patre/ eo ꝙ in illis ad deū expreſſe preces mittamus: dicentes. Oremus. Oīpotens ſempiterne deus. vel Deus qui/ vel huiuſmodi / (Tertia vero ſexta et nona eodem ordine celebretur. oratio/ id eſt verſus hymni earūdem horaruʒ. terni pſalmi. lectio et verſus et kyri eleyſon et miſſe ſint / Si maior congregatio fuerit cum antiphonis dicatur: ſi vero minor indirectū pſallantur) Congregatio regularis dicitur congregatio duodecim monachoruʒ iuxta numerum duodeci apoſtolorū principaliū diſcipulorū xp̄i/ Maior congregatio dicitur ab aliquibus a triginta et ſupra/ Minor vero congregatio ſi min⁹ a xxx. fuerint fratres deſcendendo vſqʒ ad duodecim/ Nam minus a duodecim non videt congregatio regularis / Alii volunt dicere ꝙ ſi plures ſint ꝙ̄ duodecim monachi/ id eſt xiii vel xiiii. aut vltra maior congregatio dicēda ſit/ ſed primū magis nobis placet. Eſt tñ aduertendū/ ꝙ hoc quod hic dicitur nō eſt accipiendū preceptiue/ ita ꝙ regule trāſgreſſor habendus ſit conuentus minoris congregationis qui cum antiphonis/ id eſt modulādo officium diceret/ ſed accipiendum eſt per modum indulgentie/ Concedit eni minori congregationi propter paucitatē monachorum ne nimio labore fatigentur/ quod indirectū/ id eſt ſine modulatione officiū dicat ſi voluerit. Sequitur (Veſpertina autē ſinaxis) id ē ſolennitas vel curſus veſperarū (q̄ttuor pſalmis cum antiphonis terminetur. Poſt quoſ pſalmos lectio recitanda eſt. Inde reſponſorium ambroſianū. verſus. canticū de euangelio) ſcʒ Magnificat anima mea dñm (letania) id eſt kyri eleyſon (et oratio dñica. Et fiant miſſe) id eſt orationes (Completoriū autem trium pſalmoruʒ dictione terminetur q pſalmi directanei ſine ātiphonis dicendi ſūt Poſt quos hymnus eiuſdeʒ hore. lectio vna. verſus. kyri eleyſon. benedictio/ et miſſe fiāt. Plana ſunt omnia.

Capitluum lxxvi. et eſt xviii. regule: quo ordine ipſi pſalmi dicendi ſunt: vbi dicitur quare eccleſia vtitur pſalterio in officio eccleſiaſtico pluſꝙ aliis ſcripturis.

t In primis ſemper diurnis horis dicatur verſus. De⁹ in adiutorium meum intende: et gloria/ inde hymnus vniuſcuiuſqʒ hore / Deinde prima hora dominica dicenda quattuor capitula pſalmi centeſimi octaui decimi dicantur/ Reliquis vero horis/ id eſt tertia. ſexta. nona terna capitula ſupraſcripti pſalmi centeſimi octaui decimi dicantur/ Ad primam autem ſecunde ferie. dicantur tres pſalmi/ id eſt primus ſecundus et ſextus / Et ita per ſingulos dies ad primaʒ vſqʒ ad dominicam dicantur ꝑ ordinē terni pſalmi vſqʒ ad nonū decimū pſalmū/ Ita ſane vt nonus pſalmus ⁊ ſeptimus decimus diuidatur in binas glorias/

Et ſic fiat vt ad vigilias domi-
ca ſemper a viceſimo incipiatur.
Ad tertiam vero ſextā et nonam
ſecunde ferie nouē capitula que
reſidua ſūt de cēteſio xviii pſal-
mo ipa tna p eaſdē horas dicāt.
Expenſo igitur pſalmo centeſi-
mo octauo decimo duobus die-
bus / id eſt dn̄ica ꝛ ſecunda feria:
tertia feria iam ad tertiam ſextā
vel nonam pſallantur terni pſal
mi / a centeſimo nono decimo vſ
qꝫ ad centeſimū viceſimū ſepti-
mū.i. pſalmi nouē. Quiqꝫ pſal-
mi ſemper vſqꝫ ad dn̄icā per eaſ-
dem horas itidē repetātur. Hym
norū nichilominꝰ lectionū vel v
ſuū diſpōe vniformi cūctis diebꝰ
ſeruata. Et ita ſcilꝫ vt ſp dn̄ica a
cēteſimo octauo decio incipiat.
Veſpera aūt quotidie quattuor
pſalmoꝝ modulatōe canat. Qui
pſalmi icipiāt a cēteſimo nono
vſqꝫ ad cēteſimū quadrageſimū
ſeptimū / excepti hiis q̄ i diuerſis
horis ex eis ſeqſtrāt.i.a cēteſimo
ſeptio decio vſqꝫ ad cēteſimū vi-
ceſimū ſeptimū / ꝛ cēteſimo tceſi
mo tertio: ꝛ cēteſio quadrageſio
ſcdo. Reliq̄ oēs i veſpa dicēdi ſūt
Et qꝛ minꝰ veniūt tres pſalmi:
ideo diuidēdi ſūt q̄ i nūero ſupra
ſcripto fortiores iueniūt.i. cēteſi
mꝰ triceſimꝰ octauꝰ / ꝛ centeſimꝰ
quadrageſimꝰ tertiꝰ: et cēteſimꝰ
quadrageſimꝰ qrtꝰ. Centeſimꝰ
vo ſextꝰ decimꝰ qꝛ puus eſt / cum
cēteſimo quīto decimo coniūga
tur. Digeſto ergo ordie pſalmo-
rum veſpertinoꝝ. Reliqua / id eſt
lectiones reſponſoria. hymni ver
ſus vel cantica: ſicut ſupra taxa-
uimus impleantur. Ad comple-
torium vero. iidem pſalmi repe
tantur quotidie / id eſt quartus ꝛ
nonageſimus. et centeſimus tri
ceſimus tertius. Diſpoſito ordi
ne pſalmodie diurne. reliqui om
nes pſalmi qui ſuperſunt equa-
liter diuidantur in ſeptem no-
ctium vigiliis / partiendo ſcilicꝫ
qui inter eos ꝓlixiores ſunt pſal
mi: et duodecim per vnamquā-
qꝫ conſtituantur noctem. Hoc p
cipue cōmonentes. vt ſi cui forte
hec diſtributio pſalmorū diſpli-
cuerit / ordinet ſi melius aliter iu
dicauerit. dum omnibus modis
id attendatur. vt omī hebdoma
da pſalterium ex integro nume
ro centum quinquaginta pſal-
morum pſallatur. Et dominico
die ſemper a capite repetatur ad
vigilias / quia minus iners deuo
tionis ſue ſeruiciū oſtendūt mo
nachi / qui minꝰ pſalterio cū cāti
cis ꝯſuetudinariis p ſeptimane
circulū pſallūt / dū legamꝰ ſctōs

**patres noſtros vno die ſtrennue impleuiſſe/ qđ nos tepidi vtinaꝫ ſeptimana integra perſoluam9**

Oſtꝙ ſãctus pater Benedictus de
numero pſalmorū egit. iam de ipſo-
rum ordine diſponit dicens. In pri-
mis ſemꝑ diurnis horis dicatur verſus. De
us in adiutorium meum intende: domīe ad
adiuuandū me feſtina. Et gloria/ Inde hym
nus vniuſcuiuſqꝫ hore. Deinde prima hora
domica dicēda quattuor capitula pſalmi cē
teſimi octaui decimi dicãtur/ Reliquis vero
horis. i. tertia/ ſexta vel nona: terna capitula
ſupra ſcripti pſalmi centeſimi octaui decimi
dicãtur/ Ad primã autem ſecunde ferie dicã-
tur tres pſalmi/ id eſt primus ſecundus et ſex
tus. Et ita per ſingulos dies ad primã vſqꝫ
ad dñicam dicantur per ordinem terni pſal-
mi vſqꝫ ad nonūdecimū pſalmū/ Ita ſane vt
nonus pſalmus et ſextus decimus partian-
tur in binas glorias/ Et ſic fiat: vt ad vigili-
as dñica ſꝑ a viceſimo incipiat. Ad tertiã ve-
ro ſextam et nonam ſecunde ferie nouē capi-
tula que reſidua ſunt de centeſimo octauode
cimo pſalmo/ ipſa terna per eaſdem horas di
cantur. Expēſo ergo pſalmo centeſimo octa
uo decimo duobus diebus/ id eſt dñica et ſe-
cunda feria/ Tertia vero feria iam ad tertiã
ſextam vel nonam pſallantur terni pſalmi/ a
centeſimo nonodecimo vſqꝫ ad centeſimum
viceſimum ſeptimū/ id eſt pſalmi nouē/ Qui
pſalmi ſemper vſqꝫ ad dñicam per eaſdē ho-
ras itidem repetantur/ Hymnoꝝ nichilomi
nus lectionuꝫ vel verſuū diſpoſitione vnifor
mi cunctis diebus ſeruata/ Et ita ſcilꝫ dñica
ſemper a centeſimo octauo decimo incipiat.
Veſpera autem quotidie quattuor pſalmoꝝ
modulatione canatur/ Qui pſalmi incipian
tur a centeſimo nono vſqꝫ ad centeſimū qua
drageſimum ſeptimum/ exceptis hiis qui di-
uerſis horis ex eis ſequeſtrantur/ id eſt a cen-
teſimo ſeptimo decimo vſqꝫ ad centeſimū vi
ceſimum ſeptimū/ et centeſimo triceſimo ter
tio, et centeſimo quadrageſimo ſecundo: reli
qui om̄es in veſpera dicēdi ſunt. Et quia mi
nus tres pſalmi veniunt/ ideo diuidendi ſūt
qui ex numero ſupraſcripto fortiores inueni-
untur/ id eſt centeſimus triceſimus octauus
Et centeſimus quadrageſimus tertius/ et cē
teſimus quadrageſimus quart9/ Centeſim9
vero ſextus decimus quia paruus eſt cū cen-
teſimo quinto decimo coniungatur. Di-
geſto ergo ordine pſalmodie veſpertinorum:
reliqua/ id eſt lectiones reſpōſoria hymni ver
ſus vel cantica ſicut ſupra taxauimus imple
antur. Ad completoriū vero quotidie iidem
pſalmi repetantur/ id eſt quartus et nonage
ſimus/ et cēteſimus triceſimus tertius. Di
ſpoſito ordine pſalmodie diurne: reliqui om-
nes pſalmi qui ſuperſunt equaliter diuidan-
tur in ſeptem noctium vigiliis: partiendo ſcꝫ
qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi/ et duo-
decim per vnamquãqꝫ conſtituantur noctē.
Hoc precipue cõmonentes vt ſi cui forte hec
diſtributio pſalmorum diſplicuerit: ordinet ſi
melius aliter iudicauerit. Hec vltima ver-
ba ſiue cauſa humilitatis ſiue conceſſionis ſã
ctus pater Benedictus dixerit: tutius eſt ſer
uare ordinem datum per eum/ Nullus pla-
ne abbas vel monachus illam ſibi preſumpti
onem debet aſſumere/ vt aliter diſponat ordi
nem pſalmodie ꝙ ipſius ſancti viri diſcretio
nis ſtudio et laboribus extitit ordinatū/ Se
quitur (Dummodo omibus modis id attē-
datur vt omni hebdomada pſalterium ex in
tegro numero cētum quinquaginta pſalmo
rum pſallatur/ Et dominico die ſemper a ca
pite repetatur ad vigilias/ quia minus iners
deuotionis ſue ſeruicium oſtendūt monachi/
qui minus pſalterio cum canticis conſuetu-
dinariis per ſeptimane circulū pſallunt/ Dū
legamus ſanctos patres noſtros vno die hoc
ſtrenue impleuiſſe/ quod nos tepidi vtinã ſep
timana intregra perſoluamus) Hec omnia
planiſſima ſunt quare non eſt opus vt aliqđ
aliud addamus. Uerum eſt circa hoc notã
dum ꝙ eccleſia nulla ſcriptura tãtum vtitur
in officiis diuinis ſicut pſalmis/ quod et bea-
tus Beneditus obſeruauit. Et hoc propter
multas rationes oſtenditur iuſtum et ratio-
nabile. Primo quia canticum pſalmoruꝫ
confortat penitentes/ Conuenientes enim
ad officium diuinum/ attendentes dauid tm̄
peccatorem per penitentiam ad ſtatum pro-
phetie perueniſſe/ ꝙ vbiqꝫ terrarum eius pro
phetia prefertur aliis in diuinis laudibus/ ex
hoc plurimum in domino confortantur/ con
fidentes de eius clementia ſi voluerint peni-

tere. Secundo quia nulla ſcriptura eſt deo
ita ſpecialis. In quolibet enim verſu fere lo
quitur de deo. Et in multis. precipue in illis
que magiſ frequentantur in horis diuinis cū
deo quaſi ante oculos conſtituto loquitur/ qđ
valde mentē eleuat ad ſupna. Item tertio
hec ſcriptura/ innumerabiles habet ſalutares
effectus. De quibus auctoritas que dicitur
eſſe Auguſtini ita habet/ Canticū pſalmorū
effugat demones/ efficit ſāctitatem/ refectio
mētis eſt/ ſicut ſol illuminat/ ſicut oleū deflu
it/ voluntatē illicitā extinguit/ iracūdiā fran
git/ omia penetrat/ oīa iplet/ hoīez deificat/
ſenſū aperit/ deſideriuz regni celeſtis tribuit/
ignē ſpūalē in corde ſuccēdit/ radices oīz ma
lorū expellit/ cōſolatio doloris eſt/ notitia ve-
ri luminis eſt. tediū animi detrahit. qui can-
ticū diligit pſalmorū aſſiduū non poteſt face
re pctm̄. Talia multa inferunt ī eadē aucto
ritate. Quarto. iſta ſcriptura cōmunior eſt
aliis/ Oīa eī fere q̄ hic dicunt. referunt ad ſta
tū iuſti vel īpii generalē/ in quoruz altero eſt
quilibet. Quīto hec ſcriptura eſt q̄ plene cō
tinet illa q̄ ſūt neceſſaria ad hoīs inſtructiōez/
Vñ in glo. in phemio pſalterii/ Conſūmatō
eſt totius theologice pagine/ hic eī deſcribun
tur premia bonorū. ſupplicia malorꝫ. rudimē
ta inſipientiū/ progreſſus proficientium/ vi-
ta actiuorū. ſpeculatio cōtemplatiuorū/ Hic
docetur quid pctm̄ auferat/ quid penitentia
reſtituat/ quid penitens peccatoruz conſcius
dicat/ quid per penitentiā aſſequatur. Sex
to. hec ſcriptura alias excellit in claritate ma
xime prophetie/ ſicut dicitur in gloſa pſalte-
rii. ſupradicta. Alii enī auctores enigmatice
loquuntur/ iſte autē propheta apertius. et ſi-
ne figuris pro magna parte. Septimo qr
nichil eſt in pſalmis/ quod nō ſit vel dei laus/
vel oratio. que duo maxime competūt officio
diuino. Octauo quia pſalmi ſic ſunt com
poſiti/ ꝙ magis competunt iubilationi voca
li/ quam requirit officium diuinū ꝙ̄ alie ſcrip
ture propter diſtinctionē verſuū/ Unde et da
uid cantabat eos corā dño. Et ſicut dicit yſi-
dorus in libro ethimolo: ideo dictū eſt pſalte
rium/ quod vno propheta canente ad pſalte-
rium/ chorus conſona voce reſpondebat.

Capitulum lxxvii: et eſt xix. regule de diſci
plina pſallendi: vbi de reuerentia ſeruanda
in pſallendo/ in qua primo cōſiſtit diſciplina
pſallendi.

**Ubiqz credim⁹ diuinā eſſe
preſentiā/ et oculos dñi in
oī loco ſpeculari bonos ⁊ malos
/ maxime tamen hoc ſine aliqua
dubitatiōe credam⁹/ cū ad opus
diuinū aſſiſtimus/ Ideo ſemper
memores ſim⁹ quod ait prophe-
ta. Seruite dño ī timore/ Et ite-
rum. Pſallite ſapiēter/ Et In cō
ſpectu āgelorū pſallā tibi. Ergo
conſideremus qualiter oporteat
nos in conſpectu diuinitatis ⁊ ā
gelorū eſſe/ Et ſic ſtemus ad pſal
lendū vt mens noſtra concordet
voci noſtre.**

Sanctus pater Benedictus poſtꝙ̄ di-
ſtinxit numerum ⁊ ordinē pſalmorū
Jam aptiſſime ſubiungit in hoc capi
tulo de diſciplina ſiue doctrina pſallēdi/ Pri
mo premittit cauſam propter quā erudita et
diſciplinata laude pſallendū ſit omīpotenti
deo/ videlicet preſentiā indeficientem maie-
ſtatis diuine dicēs (Ubiqz credimus diuinā
eſſe preſentiam) Jeremie xxii. Celum ⁊ terrā
ego impleo. Ut autem dicit ſcđs philoſoph⁹
Deus eſt lux indeficiens/ manus omīa con-
tinens/ oculus inſopitus/ ſpiritus vbiqz tot⁹
/ cui peruiū eſt omē ſolidū/ cui obſcura clarēt.
/ occulta patent/ cui muta reſpondent/ cui ſilē
tium loquitur et mens ſine voce confitetur.
(Et oculos dñi in omī loco ſpeculari bonos
et malos) puer. xv (Et maxie tñ hoc ſine ali
q̄ dubitatione credam⁹ cū ad opus diuinū aſ
ſiſtimus) quia vt ait bernardus licet ſemper
a dño videamur in oratione/ tamen etiā pre
ſentamur et oſtendim⁹ nos/ quaſi facie ad fa
ciem cum deo loquētes. Hinc dicit dñs ſalo-
moni tertii regū ix/ Sanctificaui domū hanc

quã edificaſti vt ponerem nomen meũ ibi in
ſempiternũ/et erunt oculi mei et coꝛ meũ ibi
cunctis diebus. Sequitur (Ideo).i.attento
ꝙ oculi diuine maieſtatis ſemper nos contē
plantur (ſemper memores ſimus/adimplen-
plentes/quod ait ꝓpheta) p̄s.ii (Seruite do
mino in timoꝛe) glo.i.diligenter (Et iterũ)
ſcȝ qđ ait idē ꝓpheta p̄s.xlvi (Pſallite ſapi
enter) glo.i.intelligenter (Et illud) ſcȝ ſup-
ple memoꝛemur quod dicit idē ꝓpheta/p̄s.
xxxvii (In conſpectu angeloꝛũ pſallã tibi (Er
go conſideremus qualiter) id eſt ꝙ decenter.
ꝙ honeſte ꝙ diſciplinate (oporteat nos in cõ
ſpectu diuinitatis et angeloꝛũ eius eſſe/et ſic
ſtemus ad pſallendum vt mens noſtra cõcor
det voci noſtre) ¶Pro pleniori eruditione di
ſcipuli notandũ/ꝙ diſciplina pſallendi ſecun
dum ꝙ pater ſanctus Benedictus innuit/et
ex dictis auctoꝛitatibus ꝑ eũ colligi poteſt/cõ
ſiſtit in tribus que ſunt ſtatus reuerentia/at-
tentionis vigilantia/cantus diſciplina/Per
tinet autē ad diſciplinã pſallendi ſtatus reue
rentia/q̄ deſignat̃ per primã auctoꝛitatē in-
ductã a ſancto patꝛe ex p̄s.ii. Seruite dño in
timoꝛe/Timoꝛ enĩ reuerentiam parit/plane
rationabiliter frater debet habere reuerẽtiã
pſallẽdo in eccleſia./Primo qꝛ locus in quo
ſtat locus ſanctus eſt./Scđo qꝛ altaria cru
ces imagines reliquie ꝛ alia huiuſmodi int̃ q̄
ſtat magne ſũt dignitatis./Tertio qꝛ multi
tudo fratrũ qui etiam honoꝛandi ſunt aſtat.
/Quarto qꝛ angeli in quoꝛũ conſpectu pſal
lit reſpiciũt./Bernardꝰ ſup canti./Attendite
ãgelos cũ ſtatis ad oꝛandũ et pſallendũ/ꝛ ſta
te cũ reuerentia et diſciplina./Quinto qꝛ il
le cui aſtat diſcipulus pſallendo eſt ſũma ma
ieſtas./Conſideret ergo diſcipulus ſãctitatē
loci in quo ſtat/dignitatē rex̃ inter quas ſtat/
conuentũ fratrũ cũ quibꝰ ſtat/angeloꝛũ pꝛeſẽ
tiã coꝛã quibꝰ ſtat/ſũme maieſtatis excellẽti
am cui aſtat/et ſtet diſciplinate et reuerenter
/Caueat aũt ne in choꝛo cũ ad pſallendũ ſtat/
ſit de eoꝛũ nũero de qbꝰ dicit Hugo de ſãcto
victoꝛe/Sunt mẽte vagi/attoniti oculis/ha
bitu diſſoluti/plana parietũ ꝑſpicientes plu-
ſtrant/aliud cantãt/aliud cogitãt/In choꝛo
ſunt coꝛpoꝛe/ſed in foꝛo ſunt mẽte/Studeat
ergo diſcipulꝰ vt in choꝛo nõ ſit incõpoſitꝰ ha
bitu/non vagꝰ oculis/nõ moleſtꝰ aut faſtidi
oſus aliis/non coꝛpoꝛe mobilis ſed quietꝰ/vt
ſtabilitatē mentis ſtabilitate coꝛpoꝛis oſten-
dat/nõ leuitatē diſſolutõnis cuiuſcũqȝ in ali
quo/ſed maturitatē et grauitatē in oĩbꝰ pꝛe
ferat/Ait enĩ ꝓpheta. In populo graui lau-
dabo te/Ciprianꝰ libꝛo de oꝛatiõe dñica/Sit
igit̃ orãtibꝰ ſermo cũ diſciplina/quietē conti
nens ꝛ pudoꝛē/placendũ eſt diuinis oculis ꝛ
habitu coꝛpoꝛis et motu vocis.

## ¶Capitulũ lxxviii. de coꝛdis attentione ha benda: in qua ſecundario conſiſtit diſciplina pſallendi.

DEinde ſecundũ quod pertinet ad diſci
plinã pſallẽdi eſt coꝛdis attentio/ſiue
attẽtionis vigilantia/que deſignatur
in ſecunda auctoꝛitate inducta a ſãcto patre
de p̄s.xlvi/Pſalite ſapienter.glo. Nemo ſa-
pienter facit quod non intelligit/De quo di
cit apoſtolus ad ephe.v. Pſallentes in coꝛdi
bus veſtris dño/Sic et ipſe apoſtolꝰ faciebat
qui dicit pꝛĩe coꝛin.xiiii. Pſallã ſpũ reuoluẽs
ſcȝ in ſpũ qđ pſallo/pſallã et mente ſcȝ nichil
aliud tunc in mente reuoluens. Et ad hoc in
uitat beatus petrus dicens. Uigilate in oꝛa-
tionibꝰ/glo.ne animꝰ cogitet aliud/pꝛeter id
ſolũ quod pꝛecat̃/Et auguſtinus in regula.
/Pſalmis et hymnis cũ oratis deũ/hoc verſe
tur in coꝛde qđ ꝓfert̃ in oꝛe/Pro intelligẽtia
¶pleniori huiꝰ partis eſt notandũ ꝙ cũ coꝛ eua
gationē patit̃ in oꝛationibꝰ/aliquando acci-
dit ex infirmitate hũana/aliquando ex negli
gentia/aliquando ex ꝓpoſito/Licet aũt totũ
ſit repꝛehenſibile tñ tertiũ magis ꝙ ſecundũ
et ſecundũ magis ꝙ pꝛimũ./Itē ſunt q̄dã co
gitationes de qbuſdã neceſſariis: ſicut cũ in-
cũbit alicui de quo oportet eũ cogitare/De
qbꝰ habet̃ ſapie.ix/Terrena cogitatio depꝛi
mit ſenſũ multa cogitantē/Alie ſũt vanitatiſ
De qbꝰ p̄s/Dñs ſcit cogitationes hoĩȝ qm̃
vane ſũt/Sũt alie iniq̄tatis.ſapi.i./Peruer-
ſe cogitatões ſeparant a deo/¶In oꝛationibꝰ
cauendũ eſt a pꝛimis: ſȝ plꝰ a ſecũdis plꝰ a ter
tiis./Itē q̄dã cogitatões oꝛiunt̃ ex ĩmiſſione
demonũ/q̄dã ex culpa p̄cedẽti/vt cuȝ qs ante
oꝛonē adeo vagꝰ eſt ꝙ illa occaſione occurrũt
ei oꝛãdo ſicut ꝛ ſõniando q̄ eũ ipediũt/q̄dã ex
culpa p̃nti vt cũ dicẽdo diuinũ officiũ ſe occu
pat ĩ aliis/Pꝛimũ malũ/ſcđm peiꝰ/tertiũ peſ
ſimũ./Itē oꝛando ocurrũt quandoqȝ cogita

tiones vtiles et de pertinētibus ad orationē/
vt cū occaſione alicuius verbi occurrentis in
oratione/cogitat quis aliquid vtile ad ſermo
nem faciendū vel ad orationē conficiendam/
¶ Quandoqꝫ occurrunt vtiles ſed de imperti-
nentibus. quandoqꝫ quedā impertinentes ⁊
inutiles: imo quādoqꝫ nociue. Prime habēt
aliq̄ꝙ excuſationē/ſecūde minorē. tertie mīme/
¶ Secundū ergo precedentes differentias co-
gitationū/poteſt aduerti: quando plus debet
timere quis conſcientie ſue/cū patitur euaga
gationē cogitationū in orando. ¶ De hac p-
te diſcipline pſallendi/videlicet de puritate ⁊
attentione mentis habenda in oratione/ bea
tus Bernardus ſuper cantica ita nos horta
tur/Uos ammoneo dilectiſſimi pure/ac ſtren
nue diuinis intereſſe laudibus. pure vero vt
nichil aliud dum pſallitis ꝙ quod pſallitis
cogitetis. Nec vitandas dico ſolas cogitati-
ones vanas et ocioſas: vitande ſunt et ille il
la duntaxat hora. et illo loco quas officiales
fratres pro cōmuni neceſſitate quaſi neceſſa
rio frequenter admittere compelluntur/ Sꝫ
ne illa profecto qdē tūc recipere cōſuleri/que
forte pauloāte in clauſtro ſedentes in codici-
bus legeratis/ſalubria ſunt ſꝫ minime illa ſa
lubriter inter cōpſallendū reuoluitis/ ſpiritꝰ
enī ſanctus illa hora gratū non accipit quic-
quid aliud. neglecto eo quod debes obtuleris
hec bernardus. ¶ Secundo eſt hic notandū
ꝙ multū debent deo pſallentes. ⁊ maxime re
ligioſi operā dare ad hanc mentis intentio-
nem habendā/vt orando hoc verſetur ī corde/
quod profertur in ore. Et hoc propter duas
cauſas. ¶ Primo quia oratio ſine attentiōe
non videtur eſſe vera oratio/ſed ſimiatica/
/ Simia enī interdū labia mouet ad modum
orantis/licet neſciat qd dicat: ita faciunt mul
ti de quibus dn̄s per yſaiā dicit. Populꝰ hic
labiis me honorat/cor autē eorū longe eſt a
me/ Si enī in docendo. in diſputando. in fa-
bricando. et in actione etiā corporali fatuus
reputatur/qui nō cogitat in eo quod facit (ſe
cundum gloſam ſuperiꝰ inductā ſuper illud
p̄s. Pſallite ſapienter. Nemo ſapienter agit
qui non intelligit) q̄ꝫto magis reputādus fa
tuus venit/qui nō attendit orationi. eccleſia-
ſtici xxi. Os ſapientū in corde ipſorum/ quod
ideo dicitur quia que dicunt. verſantur in cor
de ipſo. ¶ Secundo propter reuerentiam dei

cui pſallimꝰ/ Etenim cū quis loquitur proxi
mo cogitat in eo quod dicit/ et tanto magis
q̄ꝫto maior eſt cui loquitur ¶ Cum ergo pſallē
do loquamur ſūmo deo. multa attentione et
cogitatione intendendū eſt oratiōi/ Bernar.
Cum ad orandū ī eccleſiā intraueris/fluctu-
antiū cogitationū tumultū relinque exteriꝰ
/ vt ſoli deo vacare poſſis/ fieri nō poteſt vt cū
deo loquatur qui cum toto mūdo etiā tacēs
fabulatur. ¶ Tertio propter ſuauitatē degu-
ſtandam ſpiritualiū orationū. / Oratio enī ci
bus eſt cordis/q̄ꝫadmodū enī dulcedinē et ſu
auitatē amittit boni morſelli/qui non maſti
cat eū/ ſic dulcedinem ſpūaliū orationuꝫ qui
dentibꝰ intelligentie nō conterit orationem
Bernardus. Cibus in ore. pſalmus in corde
ſapit/ Nō negligat aīa illū terere dētibus in
telligentie/ne ſi forte integrū glutiat fruſtre-
tur palatū ſapore dulciori ſuper mel et fauū.
¶ Quarto propter diuinā exauditionē/ Cū
enī pſallimus petimus vt deus nobis inten-
dat: iuxta illud/ Intende michi dn̄e et exaudi
me. / Unde etiā in exordio diuinarū laudum
petimus/ Deus in adiutoriū meū intēde ⁊c.
¶ Quomodo autē eſt pbabile ꝙ hoc faciat de
us/ſi nos nobis non intendimus: Bernardꝰ
Quomodo michi intendit qui michi non in
tendo/ Quare beatus ciprianus ſuper orati
onem dn̄icam nos ita hortatur/quando ſta-
mus ad orationē. incumbere ad p̄ces toto cor
de debemus/nec quicq̄ꝫ tunc animꝰ q̄ꝫ id ſolū
cogitet quod precatur/ Que enim ſegnicia
eſt alienari et capi prophanis cogitatiōibus/
cū deum precaris/quaſi ſit aliud quidē ma
gis debeas cogitare ꝙ quod loqueris ¶ Quo
modo audiri te a deo poſtulas. cū te ipſe non
audias / Uis deū memorē eſſe tui cū rogas:
quando tuipſe tui memor non es. ¶ Quin
to propter efficaciā orationis/cuius efficacia
principaliter attenditur ex parte cordis. Au-
guſtinus. Potiꝰ ad vocem cordis q̄ꝫ corporis
aures eius intendunt/ Et yſidorus. Oratio
cordis eſt non labiorū/ Nec enī verba depre-
cantis deus intendit/ſed orantis cor aſpicit.
/ Qui ergo cor non habet in oratione/ſubtra-
hit quod melius eſt in oratione/ Unde beatꝰ
baſilius dicit. Diuinū auxiliū implorandū
eſt non remiſſe/nec mente huc illucqꝫ vagan
te/eo ꝙ talis nō ſolū nō impetrabit quod pe-
tit/ſꝫ etiā magis deū irritabit/ Itē Bernar-

dus/ Parū prodeſt ſola voce cantare ſine cor
dis intentione. Deus enī cui non abſcondit
quicquid illicitū perpetratur/non querit vo-
cis leuitatē.ſed cordis puritatē. ¶ Secundo
ad videndum qualiter attentio neceſſaria ſit
orationi notādū eſt vt ſanctus Thomas no-
tat in ſecunda ſcđe.q.vii.ſcʒ ꝙ neceſſariū dici
tur aliquid dupliciter. Uno modo per qđ
melius peruenitur ad finē.et ſic attentio ab-
ſolute orationi eſt neceſſaria. Alio modo di
citur neceſſariū/ſine quo res non poteſt conſe
qui effectum ſuū/Eſt aūt triplex effectus ora
tionis. Prim⁹ quidē cōmunis oībus acti
bus caritate informatus quod eſt mereri/et
ad hunc effectū non ex neceſſitate requiritur
ꝙ attentio aſſit oratiōi per totū/ſed vis prīe
intentionis qua aliquis ad orandū accedit/
reddit totam orationē meritoriā ſicut ī aliis
meritoriis actibus accidit. Secundus au
tem effectus orationis eſt ei proprius/quod ē
impetrare/et ad hunc etiā effectū ſufficit pri
ma intentio quā deus principaliter attendit/
Si autē prima intentio deſit/oratio nec me
ritoria eſt nec impetratiua/Illam autē orati
onem deus non audit/cui ille qui orat nō in-
tendit vt dicit gregorius. Tertius autem
effectus orationis eſt quē pricipaliter efficit/
ſcʒ quedā ſpūalis refectio/et ad hunc de neceſ
ſitate requiritur in oratione attentio/Unde
prime ad corin.xiiii./Si orem lingua mens
mea ſine fructu eſt/Sciendū tamen eſt ꝙ tri
plex eſt attētio/q̄ orationi vocali poteſt adhi-
beri. Una quidē qua attenditur ad verba
ne quis erret. Secunda qua attenditur ad
ſenſum verborū. Tertia qua attenditur ad
finē orationis/ſcʒ ad deuʒ et ad rem pro qua
oratur/que quidem eſt maxime neceſſaria/et
hanc etiam poſſunt habere ydiote/et quan-
doqʒ intantū abundat hec attentio qua mēs
fertur in deū/vt etiā omīʒ aliorū mens obli-
uiſcat/ſicut dicit Hugo de ſancto victore his
verbis/Pura eſt oratio quando ex abundan
tia deuotionis mens ita accenditur/vt cuʒ ſe
poſtulatura ad deum conuertitur/etiam ſue
petitionis obliuiſcatur. ¶ Tertio videndū
eſt an euagatio mentis in oratione ſit pecca-
tum. Pro quo notandum quod dicit ſan
ctus Thomas ī ſcđa ſcđe vbi ſupra/ꝙ ſi quis
ex propoſito mente euagetur peccatum eſt/⁊
impedit orationis fructū. Et addit in iiii.di

xv.precipue ſi in aliis ſe occupat que mētem
diſtrahunt/ſicut ſūt exteriora opera. Et ſi ad
contrariū mens euagetur etiā culpa morta-
lis erit/quod intelligendū eſt duobus modis
/ſicut dn̄s Petrus de palude ponit ī iiii.d.xv.
Uno modo de oratione.vt ſub precepto hu
mano cadit/et tunc contingit quando aliq̄s
ſcienter ſe occupat in actu exteriorū.qui ſecū
non compatitur attētionē orationis/tunc vi
detur eſſe culpa mortalis et directe contra p̄-
ceptū eccleſie/.qđ habetur extra de cele.miſſa
rum capitulo/Dolentes/vbi ita dicit Inno.
tertius in cōcilio generali/Diſtricte p̄cipim⁹
in virtute obedientie/vt nocturnū officiū pa
riter et diurnū q̄tū eis deus dederit ſtudioſe
celebrent pariter et deuote/Hoc autē prece
ptū nō obſeruāt.q occupātes ſe ī actu exterio
ri ſciēter ſibi attētionē ſubſtrahūt/Tale op⁹
quidē etiam ſi ſit bonū/cum ſit incompaſſibi
le attentioni.dicitur contrariū non orationi
ſed attentioni. Secundo modo poteſt in-
telligi de oratione/vt cadit quodā modo ſub
precepto diuino/ſic ꝙ vbi etiā non eſt conſen
ſus in opus nec in delectationē/quia tunc eti
am extra orationē eſſet peccatū mortale/ſed
quando ſolū conſentit in cogitationē/Eua-
gatio autē que fit preter propoſitū oratiōis
fructū non tollit/Unde baſilius dicit. Si ve
ro debellatus a peccato fixe nequis orare/q̄-
tūcūq̄ potes ipſū cohibeas et deus ignoſcet/
eo ꝙ non ex negligentia ſed ex fragilitate nō
potes vt oportet aſſiſtere coram eo/Uerba
aūt iſta ſūt ſācti thome in ſcđa ſcđe vbi ſupra/
In quarto vero ſententiarū loquitur ſic/Si
autē ſine hoc quod percipiamuſ mēs ad alia
euagetur/vel culpa caret vł paruiſſima culpa
eſt/niſi precedens cogitatio ex qua conuenit
euagatio talis.in culpa eſſe dicitur. ¶ Quar
to notādū eſt/ꝙ licet ex infirmitate humana
non poſſit quis habere cor multuʒ attentum
orationibus/non tamen propter hoc tepeſcē
dū eſt ab oratione/Et hoc propter tria. Pri
mo quia pauper licet non ſemper clamet/ta
men ſola inſtātia corporis diu ſedēdo ad por
tam mouet ad miam dn̄ʒ/Multo autē ma-
gis confidendū eſt de mia altiſſimi/cuius mi
ſericordie non eſt numerus. Secūdo.quia
ipſe voces orationū vt pie creditur multam
habent efficatiā/vt verba que incantant ſer-
pentes. Tertio qꝛ vt ſupra dictū eſt intētio

que a pͥncipio adeſt ipſi orationi: reddit totā
orationē meritoriā. ¶ Si ꝟo queratur / vtrum
teneatur repetere horas debitas. ille qui non
cogitat in hiis que dicit / poteſt reſpōderi vt
dicit magiſter Hymbertus ſuper regulā bea
ti Auguſtini / ꝙ tanta poſſet eſſe cogitatio et
tam culpabilis ſecundū ſupranotata ꝙ tene
retur / alias nō / ſed ſufficeret de huiuſmodi cō
fiteri. ¶ Iudiciū vero iſtorū relinquendū eſt in
tentioni ⁊ rationi. ¶ Uel poteſt dici / ꝙ in nullo
caſu cū quis dicit horas ore / teneretur repete
re quia obligatio non cadit niſi ſuper actum
exteriorem.

¶ Capitulū lxxix. de diſciplina obſeruanda in cantu: in qua tertio conſiſtit doctrina pſal lendi.

Tertiū quod pertinet ad doctrinam
pſallendi eſt cātus diſciplina / que no
tatur in tertia auctoritate inducta a
ſancto patre / de pſalmo centeſimo triceſimo
ſeptimo / In conſpectu angelorum pſallam ti
bi. Diſciplina aūt cantus conſiſtit in ſeptem
¶ Primo. vt cantetur cū letitia letanter: con
tra eos. qui ex quadam neceſſitate conueniē
tes ad pſallendū / illic triſtitiam ſecū ferunt: ⁊
ideo minus accepta eſt eorū muſica deo. Nō
enī concordat muſica cū luctu: nec bene ſedet
catnus in triſti perſona. Pſallendū eſt ergo
dn̄o cū letititia / prout nos hortatur propheta
dicens. Et in pſalmis iubilemus ei. / Eſt enī
iubilus letitia ſe exterius repreſentans. ¶ Se
cundo pſallēdū eſt diligenter / contra eos qui
non ex religionis maturitate / ſed ex ſegnicie
pigre et moroſe pronunciant pſalmodiā. cuꝫ
tamen dicatur cuilibet. illud eccleſiaſtici xxxi
/ In omibus operibus eſto velox. i. non piger.
/ Si autem non ſunt digni ſtare corā regibus
terrenis in aliquo ſeruicio qui pigri ſūt / quē
admodū ex illo colligitur qd̄ dicitur prouer.
xxii. / Uidiſti virū velocē in opere ſuo / corā re
gibus ſtabit / ꝙ̈tominus digni ſunt ſtare corā
rege celi et ſctīs āgelis eiꝰ / quare vt excitetur
pigritia in pſallentibus dicitur frequenter ī
pſalmis / Pſallite deo noſtro pſallite. pſallite
/ ſicut aſinus pigre incedens frequenter pun
gitur et ſepe numero ei dicitur / Uade / vade
vade: ad excitandū eius pigriciā. ¶ Tertio
pſallendū eſt vigilanter / cōtra eos quidē qui
ſomnolenti ſiue graui depreſſi ſomno ſunt in
pſallendo / ꝙ̈admodū Bernardus de peruer
ſo monacho dicit / Peruigil es ad fabulas: ſō
nolentus ad vigilias / Et ſuper cantica idem
ſic ait / Pſallentibus dignanter admiſceri ſā
cti angeli ſolent. Doleo proinde aliquos ve
ſtrum graui in vigiliis deprimi ſomno: nec
celi ciues revereri / ſed in preſentia principum
tanquā mortuos apparere / cum veſtra ipſi
alacritate permoti / veſtris intereſſe ſolenniis
delectentur / Uereor ne veſtram quādoqꝫ de
ſidiam abominantes / cū indignatione rece
dant: et incipiat vnuquiſqꝫ veſtruꝫ ſero cum
gemitu dicere deo / Longe feciſti notos meos
et cetā. ¶ Eapropter attendite angelos cū ſta
tis ad orandū et pſallendū / et ſtate cū reuerē
tia et diſciplina / De qua vigilantia haben
da in pſalmodia dicitur in p̄s. Bene pſallite
ei in vociferatione. / Ille enī bene facit rem q
diligenter facit eā / vociferare autē non dor
mientis eſt ſed expergefacti / Ille ergo vocife
rando pſallit q peruigil ⁊ diligens eſt in pſal
lendo. ¶ Quarto pſallendū eſt plene: contra
fingentes ſe infirmos / Sunt enī quidā qui
quaſi febres habentes / extendentes ſe oſſitāt
frequenter in choro / replentes os vento / cum
deberet eſſe plenū pſalmo / iuxta illud pſalmi
Repleatur os meū laude. Unde bernardus
de peruerſo monacho dicit / ꝙ eſt potēs ad po
tandum / eger ad cantandū / quo contra dicit
de dauid pſallenti coram archa. primi palip.
xiii. Porro dauid ludebat corā dn̄o omī vir
tute in canticis et cytharis ⁊ pſalteriis / Qui
enī omī virtute pſallebat non infirmum ſe ſi
mulabat. ¶ Quinto pſallendū eſt alte / con
tra eos qui in tm̄ timent ſe grauari in clamā
do / ꝙ ita ſubmiſſe pſallunt ꝙ a ſimul ſtantibꝰ
vix audiri poſſunt / quo contra dicitur in p̄s.
Pſallam nomini tuo altiſſime / Et accipe al
tiſſime aduerbialiter. ¶ Sexto pſallendum
eſt integre / contra eos qui tantum de verbis
pſalmorum tranſiliunt vel preſcindunt / ꝙ vix
reddunt debitū. contra quod dicitur in p̄s.
/ Sic pſalmuꝫ dicā noī tuo dn̄e / vt reddā vota
mea de die in diem. ¶ Septimo pſallendū ē
viriliter / contra eos qui adeo remiſſe confra
ctis vocibus pſallūt / ꝙ multoitens videntur
plus mulieres ꝙ̈ viri / contra quos dicitur in
p̄s. Pſallite in tubis ductilibus / et voce tube
cornee / Iſta autē inſtrumenta non habent ſo
nū mollem ſed fortem et virilem. ¶ Ex quibus
omībus patet ꝙ ad cantandū diſciplinate ſi

· C · 20 ·



ue modo debito/pſallendum eſt cū letitia/ex
citanda eſt pigritia/excutienda ſomnolentia/
non ſimulanda infirmitas/non eſt timendū
ſine cauſa grauamen/plene dicēda ſunt/et vi
riliter decantanda/¶ Unde dauid dictꝰ eſt egre
gius pſalmiſta ſecundi Regum xxiii/quia ſi/
cut ſatis patet in predictis/hec omīa ad diſci
plinam cantus pertinentia in pſalmodia ſer
uanda/verbo docuit/vel exemplo/¶ Sic etiam
beatus Bernardꝰ docebat pſallere filios ſu/
os alloquens eos ita ſuper cantica/¶ Moneo
vos dilectiſſimi vt in diuinis laudibus dn̄o
alacriter aſſiſtatis/¶ Non pigri.non ſomnolē
ti.non oſcitantes.non parcētes vocibus.nō
preſcindentes verba dimidia/nō integra trā
ſilientes/non fractis et remiſſis vocibus mu
liebri quidē ſonantes/ſed virili vt dignuʒ eſt
ſonitu et affectu voces ſancti ſpiritus depro/
mentes/¶ De diſciplina vero mirabili quā ali
qui ſancti patres obſeruabant dicit caſſianꝰ
libro ſecundo inſtitutionuʒ monachoꝝ ſic/ꝙ
cum predictas ſolennitates quas illi ſinaxes
vocant celebraturi conueniunt/tantū prebe
tur a cunctis ſilentiū/vt cum in vnū tam nu
meroſa fratrū multitudo conueniat/preter il
lum qui conſurgens pſalmū decantat in me
dio/nullus hoīʒ penitus adeſſe credatur ac ꝑ
cipue cum conſūmatur oratio.

¶ Capitulū lxxx:et eſt viceſimū regule:de re
uerentia orationis:vbi de quinqʒ que ad ora
tionem maxime valent.

SI cum homibus potentibꝰ
volumus aliqua ſuggere/
re:nō preſumimus niſi cum hu/
militate.et reuerētia/ꝙtomagis
dn̄o deo vniuerſorū cum omī hu
militate et puritatis deuotione
ſupplicādum eſt/¶ Et non in mul
tiloquio/ſed in puritate cordis ⁊
cōpunctione lachrymaꝝ nos ex/
audiri ſciamꝰ/¶ Et ideo breuis de
bet eſſe ⁊ pura orō/niſi forte ex af
fectu inſpiratiōis diuine gratie
protendatur/¶ In conuentu tamē
omino breuietur oratio/et facto
ſigno a priore om̄es pariter ſur/
gant.

DAta diſciplina de doctrina pſallendi q̄
maxime in hoc conſiſtere videtur/ꝙ cō
formiter mente pſallitur.et voce.¶ Con
ſequenter ſubdit doctrinam qualiter orandū
ſit dicens ¶ Si cū homibus potentibus volu
mus aliqua ſuggerere non preſumimus niſi
cuʒ humilitate et reuerentia:ꝙtomagis dn̄o
deo vniuerſorum cū omī humilitate et puri/
tatis deuotione ſupplicandū eſt/⁊ nō in mul
tiloquio ſed in puritate cordis et cōpunctio/
ne lachrymarū nos exaudiri ſciamus/¶ In q/
bus verbis ſanctus pater dans doctrinā orā
di/ponit quinqʒ pertinere ad orationē/¶ Pri
mum eſt ꝙ ſit humilis oratio/multū enī va/
let humilitas ad orationē/¶ Unde ſuper illud
Job primo/¶ In terrā corruit:dicit gregorius
in moralibus/¶ Ille verā orationē deo exhibet/
qui ſemetipſū quia puluis ē humiliter videt/
qui nichil virtutis ſibi tribuit/qui bona q̄ ha
bet de mīa conditoris eſſe cognoſcit/pſa.vlti
/Ad quē reſpiciā niſi ad pauperem/et contri/
tum ſpiritu/¶ Item eccleſiaſtici xxxv.¶ Oratio
humiliantis ſe nubes penetrabit/pſ.¶ Reſpe/
xit in orationē humiliū/et non ſpreuit preces
eorum/¶ Judith.ix.¶ Humiliū et manſuetoruʒ
ſemper placuit tibi deprecatio/¶ Humilitate
obtinuit chananea a xp̄o quod voluit/catello
ſe comparans:cū xp̄s eam cani comparaſſet.
¶ Math.xv.et marci vii.habetur quod xp̄s ei
dixit/¶ Propter hunc ſermonē exiuit demoni/
um de filia tua/¶ Et math.viii/¶ Poſt illud hu
militatis verbū centurionis:dn̄e non ſum di
gnꝰ vt intres ſub tectū meū.dictū eſt ei a xp̄o
¶ Sicut credidiſti fiat tibi/¶ Itē luce xv.¶ Poſtꝙ
filius prodigus dixit/non ſum dignus voca/
ri filius tuus:pater occurrēs cecidit ſuper col
lum eius.¶ Secūdo valet ad orationē puri/
tas cordis.Auguſtinus/¶ Munda cubiculum
cordis.intus.eſt qui exaudiat/¶ Et ſuper illud
pſalmi.Iniquitatem ſi aſpexi ī corde meo.nō
exaudiet dn̄s.dicit gloſa/¶ Puritas orationis
auditur/¶ Item iob xi.¶ Si iniquitatē que eſt ī
manu tua abſtuleris a te/et non manſerit in
tabernaculo tuo iniuſtitia/tūc leuare poteris

faciem tuam abſqʒ macula et eris ſtabilis et
non timebis/ Et econtrario dicitur yſa. p̃rio.
¶ Cum extenderitis manus veſtras auertam
oculos meos a vobis/ et cum multiplicaueri
tis oratione᷉ non exaudiam/ Manus enĩ ve
ſtre plene ſunt ſanguine/ Gregorius/ Cuʒ is
qui diſplicet ad intercedēdũ mittitur/ animꝰ
iudicis ad deteriora prouocatur/ Quare bea
tus yſidorus ait libro de ſũmo bono. Purgã
dus eſt itaqʒ primũ animus et a temporaliũ
rerũ cogitationibus ſegregãdus/ vt pura aci/
es cordis ad deũ vere et ſimpliciter dirigat.
Ubi notandũ venit quod caſſianus colla.
nona ex verbis abbatis yſaac dicit/ vt ea puri
tate qua debet emitti poſſit oratio/ hec ſũt oĩ
modis obſeruanda. ¶ Primũ ſollicitudo rerũ
carnaliũ generaliter abſcindenda eſt./ Dein
de nulliꝰ negocii cauſe vel nõ ſolũ cura/ ſʒ nec
meõria qdē penitꝰ admittēda/ Detractiões
vaniloquia ſeu mľtiloquia: ſcurrilitates quo
qʒ ſimiliter amputande. ire pre oĩbus ſiue tri
ſtitie. perturbatio funditus eruenda. concu/
piſcētie carnales atqʒ philargirie. noxius fo
mes radicitus euellendus. Et infra./ Quic/
quid ante orationis horam aĩa noſtra conce
perit/ neceſſe eſt vt orantibus nobis per inſti/
gationē recordationis occurrat/ quobrē qua/
les orãtes volumus inueniri/ tales ante ora/
tionis tempora preparare debemus. ¶ Ter
tio valet ad orationē feruor deuotiõis. Mul
tum enĩ efficacem reddit orationē magnitu
do deſiderii. ¶ Unde deuteronomii quarto
dicitur/ Cum queſieris dñm deum tuũ inue/
nies eum/ ſi tamē toto corde queſieirs. ¶ Item
ieremie xxix. Cum queſieritis me in toto cor/
de veſtro inueniar a vobis/ Deuotio medul
la eſt holocauſtorũ. p̃s. Holocauſta medulla
ta offeram tibi/ Sine deuotione holocauſta
ſunt arida. ¶ Eſt autē deuotio feruor bone vo
luntatis/ quē mens cohibere non valens cer/
tis manifeſtat indiciis/ Quante autē effica
cie et vtilitatis ſit deuotionis feruor in orati
one oſtendit Auguſtinus dicens/ Dignior ſe
quitur effectus q̃to feruentior precedit affe/
ctus/ Et econtra dicit Bernardus tangens
ſuper cantica tria impedimenta orationis/
¶ Timida oratio celũ non penetrat. quia reſtri
git animã timor ĩmoderatus/ vt oratio non
dico aſcendere ſed nec procedere queat/ Di
citur aũt nimis timida oratio cũ homo ſic co
gitat propriã indignitatē/ vt non conuertat
oculos ad diuinam benignitatē/ Oratio au
tem temeraria non aſcendit ſed reſiſtit ei/ nec
tantũ nõ optinet gratiam ſed meretur offen
ſam/ ¶ Dicitur autē oratio temeraria quando
is in cuius conſciētia peccatũ adhuc regnat:
/ ambulat in magnis et in mirabilibus ſuper
ſe/ et non eſt ſollicitus ſuper periculo aĩe ſue.
¶ Oratio tepida in aſcenſu langueſcit et defi/
cit/ eo quod non habeat vigorem/ que vero fi/
delis humilis et feruens fuerit ſine dubio ce
lum penetrabit. ¶ Quarto valet ad oratio
nem multũ compunctio lachrymarũ/ tertio
regum viii. Si quis cognouerit plagam cor
dis ſui et extenderit manus ſuas ĩ domo hac
tunc exaudies in celo/ ¶ Item propheta ſanctꝰ
p̃s. v/ Auribus percipe lachrymas meas/ La
chryme violente ſunt in precibus/ yſa. xxxvii.
Audiui orationē tuã ꝛ lachrymas tuas. Gre
gorius ĩ moralibꝰ. Ueraciter orare eſt ama/
re compunctionis gemitus non verba cõpo/
ſita reſonare/ Et auguſtinus libro de ciuita/
te dei/ Quanto eſt quiſqʒ ſanctior ꝛ deſiderii
ſancti plenior/ tanto eſt eius in orando fletus
vberior/ ¶ De qua compunctionis vtilitate in
oratione beatus yſidorus dicit/ Peccatorum
recordatio merorē gignit/ luctus vero men/
tem puriorē reddit/ Et ideo cũ deo aſſiſtimꝰ
gemere et flere debemꝰ/ reminiſcentes q̃ gra
uia ſũt que cõmiſimus/ et q̃ dira inferni ſup/
plicia que timemus/ ¶ Unde dicebat quidã/ q
latrones et trutãni docuerant eũ orare/ La/
tro quippe attendens quid fecit et quod ſibi
tormentũ paratũ ſit/ inter hec duo cum mul/
tis lachrymis miſericordiã petit. trutãni ve/
ro membra que in eis ſana ſunt abſcondunt.
et que ſunt miſerabilia improbiſſime oſten/
dunt/ vt magnitudo miſerie ad mĩam excitet
¶ Item abbas paſtor vidēs mulieres in monu
mentis flentes ait/ q ſic debet monachus fa/
cere ſcʒ iugiter flere pro peccatis ſuis/ ¶ Qui
to oratio debet eſſe breuis. dicit enĩ math. vi.
Orantes autē nolite multũ loq ſicut ethnici
faciunt/ putant enĩ q in multiloquio exau/
diantur/ ¶ Qualiter autē hoc intelligendũ ſit
comparatũ ad illud luce xviii. Oportet ſem/
per orare. et nõ deficere/ Et illð p̃rie ad theſſa
lo. v. Sine intermiſſione orate/ eſt notanduʒ
q vt ait ſanctus Tho. in ſcða ſcðe. q. lxxxiii.
articulo xiiii/ ¶ De oratione dupliciter loqui

poſſumus/vno modo ſecundū ſeipſā/aliomo ſecūdū cauſā ſuā. Cauſa aūt orōnis eſt deſideriū caritatis ex quo ꝓcedere debet/qđ qđē in nobis debet eē ꝯtinuū vł actu.vł ꝟtute/Manet aūt virtus huiꝰ deſiderii in oīb;q̄ ex caritate facimus/Omīa autē debemus in gloriam dei facere.vt dicitur prime corin.x/⁊ ſecūdū hoc oratio debet eſſe continua/Unde auguſtinus dixit ad probam/Ipſa ſpe.fide et caritate continuato deſiderio ſemper oramus.

/Sed ipſa oratio ſecundū ſe conſiderata non poteſt eſſe aſſidua/quia oportet aliis operibꝰ occupari:ſed ſicut dicit Auguſtinus ibidem.

/Ideo per certa interualla horarū et temporū etiā verbis rogamus deū/vt illis rerū ſignis noſipſos āmoneamus q̄ntūcūqꝫ in hoc deſiderio profecerimus.nobiſipſis innoteſcamus/⁊ ad hoc agēdum noſipſos acrius excitemus/

/Uniuſcuiuſqꝫ ei rei q̄ntitas debet eſſe proportionata fini/ſicut q̄ntitas potionis ſanitati.

/Unde conueniens eſt.vt oratio tantuꝫ duret q̄ntum eſt vtile ad excitandū interioris deſiderii feruorē/Cum vero hanc menſurā excedit.ita ꝙ ſine tedio durare non poteſt/non eſt vlterius oratio protendenda. Unde auguſtinꝰ dicit ad probā/Dicuntur fratres in egypto crebras quidē habere orationes ſꝫ tamē breuiſſimas ⁊ raptim quodāmodo iaculatas/ne illa vigilanter erecta que oranti plurimū neceſſaria eſt.per ꝓductiores moras euaneſcat atqꝫ ebetetur intentio/ac per hoc etiā ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionē.ſicut non eſſe obruendam ſi perdurare non poteſt/ita ſi ꝑdurauerit nō cito eſſe rumpendam/Et ſicut hoc eſt attendendū in oratione ſingulari per ꝯpatōem ad intētionē orātis/ita etiā ī orōe cōi ꝑ cōparationē ad ppł'i deuotionē/Et caſſianꝰ dicit libro ſcđo inſtitutionū monachoꝝ/ ꝙ ideo ſancti patres precipiūt orationē celeri fine concludi/ne forte īmorantibus nobis in ea/redundantia quedā ſputi vel fleumatiſ interrumpat noſtre oratiōis exceſſum/Et idcirco dū adhuc feruet velut e faucibus inimici velociter rapienda eſt/qui proculdubio cuꝫ ſit nobis ſemper infeſtus.tūc maxime aſſiſtit infeſtior cum contra ſe offerre nos preces domino velle preuiderit/et cogitatiōibus ſeu diuerſis humoribus excitatis abducere mentē noſtram a ſupplicationis intētione feſtinās/et per hoc etiā tepefacere a cepto feruore contendens/q̄obrem vtilius cenſuerunt breues quidē orationes ſed creberrimas fieri/Illud quidē vt frequentius deū deprecantes iugiť eidem coherere poſſimus/hoc vt inſidiantis diaboli iacula.que infligere tunc precipue cū oramus inſiſtit ſuccincta breuitate vitemus/

Sequiť (ideo breuis debet eſſe et pura oratō niſi forte ex affectu inſpirationis diuine gratie protēdatur) quaſi diceret inſtante tumultu diſtrahentiū cogitationū oratio debet abbreuiari/niſi ex affectu inſpiratōis diuīe gratie protendatur. Ubi notandū eſt ꝙ Augꝰ ad probā dicit vt habetur in gloſa math.vi.

/Non eſt hoc orare.in multiloquio ſi diutius oretur/Aliud eſt enim ſermo multus/Aliud diuturnus affectus/Nam et de ipſo dn̄o ſcriptū eſt ꝙ pernoctauerit orando/et hoc vt nobis preberet exemplū. Et poſtea ſubdit augꝰ /Abſit ab oratione multa locutio/ſꝫ non deſit multa deprecatio.ſi feruens perſeueret intentio/ſic enī plus gemitibus q̄ ſermonibus agitur. Sequitur In conuentu tamen omnino breuietur oratio/et facto ſigno a priore om̄es pariter ſurgant/Hoc autē non eſt accipiendum de oratiōe canonica/que certa habet capitula.verſus et pſalmos. Hec enī nullo pacto abbreuianda eſt/ſed accipiendū de oratione vniuſcuiuſqꝫ quā vnuſquiſqꝫ apud ſe orat cū toto conuentu/ſicut in fine officii religioſi proſtrati aut inclinati ſoliti ſunt facere orationem aliq̄ vſqꝫ ad ſignū qđ fit a prelato/hāc orationē abbeuiandā dicit vt facto ſigno omnes pariter ſurgant.

/Capitulum lxxxi:et eſt xxi.regule de decanis monaſterii quales ſint.

SI maior fuerit congregatio eligant̄ de ipſis fratres boni teſtimonii ⁊ ſancte conuerſationis et conſtituantur decani/qui ſollicitudinē gerant ſuper decanias ſuas.in oībꝰ ſecūdū mandata dei et precepta abbatis ſui.

/Qui decani tales eligantur in q̇bus ſecurus abbas partiať onera ſua; Et non eligantur per or-

dinem ſed ſecundum vite meritum/ et ſapiētie doctrinā. Quod ſi quiſqꝫ ex ipſis aliqua forte inflatus ſuperbia. repertus fuerit reprehenſibilis/ correptus ſemel et iterum atqꝫ tertio/ ſi emendare noluerit. deiciatur/ et alter in loco eiꝰ qui dignus eſt ſuccedat.

Et de prepoſito eadem conſtituimus.

DIſpoſita abbatis ordinatiōe in ſuperioribus/ nunc de coadiutoribus eiꝰ ſcilꝫ de decanis quales eſſe debeant ſubiungit doctrinā. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima parte ponit q̈les eligendi ſunt decani. In ſecūda qualiter corrigendi ſi reprehenſibiles et errare inueniantur/ ſecūda ibi. Quod ſi quis ex eis ⁊c. In prima dicit ſic (Si maior fuerit cōgregatio) que iudicio quorūdam quorū ſentētia nobis placet dicitur/ que ad minus triginta fratruꝫ eſt/ vt etiam ex ipſa ſerie textus colligi poteſt (Eligātur ex ipſis) de gremio ſcilꝫ cōgregationis/ quia de illis habetur plenior notitia. ſi digni aptiqꝫ ſint tali officio (fratres boni teſtimonii) Unde actuū vi. dicūt apoſtoli/ Cōſiderate fratres viros ex vobis boni teſtimonii/ plenos ſpiritu ſancto. et ſapientia/ quos conſtituamus ſuper hoc opus (et ſancte conuerſationis) vt ſanctitatis exemplo aliis luceāt (et conſtituantur decani) Decanus autem dicitur qui preeſt decem hominibus/ et dicitur a deca quod eſt decē (qui ſollicitudinē gerant ſuper decanias ſuas in omibus ſecundū mādata dei et precepta abbatis ſui) Bene autē vtrūqꝫ poſuit/ Ne enī precepta abbatis dei mandatis preponat/ ait in primis: ſecundum mandata dei/ Obedire ei oportet deo pluſꝙ hominibus. actuū iiii. Ne autem decanus ſibi vſurpet. quaſi propria auctoritate vtens prelationis imperio tanꝙ exutꝰ ab abbatis obedientia. ſubiungit: ſecundū precepta abbatis. Fuit etiā neceſſario hoc addendū/ quia multa diſponenda in monaſterio occurrunt/ quorū diſpenſationis doctrina non habetur expreſſe in mandatis dei/ ſed ex abbatis diſcretione et arbitrio pendet/ Sequitur (Qui decani tales eligātur in quibus ſecurus abbas partiatur onera ſua) luce xii. Fidelis ſeruus et prudens quē conſtituit dn̄s ſuper familiā ſuā/ Bene dicit partiatur onera ſua. et nō honores/ quia aliorū ſollicitudinem gerere pluſ habet oneris ꝙ honoris (Et non eligantur ꝑ ordinem) ſcd̄m tēporis ingreſſꝰ religionē. (ſed ſecūdū vite meritū ⁊ ſapientie doctrinā) ſecūduꝫ illud exo. xviii. dictū moyſi/ Prouide autē de omi plebe viros ſapientes et timentes deum/ in quibus ſit veritas et qui oderint auariciā; et conſtitue ex eis tribunos et decanos/ In capitulo etiam. Innouamus. d. lxiiii dicitur. vt illis qui prudētia ⁊ merito vite clareſcunt/ huiuſmodi cōcedātur honores. Sequitur ſecunda pars capituli vbi de correctione agitur delinquentiū decanorū/ Ubi ſic dicit ſanctus pater Benedictꝰ (Quod ſi quis ex eis aliqua forte inflatus ſuperbia/ repertꝰ fuerit reprehenſibilis) Textus ſic eſt ordinādus ſiue legēdus/ Si quis ex eis repertus fuerit reprehenſibilis (et ſemel ac iterū atqꝫ tertio correptus inflatus ſuperbia ſe emendare noluerit deiciatur et alter in loco euis qui dignus eſt ſubrogetur) Et ſequitur (Et de prepoſito eadem conſtituimus) Uerū dicunt aliqui gloſatores/ ꝙ hoc excepto: ꝙ prepoſitus āteꝙ deiciatur ſi reprehenſibilis inueniatur q̈ter cōmonendus ſiue corrigendus venit/ et quinto loco eiciendus venit/ Decanus tantum ter corripitur et quarto loco eicitur.

Capitutum lxxxii: et eſt xxii. regule quomodo dormiant monachi: vbi de decem pertinētibus ad dormitionem religioſam.

SIngulí ꝑ ſingula lecta dormiant/ lectiſternia ꝓ modo conuerſationis ſecundum diſpoſitionem abbatis ſui accipiant/ Si poteſt fieri omēs in vno loco dormiant/ Si autem multitudo non ſunt/ deni aut viceni cū ſenioribus qui ſuper eos ſolliciti

ſint pauſent ¶ Cãdela iugiter in eadem cella ardeat vſqȝ mane ¶ Veſtiti dormiant: et cincti cingulis aut funibus ⁊ cultellos ad latus non habeant dum dormiunt. ne forte per ſomniũ vulnerẽtur dormientes/ et vt parati ſint monachi ſemper/ et facto ſigno abſqȝ mora ſurgentes feſtinent ſe inuicem preuenire ad opus dei/ cum omni tamen grauitate et modeſtia ¶ Adoleſcẽtiores fratreſ iuxta ſe non habeãt loca: ſed permixti cum ſenioribus ¶ Surgentes vero ad opus dei/ inuicem ſe moderate cohortentur. propter ſomnolentorum excuſationes.

Singuli per ſingula ⁊c) Quoniã de potioribus curis que abbati et prelatis religionis incũbunt/ eſt cura ⁊ ſollicitudo quibus locis et horis monachi pauſare habeant/ merito poſt decanoꝝ inſtitutionẽ ſanctꝰ pater ſubiungit doctrinã qualiter fratres habeant dormire/ Ubi ſanctus pater in ſumma ſeptem mandata circa fratrum dormitionẽ/ ad maiorem caſtitatis cuſtodiam obſeruanda ponit. ¶ Primũ eſt (Singuli per ſingula lecta dormiant) id eſt ꝙ ſingulariter monachi dormiant (lectiſternia autem) id eſt loca vel locellos in quibus lecti ſternendi ſunt (ꝓ modo conuerſationis) id eſt vite antiquitatis. debilitatis. aut neceſſitatis. ſeu alterꝰ cauſe et hoc tamen (ſecũdũ diſpoſitionẽ abbatis ſui accipiant) ¶ Secundum mandatum eſt (Si poteſt fieri om̃es) id eſt ſi amplitudo loci permittit (in vno loco dormiant) vt omnes adinuicem teſtes et cuſtodes ſint caſtitatis et honeſtatis/ dicitur enĩ eccleſiaſtici xvii. Unicuiqȝ mãdauit de proximo ſuo ſcȝ cuſtodiendo/ ¶ Et beatus Auguſtinus inquit in regula/ ¶ Inuicẽ veſtrã pudiciciã cuſtodite. ¶ Hic colligi poteſt contra regulam beati patris benedicti eſſe/ ꝙ monachi dormiant per cellas ſinguli ſeparati. ¶ Tertiũ mandatũ eſt. vt inter monachos in vno loco dormiẽtes ſint aliqui ſeniores probate conuerſationis/ qui ſollicite vigilare habeãt ſuper alios. Unde ait (Si autẽ multitudo non ſunt) ſcȝ vt omnes in vno loco dormiant (deni aut vigeni cuȝ ſenioribus qui ſuper eos ſolliciti ſint pauſent) vt adimpleatur illud pſa. xliii (Super muroſ tuos ihrl'm conſtitui cuſtodes ſcȝ prelatos et ſeniores. ¶ Quartũ mandatũ eſt (vt candela) ſiue lampas (iugiter) id eſt pſeuerãter (in eadem cella ardeat vſqȝ mane) aut plures ſi loci vbi dormiendũ eſt amplitudo requirat.

¶ Quintũ eſt vt monachi (veſtiti dormiant/ ⁊ cincti cingulis aut funibus: ⁊ cultellos ad latus non habeant dum dormiunt ne forte per ſomniũ vulnerentur dormientes) ¶ Cauſã aũt quare veſtiti debeãt et precincti dormire ſubiungit dicens/ vt ſcȝ (parati ſint monachi ſẽper: et facto ſigno abſqȝ mora ſurgentes feſtinent inuicem ſe preuenire ad opus dei cum omi tamen grauitate et modeſtia ¶ Utrũ autem monachi dormire habeãt veſtiti ſolis tunicis. aut etiam cucullis/ non explicat in hoc loco. in qua re credimus ſtanduȝ eſſe antique conſuetudini patrum ordinis/ vt dicetur infra circa capitulum quinquageſimũ quintuȝ regule. ¶ Sextũ mandatum eſt (vt adoleſcentiores fratres iuxta ſe non habeant lectos ſȝ permixti cũ ſenioribus) Cuiuſmodi ſupra deſcripti ſunt videlȝ ſenectute maturitatis. diſcretionis moruȝ. et religionis/ vt ab illis adoleſcentes honeſtatem addiſcãt ⁊ grauitatẽ/ ⁊ illorũ reprehenſionẽ timentes: vt vigilantiores ſint ad cuſtodiam religionis. ¶ Ait enĩ bernardus. Securus accedit temptator/ vbi non timetur reprehenſor. ¶ Septimũ eſt ne propter grauitatẽ ſomni aliquis pretendat excuſationem de ſurgendo (ſurgẽtes vero ad opꝰ dei inuicem ſe moderate cohortẽtur propter ſomnolentorũ excuſationes) hoc tamen honeſte faciendũ eſt. aut ſonitu oris/ aut pedis ĩ terra. aut tactu lecti abſqȝ eo tamen ꝙ dormiens tangatur. ¶ Circa hoc capitulũ pro pleniori doctrina et informatione diſcipuli circa ordinationẽ dormitõnis notandũ eſt decẽ ptinere ad ordiate dormiẽdũ. ¶ Primũ eſt vt diſcipulꝰ in ſtatu periculoſo puta in ſtatu peccati mortalis non obdormiat. ¶ Non enĩ ſecurum eſt imo valde periculoſum dormire ſub

poteſtate diaboli/ Cuiuſmodi eſt qui dormit
in peccato mortali. ¶ Unde ſuper illud pſalmi
Immiſſiones per angelos malos dicit Aug9
¶ In malis poteſt diabolus ſicut in ſuo pecore:
niſi prohibeatur a maiore. ¶ Quare ſicut vbi
abundāt latrones: hoīes domos ſuas ſcrutā-
tur anteꝗ̄ lectum intrent/ ne latrones ibi la-
teant/ Sic diſcipulus deuotus domū conſciē-
tie ſue perſcrutari debet āteꝗ̄ dormiat/ ne la-
tro infernalis ibi lateat/ quem ſi reperire con-
tingat ſtatim clamore penitentie fugere cō-
pellat/ ſic enim faciens ſecurus dormiet/ pro-
uerbiorū iii/ Cuſtodi legem meā atqꝫ conſili-
um. Sequitur Si dormieris nō timebis qui-
eſces et ſomnus tuus erit ſuauis/ Et iob xi.
Securus dormiens requieſces/ ꝛ non erit qui
te exterreat. ¶ Secundum eſt oratione dor-
mitationem preueniat/ vt euigilet ſuper eum
mīa dñi/ ꝛ omnes inſidias inimici procul ab
eius dormitationis loco repellens. clemēter
protegat et cuſtodiat/ Bernard9/ Ruminan-
tem pſalmos ſomnus te occupet/ Et in glo.
primi eſdre dicitur/ Cōpletis diei operib9 nō
ante debemus ſomnū oculis capere/ ꝗ̄ locuꝫ
dño in nobis. orationū inſtantia conſecrem9/
iuxta illud pſalmi. Dirigatur oratio mea/ ſi-
cut incenſum in conſpectu tuo domīe. ¶ Ter-
tium eſt/ vt ſigno crucis ſe primo contra dia-
boli temptationes muniat/ Hierony. epiſto-
la lxxxviii. Crebro ſignaculo crucis munias
frontem tuā/ ne exterminator egypti in te lo-
cum reperiat/ ſed priogenita que apud egyp-
tios peremit in tua mente ſaluētur. ¶ Quar-
tum eſt vt bonis meditationibus plenus va-
dat dormitū/ Bernardus ad fratres de mon-
te dei/ Iturus in ſomnū aliquid defer tecū in
memoria vel cognitione/ in qua placide dor-
mias qđ nōnūꝗ̄ etiā ſomniare iuuet/ Et ſeq-
tur/ Sic tibi nox ſicut dies illuminabitur/ et
nox illuminatio tua erit in deliciis tuis/ pla-
cide obdormies. ī pace quieſces. facile vigila-
bis: et ſurgens facilis et agilis eris ad rede-
undum in idem vnde nō totus diſceſſiſti/ Un-
de origene ait hieronymus in quadā epiſto-
la/ Eidē nūꝗ̄ veniſſe ſonū niſi vn9 ex fratrib9
ſacris litteris perſonaret/ ꝛ ſic dormienti erit
ſomnus delectabilis/ quoniā aliquando fiūt
ſomnia ſecundū qualitatem eorum de quib9
cogitauit ſomnians/ prout ait Gregorius in
moralibus ſuper illud iob/ Terrebis me ſup
ſomnia ita dicens/ Somnia contingunt vel
ventris plenitudine. vel vacuitate/ vel illuſi-
one: vel cogitatione et illuſione ſimul/ vel re-
uelatione: vel cogitatione et reuelatione ſi-
mul/ prout ibidem exemplificat de omibus.
¶ Ad cogitationes autē ſanctiores ſomnia me-
liora et placidiora ſequuntur/ vt ariſtoteles
ponit primo ethicorū. ꝗ̄ meliora fantaſmata
ſunt virtuoſorū hoīm ꝗ̄ aliorū quorūcūqꝫ.
¶ Quintū eſt. vt non querat lecti molliciem
/ Saluator eni in paſſione ſua lectū duruꝫ ha-
buit ſcilꝫ lignum crucis/ Unde illi qui exem-
plo et amore eius crucem clauſtralis penitē-
tie aſcendit/ duricies lecti magis ꝗ̄ mollicies
congruit. Auguſtinus lectū ſuuꝫ dimiſit xp̄s
diſcipulis ſuis/ Idem. Moriatur in cruce qui
vult crucifixū placatū videre. ¶ Sextum eſt
/ vt nudus non iaceat ſed veſtitus vt parū an-
te ſanctus pater Benedictus inſtituit/ tū vt
paratior ſit ac expeditior ad ſurgendū ad ora-
tionem/ tum vt ſurgendo minus triſtetur et
min9 moleſte patiatur/ eccleſiaſtici xxxii. Ho-
ra ſurgendi non te contriſtet/ tum vt minorē
habeat poteſtatē ac facilitatem circūducen-
di manus ſuas hac et illac in corpore ſuo nu-
do. ¶ Septimū eſt. vt membris compoſitus ꝛ
nō brutaliter iaceat/ Bernardus. Cū ad ſtra-
tum lapſus deueneris te honeſtiſſime iacen-
do cōponas/ Nec ſupinus iaceas nec genua
leuando calcaneos iūgas ad tibias. ¶ Octa-
uum vt quietus dormiat ne per eum aliquis
inquietetur ſiue orans ſiue dormiens/ Unde
bernardus/ Si quem religioſum ſiue durius
ſternentem ſiue minus compoſite iacentē vi-
deret. vix patienter ferre poterat/ ſed ſeculari-
ter dormire cauſabatur/ Verū ad habendū ſō-
num tenuem duo iuuant/ ſcilꝫ ſobrietas in ſu-
mendo cibum. et cuſtodia ſenſuū ¶ Nā vt idē
bernardus ait/ Sobriū cibū ſobriūqꝫ ſenſum
ſobrius ſomnus ſequitur. ¶ Nonū eſt vt nō
ſit ſomnolentus id eſt nimiū ſomno deditus
/ ſicut ſupra beatus Benedictus circa inſtru-
mentū xxxviii. diſpoſuit/ Bernardus ad fra-
tres de monte dei/ Caue ſerue dei ꝗ̄tū potes
ne totus aliquando dormias/ ne ſit ſomnus
tuus non requies laſſi. ſꝫ extinctio ſpirit9 tui
/ Suſpecta res eſt ſomnus et ex magna parte
ebrietati ſimilis/ nichil tpis tā deperit de vi-
ta noſtra ꝗ̄ quod ſomno deputatur/ Aduerte-
re debet diſcipulus qđ dicit Hieronym9 ſup

prophetam naū/ꝙ diaboli ſtudiū eſt vigilan
tes aīas conſopire/ Unde ī paſſione dn̄i apo
ſtolorum oculos graui ſomno deprimit/quos
ſaluator ſuſcitans ait/ Uigilate et orate/ In
vitis patrum legitur de abbate daniele/ꝙ to
ta nocte vigilabat et quādo volebat circa ma
ne propter naturam dormire dicebat ſomno.
/Ueni ſerue male/⁊ ſurripiebat pauxillū ſom
ni ſedendo et ſtatim ſurgebat. Decimum
eſt/vt non pigreſcat in lecto/ſecundū ꝙ de pi-
gro dicitur. prouerbiorū xxv. Sicut oſtiuꝫ ver
titur in cardine ſuo/ita piger in lectulo ſuo/
Sed promptiſſimus ſit ad ſurgendum/et ad
vigilias et ad perſoluendas diuinas laudes/
ad cuſtodiam ſacrarū litteraruꝫ/ad vacandū
orationi et meditationi/ Ambroſius ſuper be
ati īmaculati/ Si ſtudentes doctrinis ſecula
ribus parum ſomno indulgent/ q̃to magis
qui cognoſcere deum cupiunt ſomno corpo-
ris/niſi q̃tū nature ſatis eſt impediri non de
bent/ Non ergo totis noctibus dormiamus/
ſed maximam partem eius lectioni et medi-
tationi deputemus/ Item hieronymus ī epi-
ſtola octuageſima quarta/ Noctibus bis ter
qꝫ ſurgenduꝫ eſt/reuoluenda ſunt de ſcriptu-
ris que memoriter retineamus/ Job viii/ Si
diluculo ſurrexeris ad deum et omipotentē
fueris deprecatus/ſtatī euigilabit ad te/et pa
catum reddet habitaculū tuum/ Debet autē
monachus quotienſcūqꝫ euigilauerit in p̄s.
maxime illico deo gratiarum actiones age-
re/quia ipſe eſt qui vigilat ſuper nos quando
dormimus/cuſtodiens nos a leonibus rugiē
tibus preparatis ad eſcam/

Capitulum lxxxiii. et eſt xxiii. regule: de ex
comunicatione culparū: vbi ꝙ correctio mul
tum amanda eſt a diſcipulo huius ſchole.

SI quis frater cōtumax/aut
inobediēs/aut ſuperbꝰ/aut
murmurans/vel in aliquo con-
trarius exiſtens ſancte regule/et
preceptis/ſeniorū ſuorū contem
ptor repertus fuerit/hic ſecundū
dn̄i noſtri preceptū āmoneatur
ſemel et ſecundo ſecreto a ſenio
ribus ſuis/ Si non emendauerit
obiurgetur publice corā oībꝰ/ Si
vo neqꝫ ſic correxerit/ſi intelligit
qualis pena ſit excōmunicatiōi
ſubiaceat/ Sin autē improbꝰ eſt
vindicte corporali ſubdatur.

POſtq̃ ſuperius beatus pater Benedi
ctus poſuit legē et inſtituit prelatos:
Nunc ordine congruo agit de penis
et purgatione delinquentiū dicens (Si quis
frater contumax ⁊c) Ubi ſex caſus ponit/in
quibus adhibenda eſt excōmunicationis me
dela. Primus eſt (Si fuerit cōtumax) hic
dicitur ab eo ꝙ contemnat facere quod ei im
peratū fuerit/ Et ideo omis contumax eſt in
obediens/non autē ecōuerſo/ Quia inobedi
ens poteſt eſſe etiā ille qui ſuſcipit verbun iu
bentis/ſed pro aliqua occaſione aut ex parte
non fecit aut omino nichil/ Contumax vero
non ſuſcipit verbuꝫ iubentis/ſed ne faciat in
ipſa fronte publice contradicit/et contemnit
iubentis imperium. Secundus eſt ſi fuerit
(aut inobediens) .i. non adiplens mandatū
ſuperioris. Tertius aūt (ſi fuerit ſuperbꝰ)
.i. elatus ſupra ſeipſū eleuatus qui elato ⁊ nō
humili aīo ſuſcipit ſupioris mādata/ Quar
tus eſt (aut ſi fuerit murmurans) Quintꝰ
eſt aut ſi fuerit (vel in aliquo contrarius exi-
ſtens ſancte regule et preceptis) per aliquod
ſcꝫ malū opꝰ qđ ſācte rl̕e inſtitutōi repugnet
et aduerſet̃/ Sextꝰ eſt (ſi ſeniorū ſuorū) ſcꝫ ſa
lubriť monētiū ſiue exhortantiū ad bonū (cō
tēptor reptꝰ fuerit. Seqt̃ (Hic ſcđꝫ dn̄i nr̄i p̄
ceptū amoneat̃ ſemel et ſcđo ſecrete a ſeniori
bꝰ ſuis. ſi nō emēdauerit obiurget̃ publice co
rā oībꝰ. Si vo neqꝫ ſic correxerit ſi intelligit
q̈lis pena ſit excōicatio) .i. q̃ta ꝯfuſio ſit a cō
ſortio fratrū ſeq̄ſtrari (excōicatiōi ſubiaceat)
.i. ſeq̄ſtratiōi a cōſortio fratrū ſecūdū mēſurā
delicti ꝑut dicet̃ ī ſequēti capl̕o (Sin autē i-
probꝰ eſt) .i. inuerecūdꝰ q nulla increpatione
emēdat̃ nulla verecūdia flectit̃ ſꝫ īpetū cordiſ
ſui ſeqt̃ (vīdicte corpali) puta afflictioni ieiu
niorū aut vberū diſcipline (ſubdat̃) Hec ſcti
patris doctrina tracta eſt ex illa math. xviii.
vbi dn̄s ait/ Si peccauerit ī te frat̃ tuꝰ/vade ⁊
corripe eū int̕ te ⁊ ipꝫ ſolū/ Si te audierit lu-
cratꝰ es frēꝫ tuū/ſi aūt nō te audierit adhibe
tecū vnū vl̕ duos/qđ ſi nō audierit eos dic ec-

cleſie ⁊c. vt ſicut dicit hieron. in glo. deteſta⸗
tioni cū habeant / Et qui non potuit pudore
ſaluari / ſaltem ſaluetur opprobriis: et vt rubo
re ſequeſtrationis emendetur. Et criſoſtomꝰ
ſuper Matheum docet ꝙ in corrigendo ita
procedendum ſit / Primo ammonendus
per amorē. / Secundo confundēdus per pu
dorem. / Tertio puniendus per rigorem.
Et eundem ordinē docet Augꝰ in regula ſua
capitulo .iii. Eſt autē circa hoc notanduꝫ
ꝙ maxime ad diſcipulū huius ſchole pertinet
vt correctōnē diligat / vt correctōeꝫ libēter ſu
ſcipiat ⁊ āplectat / Multū qppe amāda ē cor
rectio etiā ab eo q eſt i ſeculo / ſed multo āpliꝰ
qui ſcholā hanc diuini ſeruicii ſiue ſacre reli⸗
gionis profeſſꝰ eſt / Quadruplici ratiōe amā⸗
da eſt a quocūqꝫ homie. / Prima eſt quia cor
rigibilitas diſtinguit inter hoieꝫ malū et dia
bolū / Homo malus dū eſt in hac vita morta
li / ſuſceptibilis eſt correctionis: diabolus non /
/ Unde incorrgibilitas multū aſſimilat homi
nem diabolo / ſecunduꝫ illud eccleſiaſtici .xxi.
Qui odit correctionē veſtigiū eſt peccatoris /
Sicut veſtigium valde ſimile eſt pedi / ſic qui
odit correctionem valde ſimilis diabolo / qui
anthonomatice dicitur peccator. / Scda ra⸗
tio quia correctio valde congruit loco in quo
ſumus / In celo eni non habet locuꝫ correctio /
cum nulla ibi ſit peccati corruptio / In infer⸗
no vero non eſt poſſibilis correctō / licet ſit ibi
multa peccati corruptio / ſed in hac valle mi⸗
ſerie eſt ⁊ peccati corruptio ⁊ poſſibilis eſt cor
rectio / Ad hoc poſuit deus hoiem in hoc loco /
vt ſub virga diuine diſcipline viueret ⁊ mala
ſua ibi corrigeret / Corrigibilitas eſt maximū
bonū preſentis vite / vel de maximis / hoc bo⸗
no amoto bonū eſſet peccatori ſi natus nō fu
iſſet. / Melius eſſet ei eſſe canē vel bufonē ꝙ
hoieꝫ. / Tertia ratio eſt qꝛ correctio multū ē
vtilis / Uirga plane correctōnis fructifera eſt /
/ Uñ ſignificata eſt per virgā illā que protulit
flores et amigdala. numeri xvii. / puer. xxvii.
Melior eſt manifeſta correctō / ꝙ amor abſcō
ditus / Eiuſdē xxix. Uirga atqꝫ correctio tri⸗
buit ſapientiā. / Quarta ratio eſt quia defe⸗
ctus correctionis valde eſt noxius ⁊ periculo
ſus / vbi deeſt correctio abūdat peccati corrup
tio / Unde qui odit correctionē amare videt
corruptōnē / Preterea qui hic nō corrigit i fu
turo damnatur / exo. iiii. Proiecit moyſes vir
gā et verſa eſt in colubrū / Coluber occidit: vir
ga non. prouerbioꝝ xxiiii. Si percuſſeris euꝫ
virga non morietur / Uirga correctōnis ī co⸗
lubrū vertitur / quia qui hic non corrigitur in
futuro ſpiritibus infernalibus cruciabitur / p
uerbiorū xv. / Qui increpationē odit moriet.
eccleſiaſtici xix. / Qui odit correctionē minue
tur vita; et vita nature et vita gratie. prouer.
xxix. Uiro qui corripientē ſe dura ceruice con⸗
tēnit / repentinus ſuperueniet interitꝰ / Amor
correctionis ſignū eſt ſapientie. prouer. ix. Ar
gue ſapientē et diliget te / Eccleſiaſtici x. Uir
prudens et diſciplinatꝰ non murmurabit cor
rectus / Econtrario odiū correctionis ſignuꝫ
eſt inſipiētie. prouerbioꝝ xii. Qui odit incre
pationes inſipiens eſt / Inſipiens correctiōis
gratiā reputat iniuriā et contumeliam / ideo
volens ei vicem reddere ſi poteſt diffamat eū
Eiuſdem ix. / Qui arguit impiū ſibi maculā
/ generat / Specialiter amanda eſt correctō ab
eo qui eſt in religione / Religio eni locus eſt
correctiōis / Ad hoc hō ingreditur eam vt ma
la ſua ibi corrigat / Incorrigilitas eſt ſpecialiſ
cauſa / quare aliquis eſt a religione expellen⸗
dus / quando ſcꝫ culpas non timet cōmittere
/ et penā recuſat ferre / gratia valde neceſſaria
eſt ei qui eſt in religione ad hoc ꝙ bene ſe ha⸗
beat ad correctōnē / que gratia ſi deſit frequē
ter eſt in perturbationē / nec in religione pfi⸗
cit et vix ibi perſeuerat / Ad amorē correctiōis
primo pertinet / vt clauſtralis ad locū correcti
onis libenter veniat / locus ille hoſtibꝰ noſtriſ
eſt terribilis demonibus ſcꝫ et viciis / Demo
nes locum illum et metuunt et odiunt / Qñ
eni frater ea que diabolus ei ſugeſſit / humili
ter ei qui locū dei tenet oſtendit / et diſcipline
humiliter ſe ſubdit: diabolus triſtatur ac ſi ip
ſe flagellaretur / Legitur ſecundo libro dialo
gorum / ꝙ beatus Benedictus cum quemdā
monachum quem niger puerulus a loco ora
tionis extrahebat virga percuſſiſſet / antiquꝰ
hoſtis non auſus eſt dominari in eius cogi⸗
tatione ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere.
/ Et ſicut locus correctionis diabolo eſt exoſꝰ
/ ſic ſpiritui ſancto valde eſt gratus / peccata ei
ibi arguuntur et remittuntur / Argutio vero
et remiſſio peccatorū ad ſpiritū ſanctum per
tinent / Iohan. xvi. Arguet mundum de pec⸗
cato / Libenter debet clauſtralis venire ad iu⸗
dicium capituli / per quod euaſurus eſt diſtri⸗

ctum iudicium dei / qđ tñ multi non faciunt
eccleſiaſtici xxxii. Nõ pctõr vitabit correctõez
Item ad amorē correctionis pertinet / vt clau
ſtralis accuſationē ſui libens faciat / Accuſati
onē vero ſui ab alio factā patiēter ſuſtineat / ꝛ
correctioni ei⁹ q p̄eſt acquieſcat / Plus debet
odire mala ſua q̄ mala alteri⁹ / et āpli⁹ ea per
ſequi / Seruus dei vere hũilis ſecũdũ bernar
dũ nõ vult huilis reputari ſʒ vilis p̄dicari / cõ
ſcientiā magis amplectit̃ q̄ famā / pl⁹ diligit
bonitatis veritatē q̄ nomē / Et nõ ſolũ illuʒ
q p̄eſt ſʒ etiā fratres q adſũt reputat / volētes
et valētes infirmitatib⁹ ſuis mederi admin⁹
orãdo / ideo infirmitates ſuas eis libēt mani
feſtat / Illos ꝟo q eũ accuſāt reputat obſequē
tes nõ pſequētes / medicātes nõ ſagittāes / iõ
nõ iraſcit̃ cõtra eos / imo patiēt accuſatõeʒ ſu
ſtinet qđ valde laudabile eſt / Aug⁹ ad hiero.
Laudabili⁹ eſt libent̃ accipere corrigētē / q̄ au
dacter corrigere deuiantē / Acgeſcere corrigē
ti ſignũ eſt diſcretiõis / nõ acgeſcere ꝟo ſignũ
ē ſtultitie ꝛ puerſitatis / puer.xvii. Pl⁹ pficit
correctio apud prudentē / q̄ cētuʒ plage apud
ſtultũ / Eiuſdē xxvii / Si cõtuderis ſtultũ ĩ pil
la / q̄ſi tipſanas deſup feriēte pilo / nõ auferet̃
ab eo ſtultitia ei⁹ / eccleſiaſtici.i. Peruerſi dif-
ficile corrigunt̃ / Peruerſus eſt q intellectu et
affectu eſt corruptus.

Capitulũ lxxxiiii.et eſt xxiiii.regule: qua
lis debeat eſſe modus excõmunicationis.

SEcundũ modũ culpe / et ex
cõmunicatiõis vel diſcipli
ne debet extēdi mēſura / Qui cul
parũ mod⁹ in abbatis pēdeat iu
dicio / Si quis tñ frat̃ ĩ leuiorib⁹
culpis ĩuenit̃ / a mēſe pticipatõe
priuet̃ / Priuati aũt a mēſe cõſor-
tio. iſta erit ratio / vt in oratorio
pſalmũ aut ātiphonā nõ ĩponat /
neqʒ lectionē recitet vſqʒ ad ſatiſ
factõeʒ / Refectõnē aũt cibi poſt
fratrũ refectiõeʒ ſol⁹ accipiat / vt
ſi vbi grã fr̃es reficiũt ſexta hora /
ille frat̃ nona / Si fr̃es nona / ille
veſpera / vſqʒ dũ ſatiſfactiõe con
grua veniam conſequatur.

QUoniā ſicut ad iuſtitiā ptinet malos
punire / ita ad eandē ptinet qualitatē
et menſurā ponere in punitiõe culpa
rũ delinquentiũ / Ideo ſãctus pater bñdict⁹ de
ſignatis delictis p q̄b⁹ quis puniēd⁹ eſt / ſub-
iungit ordinē q in punitõne eſt obſeruãd⁹ di
cens (Secũdũ modũ culpe / excõicationis vel
diſcipline debet extēdi mēſura) ſecundũ illđ
deutero.xxv / p menſura pcti erit et plagaruʒ
mod⁹ / Sũt aũt attendēda plura ĩ punitione
culparũ / videlʒ qualitas.i.ſpēs delicti / graui
tas causa / ꝛ pſona (Qui culpaꝝ mod⁹).i.mē
ſura (in abbatis pēdeat iudicio) Hoc aũt p
eo dictũ eſt / qꝛ mēſura penarũ pendet ex q̄ti-
tate culparũ / iudiciũ aũt et diſcretio q̄titatis
culparũ cũ ex ipſa rei opatõe et pſona q̄litate
aliiſqʒ circũſtantiis accipienda ſit / nõ p tõad
aliquā artē reduci relinquit̃ iudicio abbatis /
Vñ ſcđʒ q̄ habet̃ leui.xvii. Sacerdotis ē iudi
care inter leprā ꝛ leprā / iudicata aũt p eũ q̄ti
tate culpe / videlʒ ſi leuis ſit / aut grauis / Et ſi
grauis q̄tũ grauis / regulā ĩ modo puniendi
ſeruabit / q penas iā determiauit q̄ leuib⁹ ꝛ q̄
grauib⁹ culpis debeant̃ / ĩ qua re ſũme cauere
debet abbas / vt nõ iudicet leuē culpā grauē /
aut ecõuerſo grauē leuē / Scriptũ eſt ei yſa.v
Ve q dicit amarũ dulce / ꝛ dulce amarũ. Seq
tur (Si q̇s tñ frater ĩ leuiorib⁹ culpis inueni
tur a mēſe pticipatiõe priuet̃) Hic ſctũs pat̃
ſubiũgit q̄ pene ſũt iniũgēde q̇buſcũqʒ culpis /
Et prio q̄ pena iniũgēda ſit leui culpe dicēs
(Si q̇s frater in leuiorib⁹ culpis inuenit̃ iu-
dicio).ſ.abbatis (a cõmunione mēſe priuet̃)
.i.cũ aliis fratrib⁹ nõ reficiat / Leuiores culpe
iudicio nr̃o dicēde ſũt trāſgreſſiones rl̃e / aut
cõſtitutõnũ / quo ad ea q̄ nõ ſũt de eſſentia re-
ligionis / Nec ad act⁹ ptineāt ꝟtutũ / ſed q̄ ad
cerimonias ptineāt vt eſt fractio ſilēcii / tarde
venire ad chorũ / ad refectoriũ / et ſimilia / Aut
ſũt de nũero eoruʒ q̄ de ſuo gn̄e ſũt leuia pctā
/ ſicut eſt verbum ocioſum / vaniloquium / riſus
immoderatus / et ſimilia / Graues autem
culpe ſunt criminales / q̄ ſunt tranſgreſſiones
regule quo ad ea q̄ ſũt legis diuine / aut de eſ-

ſentia/ ſicut pleni⁹ in ſupiorib⁹ circa capitulū ſeptimū hui⁹ operis expoſitū eſt/ Qualis autem ſit excōmunicatō debita illis q in leuib⁹ culpis inueniunt̄/ conſequēter exponit dicēs (Priuati) Alia littera habet priuatis q̄ verioꝛ eſſe videt̄ (aūt a mēſe cōſoꝛtio iſta erit rō) .i. lex (vt in oꝛatoꝛio pſalmuꝫ aut antiphonā nō iponat nec lectionē recitet vſqꝫ ad ſatiſfactionē) Utrū aūt liceat miſſā celebrare videt̄ ꝙ nō/ qꝛ a maioꝛib⁹ videt̄ excludi q a minoꝛib⁹ ꝓhibet̄ (refectionē aūt cibi poſt fratrū refectionē ſol⁹ accipiat/ vt ſi ꝑbi gr̄a fratres reficiunt ſexta hoꝛa/ frat̄ ille nona .ſi fratres nona frat̄ ille veſpera vſqꝫ dū ſatiſſactiōe congrua venia conſequat̄) Littera plana eſt.

Capitulū lxxxv. et eſt xxv. regule de grauioꝛibus culpis: vbi agit̄ de cauſis ꝓpter quas timenda eſt excōmunicationis ſententia.

IS autē frater q̄ grauioꝛis culpe noxa tenet̄/ ſuſpēdat̄ a mēſa ſimul ⁊ ab oꝛatoꝛio/ Null⁹ ei fratrū i vllo iūgat̄ cōſoꝛtio/ neqꝫ i colloquio/ Sol⁹ ſit ad op⁹ ſibi iniunctū/ pſiſtēs i penitētie luctu/ ſciēs illā terribilē apl'i ſentētiā dicētis. traditū huiuſmodi hominē ſathane i interitū carnis/ vt ſpūs ſalu⁹ ſit in die dñi/ Cibi aūt refectionē ſol⁹ pcipiat/ mēſura vel hoꝛa qua ꝓuiderit ei abbas cōpetere/ Nec a quoquā bñdicat̄ tranſeunte/ nec cib⁹ q̄ ei datur.

POſtq̄ egit de illa excōicatiōe q̄ minor appellat̄ q̄ in religione culpis leuioꝛibus debet̄/ Nūc oꝛdine cōgruo de pena excōicationis maioꝛis ſubiungit/ q̄ culpis grauioꝛib⁹ debet̄ dicēs (Is aūt frat̄ q grauiores culpe noxa tenet̄/ ſuſpendat̄ a mēſa ſimul et ab oꝛatione oꝛatoꝛio/ Null⁹ ei fratrū in vllo iūgat̄ conſoꝛtio/ nec in colloquio. ſol⁹ ſit ad op⁹ ſibi iniūctū) Grauis autē culpa hic dr̄. ſecundū qd̄ ex ſuperioꝛi capitulo colligit̄ ꝓ criminali ſiue moꝛtali/ tū qꝛ ſola talis cū moꝛtē aīe inferat ꝓpꝛie dr̄ noxa a nocendo/ tū qꝛ ꝓ ſola tali ſecūdū canonicas ſanctiones qs maioꝛi excōicatione feriend⁹ eſt. Ubi nota ꝙ hec doctrina beati Bñdicti confoꝛmis eſt illi apoſtolice q̄ pꝛie coꝛi. v tradit̄ dicēte apoſtolo/ Si is q frater noīat̄ eſt foꝛnicatoꝛ/ aut auar⁹ aut idolis ſeruiens/ aut maledic⁹/ aut rapax aut ebꝛioſ⁹: cū huiuſmodi nec cibum ſumere. glo. nedū oꝛare/ hoc tñ intelligēdū eſt poſt iudiciū eccleſie. Sequit̄ (Perſiſtens in penitētio luctu/ ſciēs illā terribilē apoſtoli ſentētiā dicētis. traditū huiuſmodi hoīeꝫ ſathane i interitū carnis/ vt ſpūs ſalu⁹ ſit i die iudicii) q̄ſi dicat/ Merito talis excōicat⁹ pſiſtere debet i penitentie luctu/ et doloꝛe ac timoꝛe magno/ qm̄ tribilis eſt excōicatōis ſentētia qua eſt innodat⁹. Ubi notādū ꝙ multe rōes aſſignari poſſūt/ ꝓpt̄ quas multū timēda eſt diſcipulo excōicatio. Pꝛia eſt quā hic ſctūs pat̄ Benedict⁹ ex auctoꝛitate apl'i ducit/ videlꝫ ꝙ excōicat⁹ poteſtati tradit̄ ſathane/ Sicut eni eccleſia hereticos cōuictos reliquit ſeculari poteſtati/ ita excōicatos poteſtati ſathane tradit. Aug⁹/ Oīs xp̄ian⁹ q a ſacerdotib⁹ excōicatur/ ſathane tradi dicit̄/ quō/ quia extra eccleſiā diabol⁹ ſicut i eccleſia xp̄s/ ac ꝑ hoc diabolo tradit̄ qd̄ ab eccleſiaſtica cōmumiōe remouet̄/ Plane pꝛiuato homīe ſuffragiis eccleſie nō dubiū ꝙ dat̄ diabolo maioꝛ poteſtas i ipꝫ ad vexandū eū ſpūalit̄ ⁊ etiā coꝛpalit̄/ Un̄ in pꝛimitiua eccleſia qn̄ optebat peꝛ ſigna hoīeſ ad fidē inuitare/ ſicut ſpūs ſctūs ſigno viſibili manifeſtabat̄/ ita excōicatio coꝛpali demonis vexatōe innoteſcebat. Scd̄a rō ē qꝛ excōicatio eſt ict⁹ gladii ſpūalis/ q multomagis timēd⁹ eſt q̄ materialis/ Un̄ aug⁹ dicit de illo q excōicat̄/ ꝙ graui⁹ eſt illi q̄ ſi feriret̄ gladio: ſi a feris deuoraret̄/ ſi a flāmis exureret̄/ Tertia/ qꝛ excōicat⁹ eſt vt hō valde infirm⁹/ q nullam medicinā pōt habere/ Eſt ei ſepat⁹ a ſacramētis eccleſie q̄ ſūt medicamīa ſpūalia lāguētiū aīaꝝ/ de qb⁹ eccleſiaſtici xxxviii. dr̄. Unguētari⁹ faciet pigmēta ſuauitatis/ et vnctiones cōficiet ſanitatis. Quarta excōicat⁹ eſt vt hō captus ab hoſtibus omni auxilio deſtitutus/ quia pꝛiuatus eſt a cōmunione fidelium/ nec habet partē in bonis que fiūt ab eccleſia/ ipſe eni ſimilis illi eſt qui cecidit i foueā vel ſub onere nec habet ſubleuantē/ Unde ſibi cōpetit illud eccleſiaſtes iiii. Ue ſoli quia cū ceciderit non habet ſubleuantem. Quinta quia

C 26 1-12



excōmunicatio eſt morbus contagioſus/ Un
excōmunicatus a cōſortio hoīm eicitur/ ꝗadmodū leproſi extra caſtra iubebantur expelli
leuit.xiii. ⁊ numeri v/ Unde ꝗadmodū lepra
multū timetur/ ita excōmunicatio plurimuʒ
timenda eſt vtputa lepra aīe. ¶ Sexta quia
excōmunicatus eſt ſicut membrum abſciſū a
corpore/ quod nulli⁹ valoris eſt/ Quilibet au
tem homo xp̄ianus membrū eſt corporis xp̄i
q̄d eſt eccleſia vt habetur prime ad Corin. xii
¶ Multū aūt timenda eſt ſeparatio a tali cor-
pore. Unde Auguſtinus/ Nichil ſic debet for
midare xp̄ianus ꝙ̄ ſeparari a corpore xp̄i/ qꝛ
ſi ſeparatur a corpore xp̄i/ cū iam non ſit mē-
brū eius non vegetatur ſpirit⁹ eius. ¶ Septi
ma quia excōmunicatō eſt magne infamie ⁊
confuſionis/ quia excōmunicatus eſt ſicut in
fidelis habendus Math.xviii. inquit dn̄s de
tali/ Si eccleſiam non audierit/ ſit tibi tanꝙ̄
ethnicus et publicanus. ¶ Octaua qꝛ excō-
municatus excluditur a regno celorū/ iuxta il
lud Math.xviii. Quecūqʒ ligaueritis ſuper
terrā erunt ligata et in celis/ Unde excōmu-
nicatio figurata eſt in eiectione primorū pa
rentū de paradiſo/ ſecundū auguſtinuʒ ſuper
geñ. ad litterā. ¶ Secundo notandū eſt ꝙ li
cet excommunicatio ſit pena grauiſſima/ ni-
chilominus ad correctionē aīe tanꝙ̄ medici-
nalis inferenda eſt/ ſicut apoſtolus ſuperiori
bus verbis manifeſtat cū ait/ Judicaui tradi
huiuſmodi hoīeʒ in interitū carnis. i. in vexa
tionē et afflictionē corporalē/ vt ſpūs ſalu⁹ fi
at in die dn̄i. i. in die iudicii: vbi dicit glo/ Nō
amaritudīe odii debet inferri excoīcatōis pe
na/ ſʒ ea intētiōe vt expulſio hec ad reuocādū
valeat ī die dn̄i/ i. ſi aliqn̄ cor illi⁹ viſitet dn̄s ſi
qn̄ ei luceat ī corde dn̄s/ Et aug⁹ ꝯ͂ pminianū
li.ii/ Excōmunicatio non interfectorie percu
tit/ ſʒ medicinaliter vrit/ Quod tn̄ ita accipiē
dū eſt ꝓut extra de ſen.ex.ī ſexto habet/ vbi dr̄
ꝙ medicinalis eſt excoīcatio nō mortalis: di-
ſciplinans nō eradicans./ Dum tamen is in
quē lata fuerit non contemnat.

¶ Capitulū lxxxvi. et eſt xxvi. regule: de hiis
qui ſine iuſſione abbatis iūgūt ſe excōicatis:
vbi de cauſis ꝓpt̄ q̄s timendū ſit cōmunicare
cum excommunicatis.

Si quis frater preſumpſerit
ſine iuſſione abbatis fra-
tri excōmunicato quolibet mo-
do ſe iungere/ aut loqui cū eo/ vel
mandatū ei dirigere/ ſimilē ſor-
tiatur excoīcationis vindictam.

Poſtꝙ̄ de pena excōmunicatoruʒ egit:
nūc conſequenter ſubiūgit de pena cō
municantiū ſiue ꝑticipantiū cū excō-
municatis dicēs ¶ Si quis frater preſūpſerit
ſine iuſſiōe abbatis fratri excōmunicato/ quo
libet modo ſe iūgere/ aut loqui cū eo/ vel man
datū ei dirigere/ ſimilē ſortiat̄ excōmunicatio
nis vindictā. ¶ Ubi notandū ꝙ ſanctus pat̄/
nō loquit̄ hoc loco de illicita illa ꝑticipatiōe/
qua q̄s ꝑticipat cū excōmunicato eodē crimi
ne ꝓpt̄ q̄d eſt excōmunicatus/ ſ. dando ei cōſi
liū auxiliū vel fauorē/ qꝛ talis ꝑticipans ipſo
facto ſecundū iura incurrit eandē ſentētiā/ ſe
cundū q̄d habet̄ in capi. Nuper. extra de ſen.
exco/ ſed loquit̄ de ꝑticipatione in loquendo/
vel comedendo/ vel ſecū orando/ q̄ cū ſit cōtra
ꝓhibitionē manifeſtā ſuperioris tanꝙ̄ pctm̄
mortale inter grauiores culpas cōnumerat̄/
⁊ ꝑ conſequēs ſimili vindicta venit ferienda/
Jdeo ſctūs pat̄ ait ꝙ ſimilē ſortiat̄ excōmuni
cationis vindictā. ¶ Eſt aūt hic notandū/ ꝙ
multiplici de cauſa cauendū eſt cōmunicare
cū excōicatis. ¶ Pria ē qꝛ coīcans excoīcatis
peccat in ſe cū nō ſibi cauet ab eo q̄ morbū hʒ
cōtagioſū. ¶ Scd̄o peccat ī eū cui cōmunicat/
qꝛ ipſe cū infirm⁹ ſit ad mortē/ aufert ei reme
diū/ vel min⁹ efficax reddit dū cōfuſionē ipſi⁹
minuit/ ꝑ quā corrigi debuit/ eccleſiaſtici iiii.
Eſt confuſio adducēs gloriā. ps. Jmple faci
es eorū ignominia et q̄rent nomē tuum dn̄e
¶ Tertio peccat in eccleſiā ſiue cōgregatōnē/
quā malo exēplo corrūpit/ ⁊ cui⁹ ſocietati pre
ponit ſocietatē eorū q̄ ſūt vt leproſi habēdi/ ī-
mo q̄ ſūt ſicut canes ⁊ porci/ eccleſiaſtici xiii.
Que coīcatio ſcti ad canē. ¶ Q̄rto peccat in
patrē ſpūalē monaſterii/ cui⁹ ſentētiā cōtēnit
¶ Quinto peccat in deū quē in miniſtro ſuo
ſpernit. lu.x. Qui vos ſpernit me ſpernit.

¶ Capitulū lxxxvii. et eſt xxvii. regule: quali
ter debeat abbas eſſe ſollicit⁹ circa excōicatos/
vbi ponūtur cauſe propter quas p̄lati debēt
eſſe ſolliciti circa delinquētes ne pereant.

1 Omni ſollicitudine curā ge
rat abbas circa delinquen
tes fratres/quia non eſt opus ſa
nis medicus.ſed male habentibꝰ
Et ideo vti debet omī modo vt
ſapiens medicus immittere quaſi
occultos cōſolatores ſempectas/
id eſt ſeniores ſapientes fratres.
qui quaſi ſecrete cōſolentur fra-
trem fluctuantē.et prouocēt eū
ad humilitatis ſatiſfactionem.⁊
conſolentur eū ne abundantiori
triſtitia abſorbeatur/ſʒ ſicut ait
idem apoſtolus.confirmetur in
eo caritas.et oretur pro eo ab oī-
2a bus.Magnopere enim debet ſol
licitudinem gerere abbas/⁊ omī
ſagacitate ⁊ induſtria curare ne
aliquam de ouibus ſibi creditis
3a perdat.Nouerit enī ſe infirma-
rum curam ſuſcepiſſe animarū/
non ſuper ſanas tyrannidem/et
4m metuat prophete cōminationē.
per quē dicit deus/Quod craſſū
videbatis aſſumebatis: et quod
quinto debile erat proiciebatis/Et paſto-
ris boni piū imitetꝰ exēplū/q̇ reli
ctis nonagita nouē ouibꝰ i mōti
bus.abiit vnā ouē q̄ errauerat q̄
rere/cuius infirmitati in tantū
compaſſus eſt/vt eam in ſacris
humeris ſuis dignaretur impo
nere/et ſic reportare ad gregem.

Dato ordine penarum contra tranſgreſ
ſores et delinquentes/quia pene vtpo
te medicine quedam ad medendum et ſanan
dum ordinate ſunt/ſūma vigilantia curādū
eſt.ne egroti talibus penis pereāt ſʒ ſanentur
Ideo ſanctus pater ſubdit doctrinā qualiter
abbas circa ipſos delinquentes ſe debeat ha
bere dicens (Omni ſollicitudine curam ge-
rat abbas circa delinquentes fratres) Sen-
ſus eſt/Et ſi abbas vtpote paſtor et pater to-
tius congregatiōis/curam debeat habere de
omī grege ſuo ac vniuerſa cōgregatione/po
tiſſime tamen omī ſollicitudine.oī induſtria
omī ſagacitate ac prouidentia debet curam
gerere circa delinquentes/q infirmi ſunt mo
ribus/Et ad hoc inducit quinqʒ rationes.

Prima eſt quia tales magis indigent: et
hoc tangitur cum ait (quia non eſt opus ſa-
nis medicus ſed male habentibus) Math.
ix (Et ideo) int̄ alias ſollicitudīes ſue curas
(vti debet omī modo vt ſapiens medicus im
mittere quaſi occultos conſolatores) quia li-
cet cum licentia abbatis vadant viſitaturi in
firmū et male habentem/tamen non debent
oſtendere ſe ab abbate miſſos ad hoc/ſed ꝙ il
li compaſſione illius moti/licētiā poſtularūt
cupiētes illi loqui.videlicet (ſempectas id eſt
ſeniores ſapiētes fratres qui quaſi ſecrete cō
ſolētur fratrē fluctuātē) Secrete dicit quia
vt dictū eſt ita prudenter erga illuʒ ſe debent
habere/vt non videātur ad hoc ſpāliter ab ab
bate miſſi/Ne forte frater nimis de mia pre
ſumens in ſua duricia perſeueret/Sequitur
(Et prouocent eū ad humilitatis ſatiſfactio
nē:et conſolentur eū ne abundātiori triſtitia
abſorbeat̄) hoc eſt quod hortat̄ etiaʒ apoſtolꝰ
ſcđe cori.ii/Cōſolamini eū.ſ.vt ait glo.p exē
plū dauid/q multū peccauit ⁊ alioꝝ qbꝰ indul
ta eſt venia/Et p v̄ba dñi p ꝑphetā dicētis.
Nolo mortē pctōris ſʒ vt magis cōuertat̄ et
viuat/Itē q̄cūqʒ hora ingemuerit pctōr:oīm
inīqtatū eiꝰ nō recordabor.Seqt̄ i aplo (Ne
forte abūdantiori triſtitia).i.vt dicit glo.per
nimiā aſperā penitentiā deſperans (abſorbe
atur) a diabolo/⁊ velit vti ſeculo/hoc ei eſt ab
ſorberi vt dicit Ambroſius in gloſa ſcʒ deſpe-
rantem conuerti ad perpetranda peccata.

Ubi notandum ꝙ ex defectu huiuſmodi
conſolationis multa mala ſolent accidere in
ſubditis/Interdū ei ppt̄ hoc ducūt vitā i ama
ritudine/treñ.i.Idcirco ego plorans et oculꝰ

meus deducens aquā/ quia longe a me factꝰ
eſt conſolator/ Interdū dimittunt bona con
ſueta. treñ. i. Depoſita eſt vehementer nō ha
bēs conſolatorē/ quod fit quando aīa propt
defectū conſolationis. cadit a bonis que faci-
ebat ante/ Interdū facit vacillare circa ſtatū
ſuū imutandū/ Et ideo econuerſo dicitur act
tertio. Judas et ſilas cū eſſent profecti conſo
lati ſunt fratres et confirmauerūt/ preponit
conſolatio confirmationi. quia conſolatio cō
firmat/ Interdum facit deficere in labore/ ꝓ
pter quod dñs dedit manna laborantibuſ in
deſerto ne deficerent/ Et ideo dicit apoſtolꝰ
ad philippeñ. iiii/ Omīa poſſū in eo qui me
confortat/ Interdū facit cadere in deſperatio
nē: ſicut patet ex verbo beati patris quod tra
xit ex apoſtolo/ pˀie ad corin. ii/ Conſolamini
eum qui huiuſmodi eſt/ ne forte abundantio
ri triſtitia abſorbeatur/ Interdū facit concipe
re cōtra prelatū rebelliones. et alia huiuſmo
di/ Exemplū tertii regū xii. de roboam a quo
receſſit iſrael/ qꝛ nō eſt ei locutus leuia iuxta
conſilia ſenū: ſed dura iuxta cōſilia iuuenum
/ Qꝛ ergo tot mala ſequuntur ex defectu cō
ſolationis ſubditis/ optime ſāctus pater inſti
tuit. vt prelatus conſolationibus ſubditoruꝫ
et maxime male habentiū operam dare omī
ſollicitudine curet/ Sequitur (Sed ſicut ait
idē apoſtolus confirmetur in eo caritas) id ē
confirmetis eū cōſolando eadē caritate/ quā
habuiſtis in corrigēdo (et oretur pro eo ab oī
bus) id eſt quilibet apud ſe caritatis grā oret
deū pro illo/ ne deſperatiōe pereat. dū ſe a fra
trū conſortio viderit ſeparatum. ¶ Sequitur
(Magnopere enī debet ſollicitudinē gerere
abbas et oī ſagacitate ac induſtria curare ne
aliquā de ouibus ſibi creditis perdat) ¶ Hic
ponitur ſecunda cauſa/ propter quam abbas
debet multum ſollicitꝰ eſſe circa ſubditos de
linquentes/ ſcꝫ propter vitandū periculū oui
um/ quia niſi ſollicite paſtor curam gerat de
ouibus/ oues ipſe peribūt et ipſe ꝑ conſequēs/
qui in die iudicii ipſarum ouiū que ſibi credi
te ſunt redditurus eſt dño rationē/ vt ſanctus
pater poſuit in ſuperioribus ī capitulo tertio
regule/ Sequitur ¶ Nouerit enī ſe infirmarū
curā ſuſcepiſſe aīarum: non ſuper ſanas tyrā
nidem) / Hic ponitur tertia ratio propter
quam abbas debeat cum omni ſollicitudine/
curam pietatis gerere de delinquentibus/ qꝛ
ſcꝫ hoc ſpectat ad officiū ſuuꝫ/ quia cura infir
mantium ouium eſt ſibi credita/ non ſuper ſa
nas dominiū exercere tyranicū/ videlꝫ ſeueri
tatem aut crudelitatē. Unde bernar. Onus
eſt aīarū infirmarū/ Nam que ſane ſunt por
tari non indigēt/ Quoſcūqꝫ ergo de tuis in
ueneris triſtes. puſillanimes. ⁊ queruloſos/ ip
ſorum patrē te cognoſcas et abbatem/ conſo
lando et exhortando. increpādo. age opus tu
um. et portando ſanes quos ſeruādos portas
/ Item idem/ Bernardus ad prelatos loquēs
ait/ Diſcite matres ſubditorū vos eſſe nō do
minos/ matris autē eſt de filiorū et maxime
infirmantiū conſolatōne ſollicitā eſſe. Seqꝫ
/ Quarta ratio ſcꝫ cōminatio etne damna
tionis cum ait (Et metuat prophete cōmina
tionē per quē dicit dñs) ſcꝫ ezechiel' xxxiiii.
(Quod craſſuꝫ eſt aſſumebatis) ſcꝫ ad deuo
randū (et quod debile erat proiciebatis) id ē
contemnebatis/ nullā curam. nullā diligenti
am de earū ſalute aut valitudine habentes/
Unde iſta cōminatio plenior in textu biblie
habetur/ ſcꝫ ezechi. xxxiiii. vbi dñs malis pa-
ſtoribus ita loquitur/ Ue paſtoribꝰ iſrael pa
ſcebant ſemetipſos/ Nonne greges paſcunt
a paſtoribus/ et lac cōmedebatis et lanis ope
riebamini/ ⁊ qđ craſſū eſt occidebatis: gregē
aūt meū nō paſcebatis/ qđ infirmū fuit non
conſolidaſtis/ qđ egrotū eſt nō ſanaſtis. ⁊ qđ
fractū ē nō alligaſtis. qđ abiectū eſt nō redu-
xiſtis/ quod perierat nō queſiuiſtis: ſed cū au
ſteritate imperabatis eis et cum potentia.
¶ Sequitur quinta ratio ſcꝫ exemplum no-
ſtri ſaluatoris cum ait ¶ Et paſtoris boni imi
tetur exemplum/ qui relictis nonaginta no-
uem ouibus in deſerto/ abiit vnā ouē que er-
rauerat/ querere: cuiꝰ infirmitati in tantū cō
paſſus eſt/ vt eā in ſacris humeris ſuis digna
retur imponere/ et ſic reportare ad gregem)
¶ Ubi notandū ꝙ paſtor iſte optimꝰ de quo
ſanctus pater loquitur/ ⁊ quem abbatibuſ po
nit in exemplum. eſt ſaluator noſter filius dei/
qui vt dicitur luce xv. centū perhibetur oues
habuiſſe/ oues angeli ſunt et homines/ Johā
nis x. Ego ſum paſtor bonus/ gloſa. Diues
eſt paſtor cuius nos centeſima portio ſumus/
Angeli autem ⁊ homines dicuntur oues pro
pter innocentiam/ in qua creati ſunt: ſed cen-
tum propter numeri perfectionē/ Unde glo
ſa ait. ꝙ numerus centenarius eſt perfectus

Perfectus deus centū oues/id eſt perfectum numerū habuit/cum angelorū ꝛ hoīm ſubſtā tiam creauit/ſed vna ouis periit ſcꝫ humana natura/quando homo paſcua vite peccando reliquit/ Omnes enī in adam peccauerunt. Roma.v. Dicitur aūt xp̄s nonaginta nouē reliquiſſe in deſerto. ſiue in montibus/ id eſt nouē ordines angelorū in celo/quia non angelos apprehendit: ſed ſemen abrahe/ Unde humanā carnem ſuſcipiēs exinaniuit ſemetipſū factus obediens vſqꝫ ad mortem/queſiuit ouem errantē. predicando et docendo viā veritatis/vocando ad penitentiā/ꝛ ad confirmationē fidei plurima miracula faciendo.

Impoſuit autē eam in humeris ſuis/id eſt in brachiis crucis: vt ait glo/ quando penā peccatorū noſtrorū in corpore ſuo ſuper lignum crucis clementer portauit/et tandē reduxit illam ad gregem/id eſt ſocietatē angelorꝝ/quādo in die aſcenſionis turbe ſanctorū patrum aſſociatus. in altum aperuit credētib⁹ regna celorꝝ/ Ita abbas piiſſimi paſtoris xp̄i exēplo/ debet maximā curā gerere de ouib⁹ infirmātibus/illas precipua ſollicitudine querendo/ꝛ inuentas humeris compaſſionis portando/ vt tandem ad gregē bene viuentiū monachorum. vnde oberrauerant reducat.

Capitulum lxxxviii. et eſt xxviii. regule: de his qui ſepius correpti non emendauerint: vbi de grauitate vicii incorrigibilitatis agit.

SI quis frater frequēter correptus pro qualibet culpa/ ſi etiam excōmunicat⁹ non emēdauerit/acrior ei accedat correctio/id eſt vt verberū vindicta in eū pcedat/ Quod ſi nec ita ſe correxerit. aut forte (qđ abſit) in ſuperbiā elatus etiā defendere voluerit opera ſua/tunc abbas faciat quod ſapiens medicus/ Si exhibuit fomenta/ſi vnguenta adhortationū/ſi medicamina diuinarū ſcripturarū/ſi ad vltimū vſtionē excommunicationis vel plagas virgarū/ Et iam ſi viderit nichil ſuā preualere induſtriā/ adhibeat etiā quod maius eſt ſuam et oīū fratrū pro eo orationē/ vt dñs qui oīa poteſt operetur ſalutem circa infirmū fratrem/ Quod ſi nec iſto modo ſanat⁹ fuerit/tunc iam abbas vtatur ferro abſciſionis/ vt ait apoſtolus. Auferte malum ex vobis/ Et iterum. Infidelis ſi diſcedit diſcedat/ne vna ouis morbida omnē gregem contaminet.

SUperius beatus pater Benedictus certos modos poſuit/quibuſ culpe delinquentiū fratrum ſunt corrigende/ Uerū quia non ſemper p aſſignatos modos corriguntur/vt finaliter emendentur ſubiungit penā vltimo iniungendam delinquentibus fratribus incorrigibilibus dicēs ( Si qs frater frequenter correptus pro qualibet culpa/ſi etiam excōmunicatus non emendauerit/acrior ei accedat correctio/id eſt vt verberꝝ vindicta in eū procedat/ Sed videtur hoc cōtra ea que dicta ſunt in ſuperioribus/de grauitate pene excōmunicationis/ vbi Auguſtinus contra aduerſariū legis et prophetaruꝫ dixiſſe allegatus eſt/quod grauī⁹ eſt anathemate feriri ꝙ ſi gladio feriretur. Reſpondetur primo/ꝙ excōmunicatio grauior eſt rationibus ſuprapoſitis/ ſꝫ apud non intelligētes quid ſit excōmunicatio/ cuiuſmodi ſunt mundani ac carnales ſeu iudicio rationis vacui/acrior. i. moleſtior eſt afflictio verberum.

Secundo reſpondetur/ꝙ iſta pena cum vt patet ex textu ſe habeat ad excōmunicatōnē per additionem/merito dicit̄ acrior/quicquid enī additur acrius iudicatur ſiue moleſtius. Sequitur ( Quod ſi nec ita ſe correxerit aut forte quod abſit in ſuperbiā elatus etiā voluerit opera ſua defēdere tunc abbas faciat qđ

ſapiens medicus) Hic ponit ſanctus pater
proceſſuȝ quem prelatus obſeruare debet cir
ca delinquētem ſubditū/inſtar ſapientis me-
dici.qui a leuiorib⁹ incipit:ſic dicēs (Si exhi
buit fomenta.ſi vnguenta adhortationuȝ./ſi
medicamina ſcripturarū diuinarū./ſi ad vlti
mum vſtionē excōmunicationis/vel plagas
virgarū/etiā ſi viderit nichil ſuā preualere in
duſtriā/adhibeat etiā quod maius eſt ſuam ꝛ
oīȝ fratrū pro eo orationē/vt dn̄s qui omipo
tens eſt operetur ſalutē circa infirmū fratrē/
quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit/tunc iā
vtatur abbas ferro abſciſionis vt ait apoſto-
lus. Auferte malū ex vobis. Et iteruȝ. In fi-
delis ſi diſcedit diſcedat: ne vna ouis morbi-
da omnē gregem contaminet) Ubi licet ali-
orum iudicio ſeptem gradus deſignentur/no
ſtro tamen non niſi quattuor diſtincti expri-
muntur. ¶ Primo enī eſt āmonendus/et hoc
vnguentis exhortationū .i. exhortationibus
ſuauibus.ꝛ māſuetis/iuxta illud quod de me
dico ſpirituali dicitur eccleſiaſtici xxxviii/Un
guentarius faciet pigmēta ſuauitatis/et vn-
ctiones conficiet ſanitatis/vbi glo.dicit/Cō-
tra diuerſas infirmitates.diuerſa opponunt
medici emplaſtra et vnguenta/vt morbis cō
ueniant./Medicamēta ſimiliter faciunt me
dici ſpirituales./Item adhibendo medicami-
na diuinarū ſcripturaruȝ.i. teſtimonia ſacre
ſcripture/que vere medicamina ſunt aīarum/
ſecundū illud ſapientie xvi./Nec enim herba
nec malagma ſanauit eos/ſed tu⁹ dn̄e ſermo
qui ſanat oīa./Uti debet abbas erga ſubditū
delinquētem teſtimoniis ſacre ſcripture/que
mentiri non poteſt que de conuerſione pecca
toꝝ loquitur/de penitentia.de ſpe habenda.
/de imēſa diuina bonitate/de iuſtitia illius er
ga impenitētes ꝛ rebelles ac ſuperbos. ¶ Se
cundo ſi exhortationes et āmonitiones non
receperit/adhibenda eſt aduſtio.i.pena per ex
cōmunicationē ſi intelligat quid eſt excōmu
nicatio/ſi nō intelligit pena virgarum adhi-
benda eſt. ¶ Tertio ſi videat ꝙ nec ſic corrigi
tur/adhibenda eſt cōmunis oīm oratio/Ma
gne enī virtutis eſt oratio/ꝛ maxime que a cō
munitate procedit/Unde ambroſius/Facile
ei multi impetrant quod deſiderant / Nam
multi minimi dū aggregantur vnanimiter
fiunt magni /Uerum quia quandoqȝ propt
indignationem eius pro quo oratur etiā ora
tiones ſanctorū non exaudiuntur/ſecundū il
lud ieremie xv:vbi dn̄s ait ꝓphete/Noli ora
re pro populo iſto/nec aſſumas pro eis laudē
et orationē/quia non exaudiā/Habetur etiā
in vitis patrū de ſene quodā/ꝙ orante ꝑ quo
dam fratre/temptato a carne/ oſtēſū eſt ꝙ ne
gligētia fratris erat in cauſa quare nō exau
diretur/Unde ipē ſenex ait prefato fratri/fra
ter impoſſibile eſt a te diſcedere fornicationiſ
ſpiritū.aliis pro te orantibus niſi tuipſe aſſu-
mas ieiuniū et laborē in orationibus ¶ Ideo
ſubiungit ſanctus pater quartū gradū dicēs/
ꝙ ſi nec iſto modo ſcȝ per orationē a toto cō-
uentu effuſam ſanatus fuerit:tūc vtatur fer
ro abſciſionis.i.ſententia ſeparationis a cor-
pore monaſterii:/ꝛ hoc vel per incluſionē ſiue
per incarcerationē aut per omimodā expul-
ſionē a monaſterio/Unde Auguſtinus vt ha-
betur xxiiii.q.ii.in capitulo. Corripiantur.
Corripiantur a prepoſitis ſuis ſubditi/corre-
ctionibus de caritate venientibus/pro culpa
rum diuerſitate vel minoribus vel amplior-
bus/Et infra/Paſtoris tamen neceſſitas ha
bet.ne per plures ſerpant dira contagia/ſepa
rare ab ouibus ſanis morbidā ab illo cui ni-
chil eſt impoſſibile/ipſam forſitā ſeparatione
ſanandā ¶ Item gregorius in regiſtro/Dum
vnus corripitur plurimi emēdantur/Et me-
lius eſt vt pro multorū ſaluatione vnus con-
demnetur/ꝙ pro vnius licentia multi pericli
tentur/Et ꝙ ita faciendum ſit inducit ſanct⁹
pater Benedictus duas auctoritateſ apoſto
li/Pria ponitur prie ad corin.v. Auferte ma
lum .i.hominē ex vobis ipſis/Scda ponitur
prie corin.vii./Infidelis ſi diſcedit diſcedat.
/Et ſubiungēs cauſam huius doctrine de ex-
pellendo incorrigibilē ait/Ne vna ouis mor
bida totum gregē contaminet/Hanc ratio-
nem aſſignauit apoſtolus cum exhortaretur
corinthos/vt a ſe expellerent fornicatorē quē
dam dicens/Neſcitis ꝙ modicū fermentum
totam maſſam corrumpit/glo.i.iſte vn⁹ for-
nicator alios ſuo exemplo ad peccandū tra-
hendo/totam maſſā corrumpit/id eſt omnes
qui norunt et non vitant ¶ Item Hieronym⁹
dicit.Secande ſunt putride carnes et ſcabio-
ſa ac vilis ouis repellenda/ne tota dom⁹ maſ
ſa corpus et pecora ardeat/corrumpatur/pu-
treſcat intereant ¶ Arrius in alexandria vna
ſcintilla fuit/ſȝ quoniā non ſtatim oppreſſus

eſt totum orbem eius flamma populata eſt /
.xxiiii. q. iii. capitulo. Secande. ¶ Circa hoc
nota ꝙ aliqui dicunt notari ſiue deſignari i
hoc loco ſeptem gradus diſcipline regularis
vt diximus / per quos delinquens monachus
eſt deducendus. ¶ Primus eſt admonitio ſe
creta. ¶ Secundus correctio ſiue obiurgatio
publica. ¶ Tertius ſimplex excõmunicatio:
¶ Quartus nimia ieiunia ¶ Quintus flagel
la dura ſeu verbera ſi ꝑſona ſit que poſſit fla
gellari aut debet / aut alia corporalis pena.
na. ¶ Sextus eſt cõmunis oĩm pro ipo oratio
¶ Septimus eſt expulſio ſiue eiectio de mo-
naſterio. ¶ Secundo notandũ ꝙ cũ admoni
tus ſemel aut ſecundo frater ſi non emenda-
uerit / non ſtatim educendus eſt ad ſecundum
ſcʒ publicam obiurgationẽ / nec cum ſemel fu
erit obiurgatus ſtatim deducendus ad tertiũ
gradũ ſcʒ ad excõmicationẽ ſi non emenda-
uerit / et ſic de aliis procedendo / quia ſi ita in
diſcrete et incaute factuʒ fuerit / cito pene om
nes de monaſterio poſſunt expelli / eo ꝙ ſicut
dicit apoſtolus. In multis offendimus oẽs.
¶ Regula enĩ non dicit cito duci fratrẽ per ſin
gulos gradus / nec dicit in vno quoqʒ gradu
diu demorari atqʒ detineri / ſed dicit vt faciat
vt ſapiens medicus et diſcretus doctor. ¶ Me
dicus enĩ ſapiens cum vno medicamine vel
vna potione tam diu laborat circa infirmuʒ /
ꝙ̃diu cognouerit ipſuʒ medicamen infirmo
non poſſe ꝓficere: tunc adhibet et aliud ⁊ ita
facit cum ſecundo ⁊c. ¶ Preterea circa incor
rigibilitatẽ ipſam eſt notandũ ꝙ viciũ incor
rigibilitatis eſt grauiſſimũ peccatuʒ / quod ex
multis attenditur. ¶ Primo eſt enĩ diaboli-
cum / Ipſe enĩ diabolus poſtꝙ̃ peccauit nũꝙ̃
poſtea penitere voluit. ps̄. Superbia eorum
qui te oderunt aſcendit ſemper / Et ideo eccle
ſiaſtici xxi. dicitur / Qui odit correctionẽ veſti
gium eſt peccatoris. i. diaboli / peccator enĩ di
citur diabolus anthonomatice / cui multũ aſ
ſimilatur qui incorrigibilis eſt et inſuſcepti-
bilis diſcipline. ¶ Secundo quia eſt periculo
ſa infirmitas / Nõ eſt infirmitas adeo modi-
ca / quin per recuſationẽ medicine verti poſſit
in magnũ periculuʒ / Et ideo puer. xv. Qui
ſine diſciplina eſt in periculo eſt. ¶ Tertio
hoc eſt vicium qd̃ totã religionẽ deſtruit / obe
dientie reſiſtendo in qua tota virtus religio
nis conſiſtit. ¶ Quarto eſt ſũme contagioſũ
quaſi ſicut lepra que non recipit curationẽ.
¶ Quinto eſt viciũ quod ſolum damnat ho
mines / Nullus ei quicũqʒ peccator aliter dã
natur niſi quia non ſe corrigit. ¶ Sexto quia
inter varias ſpecies peccati in ſpiritũ ſanctũ
/ quod eſt horribile peccatuʒ in omĩ caſu / videt
grauius illud quod eſt finalis impẽitentia:
/ incorrigibilitas autẽ eſt huic annexa / Propt
hoc peccatuʒ iſtud incorrigibilitatis in nullo
ꝙ̃tũcũqʒ magno eſt tolerandũ in monaſterio /
et ſi forte alia tolerantur interdum ex cauſa.
¶ Unde ambroſius cũ imperatorem theodoſi-
um abieciſſet ab eccleſia ſua propter culpas
aliquas / nũꝙ̃ voluit eum reconciliare quouſ-
qʒ penitentiã publicam egit / Et cum diceret
ei imperator / ꝙ dauid et adulteriũ et homici
dium cõmiſit / illico dixit ei Ambroſius. Se-
cutus es errantem ſequere et corrigentẽ / Ad
/ quod verbũ compunctus imperator / publicã
penitentiã fecit / propter quas cauſas ſolent
homĩes maxime inſurgere contra huiuſmo-
di incorrigibiles / et illos ab eorũ ſocietate ex
pellere dicente dño Math. xviii. Si eccleſiã
nõ audierit. glo. Criſoſtomi. i. prelatũ / ſit tibi
tanꝙ̃ ethnicus et publicanus / quos ſcʒ oĩes
fideles abominantur. ¶ Itẽ notandũ ꝙ q² di
ctũ eſt incorrigibilitas viciũ eſt contagioſũ / q²
tales exemplo manifeſto et verbis quibus ſe
defendere ſolent / et tolerantia que aliis pre-
ſtare ſolet audaciã ad ſimilia corrumpũt ali-
os / et ideo cum peccẽt in ſocietatẽ ipſam cor
rumpendo puniendi ſunt in quo delinquunt
/ vt de ſocietate expellãtur / Et ideo beat⁹ Au
guſtinus in regula de incorrigibili / De vrã
ſocietate proiciatur / ne contagione peſtifera
plurimos perdat / Nec eſt hoc aſcribendũ cru
delitati ſed potius mĩe / quia maioris eſt pie-
tatis compati multis ſuper damno ſpũali ꝙ̃
vni parcere a pena aliqua / maxime que aĩ-
me ſue medicinalis eſſe poteſt / niſi cõtemple-
rit: ſicut parũ ante dictũ eſt.

¶ Capitulũ lxxxix. et eſt xxix. regule: ſi debe
ant recipi fratres exeuntes de monaſterio.

Frater qui ꝓprio vicio egre
ditur / aut proicitur de mo
naſterio / ſi reuerti voluerit ſpon
deat prius omnẽ emendationẽ

vicii pro quo egreſſus eſt/et ſic
in vltimo gradu recipiatur.vt ex
hoc eius humilitas comprobet.
¶Quod ſi demũ exierit vſqȝ tertio
ita recipiatur/¶Jam vero poſtea
ſciat omnẽ ſibi reuerſionis adi-
tum denegari.

Supra in proxio capitulo beatus Be
nedictus inſtituit tanꝙ vltimũ reme
dium/vt frater incorrigibilis repertꝰ
de monaſterio pelleretur/¶In hac parte ſatiſ-
facere curauit queſtioni/que poſſet fieri vtrũ
ſcȝ talis frater ſemel expulſus valeret iteꝝ re
cipi ad monaſteriũ dicẽs (frater qui proprio
vicio egreditur/aut proicitur de monaſterio/
ſi reuerti voluerit ſpondeat prius omnẽ emẽ
dationẽ vicii pro quo egreſſus eſt/et ſic in vl
timo gradu recipiatur:vt ex hoc eius humili
tas comprobetur)¶Sunt autẽ qui exeunt de
monaſterio quia in eo religio defecit/et ideo
ad aliud monaſteriũ bene ordinatũ zelo pro-
prie ſalutis vadunt/¶Sunt autẽ alii qui exe-
unt ad vitã heremiticã zelo amplioris perfe
ctionis/¶Sunt autẽ alii qui timore forſan di-
ſcipline/aut incõſtantia ⁊ leuitate quadam
exeuntes/demũ ad cor redeunt:et vt iterũ re
cipiantur debita cũ hũilitate depoſcũt/¶Sũt
et alii qui propter ſuperbiã.et contumaciam
vel inobediẽtiam.aut furtũ/aut gulã.aut hu
iuſmodi vicia proiciuntur/aut etiã exeunt ꝓ
pria temeritate qui vt filius prodigus ad cor
reuerſi ſe recipi poſtulant ab abbate/¶Sũt eti
am alii qui propter viciũ contagioſum vt eſt
peccatũ carnis/⁊ ſimilia expelluntur/¶Primi
et ſecundi ſunt vt reuertantur rogandi/vt ali
os exemplo ſancte conuerſationis ſue infor-
ment/et exhortentur ad bonũ/¶Tertii vero et
quarti/qui proprio vicio ſũt egreſſi miſericor
diter recipiendi ſunt ſicut ſtatuit hic beatꝰ be
nedictus/¶De contagioſis autẽ quia vicium
non habent propriũ ſed cõmune/videtur be-
atum benedictũ non feciſſe mentionẽ in hoc
capitulo/¶Frater autẽ qui recipi debeat ſpon
deat duo/primo emẽdationẽ vicii ne ſcȝ am-
plius iteret/ſecũdo ſatiſfactionẽ vt debite di
ſcipline ſiue penitentie per abbatem imponẽ
de ſubiaceat/in quorũ ſponſione ⁊ adimpleti
one vera comprobabit humilitas/¶Et ita ſan
ctus pater reſpondet illi queſtioni/quid cum
eiecti petunt recipi/¶Si enĩ culpe ꝓpter quas
iuſte eiecti ſunt adhuc durant/non tenentur
prelati nec debent illos recipere/imo ex eiſdẽ
cauſis propter quas iuſte eiecti ſunt/poſſunt
a receptione repelli/¶Si vero credatur proba
biliter ꝙ ſunt de culpis ſuis correcti/et ꝙ ceſ-
ſabunt tenentur illos recipere/ſalua tamẽ di
ſciplina ordinis ¶Sed hic ſurgit vna queſtio
/quid ſi eiectꝰ de cuius correctione nõ ſperat/
offert ſe ad carcerẽ/¶Reſpõdet magiſter him
bertus.in expoſitione regule beati Auguſtini/
/ꝙ ſi ille q ſic petit recipi eſt talis/ꝙ faciat ſcan
dala ⁊ multiplicet mala recipiendꝰ eſt ad car
cerem/dũmodo habeatur talis locus in quo
ſecrete et ſecure poſſit cuſtodiri/per hoc enĩ ei
bene prouidebitur.quia a multis malis ceſſa
bit.et congregatõni non nocebit/¶Si vero ta
lis eſt ꝙ ſcandala non facit in ſeculo/nec pec-
cata noua cõmittit/⁊ creditur ꝙ ex difficulta
te receptionis cautior fiat in antea/poteſt dif
ferri receptio:licet finaliter non ſit neganda
¶Sequitur(ꝙ ſi demũ exierit vſqȝ tertio reci-
piatur/¶Jam vero poſtea ſciat oẽm ſibi reuer
ſionis aditũ denegari)¶Hic ſãctus pater non
imponit legem abbati/ꝙ non poſſit iterũ re-
cipere exeuntẽ monachuȝ aut expulſum/imo
lege caritatis mĩe et pietatis poteſt illũ iterũ
recipere/ſed exprimit ꝙ vigore regule erga ſe
agendũ ſciat frater expulſus/et intelligat in-
iuriã ſibi nõ fieri ſi quarta vice nõ recipiat.

¶Capitulum xc.et eſt xxx.regule:de pueris
minori etate qualiter corrigatur:vbi aliqua
de inſtitutione puerorũ ponuntur.

Omnis etas vel intellectꝰ ꝓ
prias debet habere menſu
ras/ideoqȝ quotiẽs pueri vl' adole
ſcẽtiores etate/aut q̃ minꝰ intelli
gere poſſunt quanta pena ſit ex
cõmunicationis/hii tales dũ de-
linquunt aut ieiuniis nimiis af
fligantur/aut acris verberibus
coherceantur vt ſanentur/

S Uperius ſanctus pater egit de penis de
linquētiū ſine diſcretione perſonaruꝫ/
ne quis crederet ꝙ oēs delinquētes pa
ri pena plectendi venirent/hic ſubdit de mo/
do quo corrigendi veniūt pueri/ſiue in mino
ri etate conſtituti/aut minꝰ intelligentes:di/
cens(Omis etas vel intellectus propꝛias de
bet habere menſuras)/Stultū eni eſſet equa
liter punire ſapientē et ſtultum/et infantem
et ſenem/aut etiā ipſos minus intelligentes./
/Et ideo omnis etas vel intellectus propꝛias
debet habere mēſuras/ quia iuxta quod vnꝰ
quiſqꝫ intelligit/⁊ eius etas permiſerit/debet
habere mēſuram diſcipline/Ratio ſequitur.
(Ideoqꝫ quotiens pueri vel adoleſcentiores
etate/aut qui minus intelligere poſſunt ꝙta
pena ſit excōmunicationis:hii tales dum de
linquunt aut ieiuniis nimiis affligātur/aut
acris verberibus coherceantur vt ſanentur)
Cum vero dicit pueri/vel adoleſcentiores du
as etates/ ſcꝫ puericiā ⁊ adoleſcentiā compꝛe
hendit/¶Diſtinguūtur aūt ſex etates homis
vt tāgit yſidorꝰ xi.ethimologiaꝝ.videlicet in
fantia que vſqꝫ ad ſeptē annos protenditur.
¶Secunda puericia/que quartodecimo an
no finitur. ¶Tertia eſt adoleſcentia/que a
quartodecimo anno vſqꝫ ad viceſimū octa/
uum extenditur/¶Quarta iuuentus/que in
quinquageſimo anno terminatur. ¶Quin
ta eſt grauitas que eſt declinatio a iuuentu/
te in ſenectutem a ſeptuageſimo anno cōclu
ditur. ¶Sexta eſt ſenectus que nullo anno/
rum determinat̄ numero/ſed poſt quinqꝫ ali
as etates ꝙtūcūqꝫ vite eſt ſenectuti deputat̄
¶Seniū autē dicitur vltima pars ſenectutis
Cum autē ſanctus pater ſubiungit/aut qui
minus intelligere poſſunt omnē compꝛehen
dit etatē/Iſtos vero quos hic dicit minus in
telligentes ſuperius noīauit in viceſimo ter/
tio capitulo improbos/ quos vindicte corpo
rali ſubiacere decreuit/et idem in iſto loco di/
cit cum ait/Hii tales dum delinquūt aut ie/
iuniis ⁊c. que due pene ſcꝫ ieiunia/et verbera
ad corpoꝛalē referuntuꝛ vindictā/Verū quia
ſepe quibus non competunt flagella ieiunia
conueniunt/ et quibus ieiunia non poſſūt cō
uenire verbera eſſent minꝰ cōueniētia/ ideo
inter iſta duo poſuit diſiunctiuā/Si vero ex
pedire viderit abbas/improbo ⁊ minus intel
ligenti que ſit excōmunicatiōis pena:vtrāqꝫ
penam infligere ſcꝫ verbera et ieiunia poteſt
/vt magis laſciuientis carnis ſuperbia dome/
tur/et elationis motus plenius cōpꝛimentur
¶Eſt autem hic notandū ꝙ circa inſtructio
nem pueroꝛum duo ſunt precipue attenden
da/¶Primo quidem vt exerceantur in bonis
laboꝛibus/¶Secundo vt coꝛrigantur et caſti/
gentur ab exceſſibus/Eſt autē ſpecialiter ti/
menda ⁊ cauenda ocioſitas in iuuene/Unde
inter abuſiones clauſtri numeratur iuuenis
ocioſus/Ubi ſecundū hugonē de ſancto victo
re large dicitur iuuenis/non ſolum qui eſt in
adoleſcentia/ſed etiā qui eſt in etate matura.
¶Sunt ergo exercitandi ſanctis laboribus q̄
dꝛuplici ratione. ¶Prio qꝛ hec etas diſcipli
ne laboꝛibus eſt congrua.treñ.iii./Bonuꝫ eſt
viro cū poꝛtauerit iugū ſcꝫ diſcipline ab ado
leſcētia ſua/.De quo in pſalmo. In quo coꝛri
git adoleſcentioꝛ viam ſuā in cuſtodiendo ſer
mones tuos. ¶Secundo quia etas illa do/
ctrine ⁊ aſſuefactiōi eſt idonea/Uñ in tali iu
uentute domantur equi et tunc ambulatio/
ni aſſueſcunt/In ſenectute autē non ſunt ſu/
ſceptibiles talium/Hieronymus in epiſtola
lxxxvii.ait. Cum in tenera etate facilius ſan
cte ꝯuerſationis vſꝰ inoleſcat/optimi ad inſti
tutionē primi āni/habēt in ſe lentū/qd ⁊ mol
le/et qd facile foꝛmari queat/et ad arbitrium
volentis trahi/Et ponit exemplū de arbuſcu
lis que/in qualibet partem poſſunt flecti/ et
tenera aīalia ſine laboꝛe ſolēt domari /Et ſe
quitur/idem penitus ſolet inherere ſenſibus
quod pꝛius ſederat dū mobilis eſt etas et ani
mus duci exercenda eſt boni conſuetudo/¶Cō
ſimilia exempla ponit Anſelmus in libꝛo de
ſimilitudinibus/ꝙ mollis cera recipit imagi/
nem ſigilli/et retinet eandem cū eſt indurata
Et ideo pꝛouerbioꝛū xii.dicitur/Adoleſcens
iuxta viam ſuā/cū ſenuerit non recedet ab ea
Et cōmuniter dicitur/Quod noua teſta ca/
pit inueterata ſapit:vt ait Auguſtinꝰ. ¶Ter
tio etas iuuenilis eſt exercitāda bonis ſtudiiſ
/quia eſt etas pꝛona ad leuitatem/Senſus et
cogitatio hoīs prona ē ad malū ab adoleſcē
tia ſua/Uñ ambroſius. Iuuētus eſt ad amo/
rem liberioꝛ/ad lapſum incautioꝛ/ad infirmi
tatem fragilioꝛ/⁊ ideo onere virtuoſi laboꝛis
ſtabilienda eſt et nutrienda iuuentus/Ma/
turitatē ei quā in ſenibꝰ facit etas/in iuueni/
bus debet facere huiuſmodi bonorū moꝛū et

ſtudiorũ grauitas. Quarto quia in iuuenibus corp⁹ eſt in ſuo robore / et ſanguis in feruore / Unde niſi corp⁹ opprimatur onere alicuius ſancti laboris / dominari vult ſpiritui et non ſeruire / Unde iuuenib⁹ neceſſaria eſt virga correctionis et onus laboris / eccleſiaſtici xxxiii. Cibaria et virga et onus aſino. panis et diſciplina et opus ſeruo / corpori ſcʒ ad ſeruiendum ſpiritui dato. Hugo de ſancto victore. Juuenis in ocio quaſi iuuentus ſine iugo / Secũdo pueri ſiue iuuenes debito modo ſũt caſtigandi et diſciplina cõgrua corrigendi de exceſſibus / prouerbi. xxiii. Noli ſubſtrahere a puero diſciplinã / Si eni percuſſeris euʒ cum virga non morietur / Tu virga percute eũ et aĩam eius de inferno liberabis. Jtem eccleſiaſtici xxx. / Curua ceruicem eius in iuuentute / et tonde latera eius dum infãs eſt / ne forte induret et non credet tibi / et erit tibi dolor aĩe.

## Capitulum xci. et eſt xxxi. regule: de cellarario monaſterii qualis ſit.

Cellararius monaſterii eligatur de congregatõne ſapiẽs. maturus moribus. ſobrius non multũ edax. non elatus. nõ turbulentus. non iniurioſus. nõ tardus. non prodigus: ſed timẽs deum / qui omi congregatõni ſit ſicut pater / Curã gerat de omibus / ſine iuſſione abbatis nichil faciat / que iubent̃ cuſtodiat. fratres non cõtriſtet / Si quis autẽ frater ab eo forte aliquid irrationabiliter poſtulat. non ſpernendo eum contriſtet / ſed rationabiliter cũ humilitate male petenti deneget / animã ſuam cuſtodiat: memor ſemper illius apoſtolici / quia qui bene miniſtrauerit gradũ bonũ ſibi acquirit / Jnfirmorum. infantum. hoſpitũ. pauperũqʒ cũ omni ſollicitudine curã gerat / ſciens ſine dubio. quia pro hiis omibus in die iudicii rationem redditurus eſt / Omĩa vaſa monaſterii cũctamqʒ ſubſtantiam: ac ſi altaris vaſa ſacrata cõſpiciat / nichil ducat negligendũ / Neqʒ auaricie ſtudeat. neqʒ prodigus ſit / aut ſtirpator ſubſtãtie monaſterii / ſed omĩa menſurate faciat. et ſecundũ iuſſionẽ abbatis. Humilitatẽ ante omĩa habeat / et cui ſubſtantia non eſt que tribuat̃: ſermo reſponſionis porrigatur bon⁹. vt ſcriptũ eſt. Sermo bonus ſuper datũ optimuʒ. Omĩa que ei iniunxerit abbas ipſe habeat ſub cura ſua / A quibus eum prohibuerit non preſumat. / Fratribus cõſtitutã annonam ſine aliquo typo vel mora offerat vt nõ ſcandalizẽtur / memor diuini eloquii / quid mereat̃ qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis / Si congregatõ maior fuerit ſolatia ei dentur / a quibus adiutus et ipſe equo animo impleat officiũ ſibi cõmiſſũ / horiſ competentibus dentur que danda ſunt / et petantur que petenda ſunt / vt nemo perturbetur. neqʒ contriſtetur in domo dei /

SUperius ſctūs pater Benedictus egit qualis debeat eſſe abbas/ poſtea de officiis diuinis./ Deinde de decanis.et de ſententiis iudiciorū/ Nunc vero ſubiungit de cellatio monaſterii/eo ꝙ ſi bonus eſt multa ī de prouenit vtilitas monaſterio/ſicut ecōtra ſi malus ſit multa nocumenta et damna plurima inde ſperantur/ Dicit ergo (Cellararius monaſterii eligatur de congregatione/nō ad libitū ponatur ab abbate/ſed cum conſilio ſeniorū fratrū timentiuꝫ deum et diſcretorum/ Abbas illum ordinet/ſecundū illud actuū vi. Conſiderate viros ex vobis boni teſtimonii/ plenos ſpiritu ſancto ꝛ ſapientia quos conſtituamus ſuper hoc opus/ vbi vide laudabilē modū conſtituendi officiales/ Non enī ſubito conſtituendi ſunt ſed cū deliberatione ꝛ cōſilio/ Conſiderate inquiunt apoſtoli quaſi dicant deliberate habete conſiliū/ Item non cōſtituunt ad hoc ſexum muliebrē/ſicut permittitur alicubi/ꝙ vetule vel cognate ſeruiūt aliquibuſ quod abominabile debet eſſe apud religioſos/ideo dicunt viros/ Itē non extraneos ſicut fit in quibuſdā monaſteriis ī qbus ſeculares conſtituuntur/et ideo dicūt ex vobis/ Item non quoſcūqꝫ viros ſed famoſos :boni inquiunt teſtimonii. ſcꝫ ſanctos in veritate. / Unde addunt plenos ſpiritu ſancto/ſcꝫ ſapiētes/ Unde ſequitur et ſapiētia/ Officiales ei qui habent cum multis facere/propter alios debent eſſe famoſi/qꝛ habent occaſiones multas peccandi.niſi ſāctitas eos retrahat debēt eſſe ſancti/ Quia vero habent diſpēſare multa que ſine ſapientia fieri bene non poſſūt/requiritur in eis ſapientia/que omia ſāctus pater proſequitur in preſenti capitulo/ Sequitur (ſapiens)id eſt prudens et intelligens (maturus)id eſt ſeuilis morib9 (ſobrius)id eſt tēperatus(non multum edax)id eſt deuorator (non elatus)id eſt per ſuperbiā elatus (non turbulentus)veluti enī aer dicitur turbulentus cū non eſt ſerenus/ ꝛ aqua cum non eſt lūpida ſiue clara/ita ꝛ homo dicitur turbulentus cuius vultus obſcurus eſt.i. non hylaris (Non iniurioſus) Iniurioſus dicitur qui ad iniurias pronus eſt irrogandas et contumelias inferendas(non tardus)in largiendo. (non prodigus) id eſt nimis largus rerū profuſor.indiſcretus dilapidator(ſed timens deum)quia beatus vir qui timet deum in mandatis eius volet nimis/ Qui enī in religione miniſtrant.ſolliciti debēt eſſe vt eomodo miniſtrent/vt miniſtrando deo placeāt/cuiuſmodi ſunt et bona que diſpenſant et familia cui ea diſpenſant/ Non debent autē ea nec auare retinere.nec prodige expēdere/ Cauere debent a perſonarū acceptōe/diſtribuentes vnicuiqꝫ ſicut cuiqꝫ opus fiūt ſicut dicetur infra in capitulo xxxiiii/ Sequitur (Qui omi congregationi ſit ſicut pater/omēs diligendo de omibus paternalē curā habens.vnde ſequitᷣ (Curam gerat de oībus)/ Verū ne ex eo crederet cellararius ſibi poteſtatē libere et indiſtincte traditā in omibus/reſtrictionē ſubiungit tradite poteſtatis/et dependentiaꝫ illius ab abbate dicens(Sine iuſſione abbatis nichil faciat) limites enī et terminos exercende poteſtatis accipere debet ab abbate/ſiue ī ſcriptura quod ſecurius eſſet/ſiue verbo (Et que iubētur cuſtodiat) id eſt adimpleat (diligenter.fratres non contriſtet. Si quis frater forte ab eo aliqua irratōnabliter poſtulat nō ſpernendo eū contriſtet ſed rationabiliter cū humilitate male petenti deneget. Aiam ſuā cuſtodiat/memor ſemper illius apoſtolici precepti/quia qui bene miniſtrauerit gradū ſibi bonū acquirit)pria ad thimo.iii (Infirmorū infantū.hoſpitū pauperūqꝫ cum omi ſollicitudine curaꝫ gerat/ſciens ſine dubio quia de hiis omibus in die iudicii rationē redditurus eſt/ Omia vaſa monaſterii cunctāqꝫ ſubſtantiam/ac ſi altaris vaſa ſacrata cōſpiciat) Nō dicit equaliter ſicut nec accipiēdū eſt ſed proportionaliter/quod ſicut vaſa altaris ſecūduꝫ merita ſue dignitatis aut ſanctitatis diligenter tractantur aut cuſtodiuntur/ſic alia vaſa ſecundū conditionē et ordinem deputatiōis ipſorum officiorū ſuoꝝ diligenter tractentur mundentur/conſeruentur et cuſtodiantᷣ. Sequitur (Nichil ducat negligendū. nec auaricie ſtudeat ſcꝫ retinendo que danda ſunt ꝛ diſtribuenda/ Auguſtinus. Maledictus diſpēſator auarus cui largus eſt dn̄s( Neqꝫ prodigus ſit ꝛ ſtirpator ſubſtātie monaſterii) Inutiliter et abſqꝫ neceſſitate bona monaſterii diſpergendo (ſed omia menſurate faciat et ſecundum iuſſionē abbatis ſui) vt illi conueniat quod dicitur luce xii. Fidelis ſeruus et prudens/quē conſtituit dn̄s ſuper familiā ſuam vt det illi in tempore tritici menſurā/ Humi

litatem ante oīa habeat)vt non indignetur
aut ex conditione iubentis abbatis/vel ex cō
ditione fratruꝫ miniſteriū ſuſcipientiū/Pro
quo attendere debet iuſſionē prelati iuſſionē
eſſe dei/ſecundū illud luce x. Qui vos audit
me audit/Pro ſecundo debet attēdere ꝙ mi-
niſterium quod exhibetur fratri minimo/xpo
exhibetur.ſecundum illud math.xxv.Quod
vni ex minimis meis feciſtis ⁊ michi feciſtis/
xp̄o autē miniſtrare nulli eſt dedecus ſed ho-
nor magnus/cū ille quo inter natos mulierū
maior non ſurrexit/dicat ſe dignum non eſſe
vt ſoluat corrigiam calciamenti eius/Atten
dere etiam debet ꝙ humile miniſteriū xp̄s ex
hibuerit iude proditori ſuo/Item ꝙ āgeli nō
dedignantur homībus ꝙtūcūqꝫ vilibus mi-
niſterium exhibere/Math.xviii/Videte ne
contemnatis vnū de puſillis iſtis/Angeli enī
eoꝝ ſemper vident faciem patris qui in celis
eſt(Et cui non eſt ex ſubſtantia quod tribua
tur:ſermo reſponſionis porrigatur bonus.ſi
cut ſcriptū eſt. Sermo bonus ſuper donū op
timū/Omia que iniunxerit ei abbas ipſe ha
beat ſub cura ſua. A quibus euꝫ prohibuerit
non preſumat)Sequitur(Fratribus conſti-
tutam ānonā)id eſt victū ordinatū/qui quia
ātiquitus ad nonā miniſtrari ſolebat:anno-
na dicta eſt a nona (ſine aliquo typo)id eſt ſi
ne triſtitia aut timore verborū/aut murmu-
re cum indecenti figura verborum/Auguſti-
nus in regula/ſiue qui cellario/ſiue qui veſti-
bus/ſiue qui codicibus preponūtur.ſine mur-
mure ſeruiant fratribus ſuis(vel mora offe-
rati/vt non ſcandalizentur)id eſt ſine tardi-
tate notabili.Auguſtin⁹ in regula/Veſtimē
ta et calciamenta quando ſiunt indigentib⁹
neceſſaria/dare non differant ſub quoruꝫ cu-
ſtodia ſunt que poſcuntur(memor diuini elo
quii quid mereatur qui ſcandalizauerit vnū
de puſillis)bene dicit puſillis.i.paruis aio/qr
qui magnus eſt non poteſt moueri de facili/
Quid autē mereatur ſcandalizator puſillo-
rum/habetur mathei xviii.vbi dn̄s ait/Qui
ſcandalizauerit vnū de puſillis qui in me cre
dunt expedit.i.leui⁹ eſt ei/vt ſuſpendatur mo
la aſinaria in collo eius/et demergatur in ꝓ-
fundū maris/glo. quia multo melius eſt pro
culpa breuē ſuſcipere penā/ꝙ eternis ſeruari
cruciatibus/Non ei iudicabit deus bis in id
ipſū.Sequitur(Si congregatio maior fue-
rit ſolacia ei dentur)id eſt adiutoria per ali-
quos qui iuuent illū (⁊ a quibus adiutus)id
eſt (vt ipſe equo aio)tranquillo pacato ⁊ hy
lari(impleat officium ſibi cōmiſſum) Ubi
nota/ꝙ nō eſt ſecundū regulam vt multi ſint
pricipales bona monaſterii diſpēſātes/Un⁹
ſit principalis quē ſi neceſſe eſt aliq adiuuent
Ille vero non ſolū conuentus/ſed infirmoruꝫ
hoſpituꝫ pauperūqꝫ curā gerere debet/et oīa
vaſa monaſterii cuſtodire:ſicut dictū eſt/Un̄
a puritate regule videtur deuiatū eſſe ī mul-
tis monaſteriis/vbi occaſione infirmorū pau
perū hoſpitum/et eorū que ad elemoſinā per
tinent multiplicati ſūt diſpenſatores bonoꝝ
monaſterii/qb⁹ nō ſolū bonoꝝ tpaliū diſpen
ſatio/ſed etiā quodāmodo dn̄atio data eſt vł
pmiſſa/vt bona illa diſpenſent nō ſecundum
abbatis iuſſionē/ſed ſecundū ſuam volunta-
tem/et vt non ſolum de illis officiū ſibi iniun
ctum adimpleant/ſed etiam ſibi prouideant/
et abundanter vel prodige aliis procurent vł
auare ſibi cuſtodiant/In congregatione cui
ſaluator prefuit/vnus fuit diſpenſator et il-
le latro fuit/Unde dicitur de eo Johannis
xii.ꝙ fur erat et loculos habens/In multis
vero monaſterriis ſicut multiplicati ſunt bo-
norū temporaliū diſpenſatores/ita et multi-
plicati ſunt latrones/Sicut enī iudas ea q̄
danda erant pauperibus dabat vxori ⁊ filiis/
ſic ſepe tales que danda eſſent xp̄i pauperib⁹
dant attinentibus ſibi/⁊ ſicut ſunt ſimiles iu
de in culpa:ſic frequenter ſimiles ſiūt ei in pe
na. Sequitur (Horis competentibus dent̄
que danda ſunt et petantur que petenda ſūt/
vt nemo perturbetur/nec contriſtetur in do-
mo dei)Senſus eſt/Horis conuenientibus
congruis et ad hoc deputatis dentur que dā
da ſunt ab officialibus/et petantur ab aliis
que petēda ſunt/Non ſunt autē hore compe
tentes ad petendū neceſſaria hore nocturne.
hore ſilencii/hore quibus fratres pſalmodie
vel lectioni vacant/Unde illis horis/niſi ne-
ceſſitas īminens aliud exigat ſuperſedenduꝫ
eſt ab huiuſmodi/ne ſcꝫ officiales contriſtent
monachos volendo dare que danda ſunt ho
ris incōpetentibus/⁊ officiales contriſtentur
a monachis petendo horis non cōgruis/Un̄
etiā Auguſtinus ait in regula.qui extra horā
petierit non accipiat/Domus autē dei ap-
pellatur hic monaſterium/quia in eo deo viuit̄

vno aio vno.ꝯſenſu et vna volūtate/ſecundū
illud.p̄s.liiii.In domo dei ambulabimus cū
coſenſu.i.concorditer et vnanimiter/ſicut de
primitiua eccleſia dicitur actuū iiii.Erat eis
cor vnū et aīa vna in dn̄o/Item p̄s.Deus q
inhabitare facit vnanimes in domo/gloſa.i.
vnū ſentientes colligit in vnū.

Capitulū xcii.ꝛ eſt xxxii.regule:de ferramē
tis vel rebus monaſterii:vbi de diligentia ha
benda in cuſtodia rerū monaſterii.

**Subſtantia monaſterii in**
**ferramentis/vel veſtibus/**
**ſeu quibuſlibet rebus prouideat**
**abbas fratres de quorum vita ꝛ**
**moribus ſecurus ſit/et eis ſingu**
**la vt vtile iudicauerit conſignet**
**cuſtodienda/atqꝫ recolligenda.**
**Ex quibus abbas breuē teneat/**
**vt duꝫ ſibi in ipſa aſſignata fra//**
**tres viciſſim ſuccedunt/ſciat q̇d**
**dat aut quid recipit/Si quis au**
**tem ſordide/aut negligenter res**
**monaſterii tractauerit/corripia**
**tur. Si non emendauerit diſci//**
**pline regulari ſubiaceat.**

Poſtq̄ȝ de cellarario qualis eſſe debeat
ſanctus pater inſtituit/Nunc de aliis
officialibus ſubiungit quibus res ſpā/
les veniunt cōmittende/vt puta de cuſtode
ferramentoruꝫ/cuiuſmodi ſunt foſſoria ſecu/
res dolatoria et aliarū rerum ſimiliū mona/
ſterii/Et diuiditur in duas partes preſēs ca
pitulū.In prima ponitur/ꝙ res monaſterii
cōſignentur fratribus vita et moribus com/
poſitis ad cuſtodiā.In ſecunda parte ponit᷑
pena eorū qui negligenter res aſſignatas cu
ſtodire fuerint reperti/Dicit ergo (Subſtā/
tia monaſterii i ferramentis vel veſtibus ſeu
quibuſlibet rebus)ſcꝫ mobilibus vtputa vtē
ſilibus inſtrumentis ad vſū cuiuſcūqꝫ vtilita
tis domus deputatis(prouideat abbas fra/
tres de quorū vita et morib9 ſecurus ſit/ꝛ eis
ſingula vt vtile iudicauerit cōſignet cuſtodi/
enda atqꝫ recolligēda/Ex quibus abbas bre
uem teneat)id eſt notulā.i.memoriale/ſcri/
pturam teneat (vt dum ſibi in ipſa aſſigna/
ta fratres viciſſim)id eſt per vices(ſuccedūt)
id eſt intrant/Fratres enim per vices debent
agere obedientiam vt oīa poſſint agere ſine
murmure(ſciat quid dat et quid recipit)Se
quitur ſecunda pars capituli vbi ponitur pe
na negligentiū cuſtodū(Si quis autē ſordi/
de aut negligenter res monaſterii tractaue/
rit corripiatur:ſi non emendauerit diſcipline
regulari ſubiaceat)Diſciplina autē regula/
ris vocari videtur in hoc loco/deductio ꝑ gra
dus ſicut dictū eſt in capitulo xxviii.regule.
Eſt autē circa hanc partē notandum ꝙ ex
hac ſancti patris inſtitutōne colligitur argu
mentum manifeſtū/ꝙ res cōmunes monaſte
rii/ſiue ad veſtitum ſiue ad victū ſiue ad alia
quecūqꝫ pertinentes/ſunt cū magna diligen
tia conſeruāde q̄ꝫtūcūqꝫ ſint modice/Unde i
libro collationū ſanctorū patruꝫ legitur/ꝙ cū
quidā frater in ſua hebdomada lauaret legu
mina/et tria grana lenticule cecidiſſēt in ter
ra per eius negligentiā colapſa de manibus
eius/quidā alius tranſiens et videns hoc de
nunciauit abbati/et iudicatus quaſi ſacri pe/
culii neglector ſuſpenſus eſt ab oratione/nec
aliter remiſſus eſt niſi eū prius publica peni/
tentia diluiſſet/Hinc eſt etiā ꝙ io.vi.dicit do
minus/Colligite fragmēta ne pereant/Por
ro multiplex eſt ratio quare a religioſis ſunt
huiuſmodi licet modica diligenter ſeruanda
Primo quia ſunt pauperes et reparare nō
poſſunt perdita ſine grauamine alioꝝ/Si ei
diuites huiuſmodi/male cuſtodiunt res ſuas/
non oportet alios grauare/alia ab eis querē
do cum adhuc abundent/Pauperes vero re
ligioſos his perditis oportet querere ab aliiſ/
ꝛ q̄ꝫto plus querunt plus eos grauant/Pau
lus ne grauaret ſubditos qui ei tenebant᷑/ad
ſtipēdia laborabat manib9 ſuis.ſicut dicit᷑ pri
me theſſalo.ii. quanto magis talia elabora/
ta ab aliis debent diligenter cuſtodiri ne ite/
rum grauent eos.Secundo quia talia ſūt
pauperuꝫ/Apud ſeculares enī vt frequenter
veſtes veteres et reſidua aliorū bonorum ma
le expenduntur/Apud religioſos vero expen
duntur in pauperes/Unde beat9 Benedict9

in capitulo lv.regule dicit/Accipientes noua
veſtimēta vetera ſemper reddant in preſenti/
reponēda in veſtiario propter pauperes/Si
ergo ſecundū verbū apoſtoli operādū eſt ma
nibus ꝓpriis/vt habeat vnde tribuat neceſſi/
tatē quis patientibus/ad ephe.iiii:q̄to ma/
gis talia bona monaſterii ſunt ſeruanda dili
genter que ſunt futura pauperū. Tertio
q2 frequēter q̄ habēt iſti religioſi ſūt de neceſ
ſitatib⁹ pauperū/q̄ ſibi ſubtrahendo largiunt̄
eiſdē/Cū qua ergo cōſciētia poſſūt hec negli
genter cuſtodiri a ſeruis dei/q̄ ꝓpt̄ eos paupe
res vite ſue ſubſtraxerūt/Q̄rto q2 q̄ dant̄ re
ligioſis paupib⁹/dant̄ ꝓ pctis et ſūt p̄ciū aīa/
rum/Curandū ergo diligent̄ eſt de p̄cio aīaꝝ
q̄liter tractet̄/vt cuſtodiat̄ diligent̄/ne inutilit̄
pereat apud eos/Quito ſicut pſone religi/
oſe ſūt dn̄o cōſecrate/ita et bona q̄ eis dantur
dn̄o cōſecrant̄/res aūt ſacre ſolēt diligēti⁹ cu/
ſtodiri. Et ideo dr̄ in li.collationū de ſctis pa
trib⁹/Oia q̄ ſua ſūt credūt dn̄o cōſecrata/ꝓpt̄
q̄d oia talia reuerent̄ ꝛ diligēter ſūt cuſtodiē
da. Vn̄ beat⁹ Bn̄dict⁹ dicit ſupra in ca.xxxi.
ꝙ cellarari⁹ oia vaſa monaſterii cūctāq̄z ſub
ſtantiā ac ſi altaris vaſa ſacra ꝯſpiciat/Sex
to q2 de⁹ reqrit rationē diſtrictā a ſuis mini/
ſtris de reb⁹ cuſtodie et diſpenſationi eorū cre
ditis/et adeo/q̄d ponit in carceres ſuos donec
reddāt nouiſſimū minutū:ſicut habet̄ lu.xii.
Cū ergo religioſi ſint nō dn̄i ſz miniſtri bono
rū ei⁹/cū q̄ta ſollicitudine debēt illa cuſtodi/
re de qb⁹ exiget̄ ratio tā diſtricta/Hac ratiōe
vtit̄ beat⁹ Bn̄dict⁹ i ca.xxxi.r̄le cū ait/Sciat
ſcꝫ cellarari⁹ ꝙ de his oib⁹ in die iudicii rōnē
redditur⁹ eſt/Merito ergo ſctūs pr̄ inſtituit
vt res monaſterii diligenter cuſtodiant̄ ne pe
reant/vel inutiliter cōſumant̄/aut ex aliqua
negligentia deteriorentur/vel in aliquo ledā
tur aut deturpentur.

Capitulum xciii.et eſt xxxiii.regule:ſi debe
ant monachi propriū habere:in quo habetur
ꝙ deteſtabile ſit viciū proprietatis.

PRecipue hoc viciū radicit⁹
amputet̄ de monaſterio/
ne quis preſumat aliq̄d dare aut
accipere ſine iuſſione abbatis/ne
q̄z habere aliq̄d ꝓpriū:nullā omi
no rē/neq̄z codicē/neq̄z tabulas:
neq̄z grafiū:ſz nichil oīno/Quip
pe q̄b⁹ nec corpa ſua:nec volūta/
tes licet habere in ꝓpria poteſta
te/Oia v̄o neceſſaria a patre mo
naſterii ſperare:nec quicq̄ liceat
habere q̄d abbas nō dederit aut
ꝑmiſerit/Oiaq̄z ſint oīb⁹ cōmu
nia:vt ſcriptū eſt/nec q̄ſq̄ ſuum
aliq̄d eſſe dicat vel p̄ſumat/Q̄d
ſi quiſq̄ huic neq̄ſſimo vicio dep̄
henſ⁹ fuerit delectari/āmoneat̄
ſemel et iterum/ſi non emenda/
uerit:correptioni ſubiaceat.

QUia in ſupiori caplo ſctūs pr̄ inſtitue/
rat de reb⁹ monaſterii diligent̄ cuſtodi
endis ꝛ bn̄ tractādis/ne aliqs auferre aut da
re ſeu alienare qcq̄ tēptaret/ſubiūgit ꝙ nul/
lus monachorū audeat habere ꝓpriū/ſed oia
ſint cōmunia dicēs ſic (Precipue hoc viciū ra
dicit⁹ āputandū eſt de monaſterio/ne qs p̄ſu/
mat aliq̄d dare aut accipere ſine iuſſione ab/
batis/Nec aliq̄d habere ꝓpriū:nullā oīno rē
nec codicē nec tabulas nec grafiū:ſz nichil oī
no) In quo caplo duo ponit. Prio de āpu
tatiōe vicii ꝓprietatis. Scdo de pena ꝓprie
tarii. Circa primū dicit ꝓprietatis viciū āpu
tandū eſſe totalit̄ ꝛ hoc triplicit̄/videlꝫ in cor
de interi⁹ nichil oīno ꝯcupiſcēdo. Scdo ope
exteri⁹ nichil oīno tanq̄ ꝓpriū poſſidendo.
Tertio in ore nichil ꝓpriū noiando aut di
cendo/primū deſignauit cū dicit radicit⁹ āpu
tādū eſſe de corde/ita vt monach⁹ nec intētōe.
nec volūtate/aut affectu aliq̄d trenū ꝓprium
poſſideat/Nichil ei ꝓderit pecunias nō habe
re/ſi volūtas i nobis fuerit poſſidēdi/Preterea
neceſſe ē radicit⁹ ꝓprietatis viciū āputādū de
corde diſcipl'i/alias nec pauptas ſpūſ/nec hui
litas q̄ fūdamētū videt̄ ceteraꝝ v̄tutū i illius
aīo locū hitura eſt/Vn̄ caſſian⁹ li.x.īſtitutio
nū/Nō pōt hūilitatiſ aut obediētie apphēdē
v̄tutē/ſi i ꝯſciētia ei⁹ pecunie q̄tūcūq̄z latue/
rit/De ſcdo dicit/Nec aliq̄d hr̄e ꝓpriū nullā
oīno rē nec codicē nec tabulas nec grafiū:ſz
nichil oīno/q2 potat eſſe dubiū an de mīmis
etiā h° accipiēdū eēt ꝙ null⁹ hr̄e deberet qcq̄
ꝓpriū/aptiſſie etiā mīma exprimēdo locut⁹ ē

Hec fuit etiā puritas antiquoꝝ monachoꝝ
de quibus Caſſianus libro quarto inſtitutio
nū ita dicit. Illam ſane virtutē. inter ceteras
inſtitutōnes eoꝝ velle cōmemorare ſuperflu
um non puto; ꝙ ſcȝ nulli ciſtellā nulli peculi
arem ſportā liceat poſſidere. nec tale aliquid
qđ velut propriū retinēs ſuo debeat cōmuni-
re ſignaculo. Preterea hoc eſt diſtrictiſſimuȝ
ſtatutū papale extra de ſtatu monachoꝝ in
capitulo. Cū ad monaſteriū: vbi ita dicit ino
centius. Prohibem9 quoqȝ diſtricte ī virtute
obedientie ſub obteſtatione diuini iudicii ne
quis monachoꝝ propriū aliquo modo poſſi
deat. Sequitur (Quippe quibus nec corpo-
ra ſua nec voluntates licet habere in propria
poteſtate) Hic aſſignatur quadāmodo ratō
amputationis proprietatis rerū extrinſecaꝝ
quia ſi corpora et volūtates in propria nō li-
cet habere poteſtate cū monach9 iam ſit mū-
do mortuus: multo min9 debet habere quicꝙ̄
proprii rerū exterioꝝ. Et hoc eſt quod beat9
gregorius arguit in ſermone de cōmuni vita
clericoꝝ vt habetur in capitulo. Nō dicatis
xii. q. i. ita dicens. Cum huiuſmodi noſtre cō
gregationis fratres non ſolū facultatibus ſȝ
etiā voluntatibus propriis in ipſa ordinis ſu
ſceptione renunciauerunt et ſic per promiſſā
obedientiā penitus alioꝝ poteſtati et impe-
riis in xp̄o et pro xp̄o ſubdidere. certuȝ eſt eos
nichil habere poſſidere. vel accipere ſine ſupe
rioris licentia debere. Verū quia poſſet que
ri. vnde ergo monachus ſperare debet vite ne
ceſſaria ſubdit ſanctus pater (Omia vero ne
ceſſaria a patre monaſterii ſperare) ſcȝ debet
(Nec quicꝙ̄ liceat habere quod abbas non
dederit aut permiſerit) Dederit aūt dicit re-
ſpectu eoꝝ que prelatus per ſeipſū dederit
aut permiſerit reſpectu eoꝝ que monacho ab
aliquo alio conceduntur ſiue donantur; ſiue
a parētibus amicis. ſiue benefactoribus que
abbas ſcienter tamē et expreſſe permittit mo
nachū retinere. non tamen tanꝙ̄ propriū ſed
pro aliquibus neceſſitatibus deputatū. Seq
tur (Omiaqȝ omibus ſint cōmunia) Unde
nullus debet habere tanꝙ̄ propriū. equū aut
agrū. librū. veſtē. domū. aut quicꝙ̄ huiuſmodi
huius mundi: ſed omia omibus debēt eſſe cō
munia. ſicut ſcriptū eſt in actibus apoſtoloꝝ
vnde ſumpta eſt regula ꝛ conuerſatio cenobi
tarū: ibi eni capitulo quarto dr̄. Et erāt illis
omia cōmunia. Nec eſt differentia inter fra-
tres carnales ꝛ ſpūales in religione. quia illi
diuidunt quod cōmune eſt ſecundū qđ dictuȝ
eſt dn̄o a quodā. luce xii. Dic fratri meo vt di
uidat mecuȝ poſſeſſionē; Iſti vero quod diui-
ſum eſt in cōmune ponūt iuxta morē primiti
ue eccleſie. Actuū iiii. dicitur. ꝙ precia eoꝝ q̄
vendebantur ponebant ante pedes apoſtolo
rum. Ubi notandū ꝙ ſtatus viuendi in cō
munitate eſt laudatiſſimus et cōmendatiſſi-
mus. quod patet qꝛ in ſtatu nature ante pec-
catū erant oīa cōmunia. Un̄ yſidorus. Ius
naturale eſt cōmunis oīȝ poſſeſſio; vt habet̄
di. pria in decreto. et gloſat̄ in ſtatu ante pec-
catū. Itē in primordiis ſtatus gr̄e. Actuū iiii.
Erant illis oīa cōmunia. ꝛ videt̄ hoc duraſſe
vſqȝ ad tempora conſtantini; vt habet̄ xii. q. i
Futura. Itē in ſtatu glorie erūt oīa cōmunia
Beda ſup predicto verbo actuū quarto dicit
Qui ita viuūt vt ſint oīa cōmunia in domo
cenobite vocantur. que vita tanto felicior eſt
ꝙ̄to ſtatū futurū imitatur in quo erūt omnia
cōmunia. Cum ergo non ſit recipere meliorē
ſtatum nature ꝙ̄ ſtatū ante peccatū. nec gra-
tie meliorē ꝙ̄ primitiuū. nec glorie ꝙ̄ futurū:
ꝙ̄ felix eſt ille ſtatus qui tales ſtatus nature
gratie et glorie imitatur. rationabiliter ergo
ſāctus pater hortatur vt omia ſint inter mo-
nachos cōmunia. Sequitur (Nec quiſꝙ̄ ali-
quid ſuum dicat vel preſumat) ſupple credere
aut dicere meū. Hic ſanctus pater ponit ter
tiam amputationem proprietatis. ſcȝ ab ore
monachi; dicens vt nullus monachus dicere
preſumat aliquid ſuum. Non eni eſt mona-
chorum dicere hoc eſt meum vel meus. ſcilicȝ
equus aut liber. aut veſtis aut grafiū. aut ac9
aut quicꝙ̄ aliud; ſed noſtrum vt oſtendat ni-
chil penitus ſuper terram proprium poſſide-
re. Unde caſſianus libro ſupra notato dicit
de antiquis monachis. Hanc regulam vide
bam9 diſtrictiſſime hucuſqȝ obſeruari vt nec
verbo quidam audeat quis dicere aliquid ſu-
um. Magnūqȝ ſit crimen ex ore monachi ꝓ
ceſſiſſe codicem meum. tabulas meas. grafi-
um meum. tunicam meam. caligas meas.
Proqȝ hoc digna penitentia ſatiſfacturus ſi
aliquo caſu per ſurreptionem vel ignoranti-
am huiuſmodi verbum de ore eius effugerit.
Et Auguſtinus in regula. Non dicatis ali-
quid propriuȝ; ſed ſint vobis omia cōmunia.

¶ Sed circa hoc queri poteſt vtrum mortaliter peccat monachus. quicunqꝫ dicit meus liber/ mea veſtis/ et ſimilia. Dicendū eſt ꝙ ſi dicit ex lapſu lingue non peccat mortaliter/ ſi autē ex propoſito et aīo aſſeueratiuo/ quod eſt proprie dicere: mortaliter peccat. ¶ Sequitur ſecunda pars principalis capituli/ in qua agit̄ de pena et correctiōe proprietarii (ꝙ ſi quiſꝙ̄ huic nequiſſimo vicio deprehenſus fuerit delectari/ admoneatur ſemel et iterum. Si non emendauerit correctioni ſubiaceat) ſcꝫ regulari diſcipline deducendo eū per gradus vſqꝫ ad expulſionē de monaſterio. Attendendum eſt hic ꝙ grāde periculū ſit monacho aliquid habere propriū/ qꝛ beatus Benedictꝰ hoc vicium nō ſimpliciter viciū. ſed nequiſſimū appellat. i. peſſimū/ ⁊ in hoc cognoſcitur ꝙ nequiſſimus eſt manachus qui habet vel habere ꝓpriū deſiderat. Circa hoc proprietatis vicium pro pleniori diſcipuli informatiōe plura veniunt notanda. Primo de deteſtabilitate vicii proprietatis. Secūdo de malis que exoriuntur ex illo. Tertio de illis que occaſionē prebēt proprietatis in monaſterio et de remediis. Quarto de perſecutione et impugnatōe huiuſmodi vicii. Quinto de aliquibus dubitabilibus circa illud.

## ¶ Capitulum xciiii. ꝙ deteſtabile ſit vicium proprietatis.

tura mulierũ erga infirmos/imo ſunt q̃ curã
maioꝛẽ ſolẽt habere de infirmis/Unde eccle
ſiaſtici xxxvi/Ubi non eſt mulier ingemiſcit
eger/vel egens ſecundũ aliã litteram./Maxi
me autẽ matris eſt erga filiũ infirmũ magis
moueri mĩa/Unde eccleſiaſtici iiii.dicit. Mi
ſerebitur tui magis ꝗ̃ mater/per quod innui
tur maioꝛ affectio pietatis matris ad filium

¶Attendant qui habent officiũ.paſtoꝛis.medi
ci ⁊ matris/ꝙ ſi paſtoꝛ magis curare debet de
oue infirma ꝗ̃ de ſana/et medicus magis de
infirmis ꝗ̃ ſanis/et mater de infirmis filiis
ſpecialiter/ita et ipſi curam maximaʒ debent
habere de infirmis.et implere ſollicite mãda
tuʒ ſanctũ quod hic traditur de cura infirmo
rum. ¶Secundũ documentũ quod ſanctus
pater ponit reſpicit ipſos infirmos/⁊ eſt ꝙ ſu
perfluitate aliqua/aut ĩpatientia non contri
ſtent ſeruitoꝛes ſuos dicens ſic(Sed et ipſi in
firmi conſiderent in honoꝛem dei ſibi ſeruiri
et non ſuperfluitate ſua contriſtẽt fratres ſu
os ſeruientes ſibi) Debent enĩ infirmi com-
peſcere et refrenare ſe ꝗ̃tũ cõmode valent/ne
fratres qui illis pꝛo amoꝛe dei volunt ſeruire
contriſtẽt.aliquibus inquietudinibus.aut ſu
perfluoꝛũ petitionibus/aut impatientia ali-
qua/aut incompoſitis moribus pꝛouocẽt ad
iram/ad quod optime facit hec conſideratio
quam ſanctus pater iubet illos habere vide-
licet ꝙ conſiderent in honoꝛẽ dei ſibi ſeruiri.
Sequitur (Qui tamen patienter poꝛtandi
ſunt) Quia autẽ ſepe contingit vt ipſi infir-
mi egritudine grauati.aut alienati mente.in
quieti graues.furibundi ⁊ moleſtiſſimi ad fe
rendũ fiant:ſubdit piiſſimus pater piiſſimaʒ
doctrinã.ꝙ nichilominus tales patienter ſũt
tolerandi et ſufferendi. Et ſubiungit cauſaʒ
(quia de talibus copioſioꝛ merces acquirit)
ſcʒ pꝛo patientia/pꝛo laboꝛe maioꝛi/pꝛo am-
plioꝛi caritate et pietate talibus pꝛeſtita ⁊ ex
hibita/Ex iam dictis concludit principalem
concluſionẽ huius capituli (Ergo cura ma-
xima ſit abbati ne aliquã negligentiã patiã-
tur) ſcʒ infirmi. Hoc aũt accipiendũ eſt tã de
neceſſitatibus coꝛpoꝛalibus ꝗ̃ de pertinenti-
bus ad aĩe conſolationẽ. ¶Sequitur tertiuʒ
documentũ in quo de manſione infirmanti-
um(quibus fratribus infirmis ſit cella deſu-
per deputata) id eſt ab aliis officinis mõaſte
rii ſeparata/quod non eſt ita accipiendum vt
multis infirmis ſufficiat vna cella/imo debẽt
eſſe diſtincte et plures/et hoc pꝛopter varias
⁊ multiplices infirmitates quibus fratres la
boꝛare poſſunt/ne ad inuicem ſe moleſtarent
¶Pꝛeterea cũ contingere poteſt ꝙ vnus habet
vomitum/alius fluxũ/alius laboꝛat in extre
mis ⁊ iuxta iſtos eſſe aliꝰ quem opoꝛteret cõ-
medere/et alius quẽ expediret doꝛmire/inde

ſcretum pꝛoculdubio eſſet om̄es iſtos in vna
cella locare/ Merito ergo diuerſe manſiones
habende ſunt pꝛo infirmis/ Que infirmoꝛuz
domus oratoꝛiuz pꝛope debet habere/ in quo
infirmi valeant miſſam audire et cõmunio=
nem recipere quando expedierit. ¶ Sequitur
quartū documentū in quo agitur de ſeruito=
re infirmantiū ( Et ſeruitoꝛ timens deū/ et di
ligens/ ac ſollicitus) ſcz conſtituatur infirmã
tium ¶ Ubi tres optimas conditiones ſeruito
ris ponit. Prima eſt timoꝛ dn̄i ſcz filialis/ in
quo deſignatur ꝙ ſeruitoꝛ debet eſſe humilis
et patiens/ ſecundū illud eccleſiaſtici ii. Qui
timent dn̄m patientiã habebunt/ vt dicat cū
pꝛopheta in p̄s. Paratus ſum et non ſū tur=
batus. Secunda eſt diligentia. Diligẽs ei
ſeruitoꝛ debet eſſe non piger aut remiſſus/ ſe
cundū illud prouer. xxii. Uidiſti hominẽ velo
cem in opere ſuo/ coꝛã regibus ſtabit. Ter
tia eſt ſollicitudo/ debet ei ſeruitoꝛ eſſe pꝛoui=
dus et ſollicitus ad pꝛouidendū et ſubuenien
dum infirmis de neceſſariis/ ſecundū illoꝛuz
exigentiam. de qua luce x. Martha martha
ſollicita es/ Et ad colo. ii dicit apoſtolus/ Uo
lo vos ſcire qualẽ ſollicitudinẽ habeã pꝛo vo
bis. ¶ Sequitur quintū documentuz in quo
de balneoꝛū vſu agitur ( Balneorum vſus in
firmis quotiens expedit offeratur) licet reli=
gioſi quidam nūꝙ vtantur balneis pꝛo qua=
cūqz neceſſitate/ tum quia reputant hoc femi
neum/ tū quia reputant illud nimis verecun
dum pꝛopter coꝛpoꝛis nuditatẽ/ Et hierony.
de illuſtribus viris in laudẽ magnam beati
iacobi epiſcopi ieroſolimitani: dicat/ ꝙ nunꝙ
balneis fuerit vſus. Nichilominꝰ beatus bn̄
dictus pater humaniſſimus non pꝛohibet ſz
cõcedit ſicut et beatus Auguſtinus qui ait in
regula. Lauacrū etiã coꝛpoꝛi cū infirmitatis
neceſſitas cogit minime denegetur/ Hac tn̄
conceſſione balneoꝛū cū multo tempamento
fratres vti debent/ Debent ei tunc eſſe para
ti et vaſa neceſſaria ita diſpoſita/ vt ſeparati
balneantur et cū tali cautela/ vt per om̄ia nu
ditas ſe balneantiū videri nõ poſſit/ Sequit̄
( Sanis aūt et maxīe iuuenibꝰ tardius cõce=
datur) quaſi diceret. Si contingat quãdoqz
vt pꝛopter terre caloꝛẽ aut immundiciam ali
quam abſtergendã concedi ſanis balneū/ con
cedatur hoc tardius/ et maxime iuuenibus q
bus tardiſſime concedendum eſt. ¶ Sequitur
documentū ſiue mandatuz: in quo agitur de
eſu carniū ( Sed et carniū eſus infirmis om̄i
no debilibuſqz pro reparatione concedatur)
Duo genera homīz ponit/ quibus eſū carni=
um ſanctus pater concedit ſcz infirmoꝛum/ et
debiliuz/ infirmis pro reparatione ſanitatis
/ debilibꝰ pꝛo reparatione valitudinis ( At vbi
millioꝛati fuerint a carnibus more ſolito oẽs
abſtineant) Eſt autẽ conſuetudo monachis
a carnibus abſtinere/ De qua abſtinentia in
fra in capitulo xxxix. dicendū erit. ¶ Sequitur
( Curam aūt maximã habeat abbas ne a cel
larariis aut quibuſcūqz aliis officialibus ſeu
a ſeruitoꝛibus negligantur infirmi/ quia ad
ipſū reſpicit/ quicquid a diſcipulis delinquit̄ )
Cum autẽ abbas pꝛincipalis rectoꝛ ⁊ paſtoꝛ
ſit monaſterii/ non modo attinet ad eius offi
cium habere curam infirmoꝛū/ mandando of
ficialibus pꝛouideri ac miniſtrari infirmis/ ſz
etiã ſollicitando officiales vt nichil negligãt
circa infirmos/ Alias p̄lato imputabitur q=
quid ab illis officialibus ⁊ ſeruitoꝛibus circa
infirmos neglectum fuerit.

¶ Capitulum ciiii. et eſt xxxvii. regule de ſe
nibus et infantibus.

**Licet ipſa natura humana
trahatur ad miſericoꝛdiã i
hiis etatibus ſenū videlicet et in
fantum: tamen et regule aucto=
ritas eis pꝛoſpiciat/ Conſidere=
tur ſemper in eis imbecillitas/ et
nullatenus eis diſtrictio regule
teneat̄ in alimentis/ ſed ſit in eis
pia conſideratio: et pꝛeueniant
horas canonicas.**

Licet ipſa natura ⁊c. Poſtꝙ ſuperius ſã
ctus pater egit de cura impendenda i=
firmis: Nunc decẽti oꝛdine ſubiungit
de cura ſenibus et infantibus exhibenda di=
cens ( Licet ipſa humana natura trahat̄ ad
m̄iam in his etatibus ſenū videlicet et infan
tum tamen et regule auctoꝛitas ipſis pꝛoſpi
ciat) Senſus eſt. Licet naturaliter homines

inclinentur et flectantur ad compatiendū et miſerendū ſcilȝ ſenibus et infantibus/ Inhumani enī cordis videtur qui illis non miſeretur/ nichilominus quia non oñes ſunt vt deberent miſericordes/ vt auctoritas regule eis propicia ſit ſiue clemēter ſubueniat/ talē ego de eis legem conſtituo/ vt quos plene nō mouet pietas naturał moueat auctoritas legis/ Sequitur lex (Conſideretur in eis ſemper imbecillitas) id eſt attendatur in eis teneritudo in infantibus/ et puſillanimitas in ſenib9 et decrepitis (et nullatenus eis diſtrictio) id eſt rigor (regule teneatur in alimētis) et hoc ſiue in qualitate ſiue in quātitate ciboꝝ/ videlicet vt nō ſic agatur diſtricte cum ſenibus et infantibus quomodo regula iubet de fortioribus (ſed ſit in eis pia cōſideratio) vt ſuſtententur conſeruentur et nutriantur (& preueniant horas canonicas) id eſt regulares/ quibus alii ſecundū regule ſtatuta comedunt ne ieiunio afflicti deficiant/ Quod aūt infirmiores aliter tractandi ſunt in victu rationabiliſſimū eſt/ Domin9 enī aliter tractauit in victu humanā naturā in ſtatu infirmitatis/ aliter in ſtatu firmitatis/ In primo enī ſtatu cōceſſit ei in victum fructus arboꝝ tantū/ In ſecundo vero conceſſit ei panē et herbas et carnē poſt diluuiū vt patet geñ.ii.et ix/ Item natura ipſa hoc nos docet que membro tenerrimo delicatiora alimēta miniſtrat/ Preterea ars medicine hoc precipit et ipſa ordinata eſt a deo/ ergo qui huic reſiſtit dei ordinationi reſiſtit/ Iteȝ nōne apoſtolus precepit timotheo vt vteretur vino propter ſtomachi frequētes infirmitates/ Item oĩs homo imprudētiſſimus dicendus eſſet/ qui non maiorem curā haberet de membro infirmo et debili ꝙ de ſano/ Item paterfamilias partē domus debiliorem et magis ruinoſā magis curat reficiendo illā/ Merito ergo ſactus pater ſenibus et infantibus vtpote debilioribus partib9 et imbecillioribus membris corporis congregationis precepit compatiendū ac miſerendum eſſe modis quibus ſupra.

Capitulū cv.et eſt xxxviii.regule: de hebdomadario lectore. vbi rationes ponuntur quare in menſa religioſoꝝ ſemper lectio ſacre ſcripture habēda ſit: et de quattuor in quibus diſciplina menſe conſiſtit.

(m) Menſis fratruȝ edentium lectio deeſſe non debet. Nec fortuito caſu qui arripuerit codicem/ legere audeat ibi/ ſed lecturus tota hebdomada dominica ingrediatur. Qui ingrediens poſt miſſas et communionem petat ab omibus pro ſe orari: vt auertat ab ipſo deus ſpiritū elatiōis/ Et dicatur hic verſus in oratorio tertio ab omnib9/ ipſo tamen incipiente. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Et ſic accepta benedictione ingrediatur ad legendum. Summum qȝ ſilentium fiat ad mēſam: vt nullius muſſitatio vel vox niſi ſolius legētis ibi audiatur/ Que vero neceſſaria ſunt comedentibus et bibentibus/ ſic ſibi inuicē miniſtrent fratres: vt null9 indigeat petere aliquid/ Si quid tamen opus fuerit ſonitu cuiuſcūqȝ ſigni potius petatur ꝙ voce./ Nec preſumat ibi aliquis de ipſa lectōe/ aut aliunde quicꝙ referre ne det occaſio maligno/ niſi forte prior p edificatiōe voluerit aliquid breuiter dicere. Frater autem hebdomadari9 accipiat mixtum priuſꝙ incipiat legere: propter communionem ſanctam: & ne forte graue ſit ei ieiunium ſu

**ſtinere. Poſtea autem cum co-
quine hebdomadariis et ſeruito-
ribus reficiat. Fratres autez nō
per ordinem legant: ſed qui edifi-
cent audientes.**

Quia ſanctus pater mentionem fece-
rat de ſeruitoribus adminiſtrantibꝫ
refectionem corporalem: Nunc ſub-
dit de ſeruitore et miniſtro refectionis men-
talis, cuiuſmodi eſt lector mēſe, qui habet per
lectionem ſacrarum litterarum preſtare pa-
bulum animabus. Circa quem lectorem plu-
res aſſignat rationes et doctrinas. Prima ē
ꝙ in menſis religioſoruz lectio ſemper habe-
atur ſic dicens (Menſis fratrum edentium
lectio deeſſe non debet) Conſuetudo autem
hec religioſiſſima ꝙ reficiētibus fratribus ſa-
cre lectōnes legantur vt dicit caſſianus libro
quarto inſtitutionum: non de egypciorum ſz
capadocium typo, id eſt more proceſſit. Fuit
preterea in concilio toletano ſtatutū ꝙ in cō-
uiuio ſacerdotali ſemper haberetur lectio de
ſcripturis diuinis vt patet in capitulo. Pro
reuerentia dei. di. xliiii. Ubi notandum ꝙ
multiplex poteſt aſſignari ratio huius ſtatu-
ti. Prima vt in menſa non ſolum exterior
homo ſed etiaz interior paſceretur verbo dei,
quod contra dicitur Job de iniquo. Pauit ſte-
rilem que non parit ſcilz carnē, et vidue non
benefecit ſcz aīe: que in preſenti ſolatio viri. i.
xp̄i caret. Hanc rationem predictam tangit
Auguſtinus in regula dicens. Cum acceditiſ
ad menſam donec inde ſurgatis quod vobis
ſecunduz conſuetudinē legitur ſine tumultu
et contentione audite, ne ſole vobis fauces ſu-
mant cibū, ſed et aures eſuriant verbum dei.
Saluator diabolo temptanti de peccato gu-
le ait. Non in ſolo pane viuit homo ſed in oī
v̄bo qđ p̄cedit de ore dei: inſinuās cibum cor-
poralem deſpiciendum eſſe propter ſpiritua-
lem. Unde contemnentes cibuz ſpiritualem:
et appetentes corporalem reprehendit Ber-
nardus in his verbis. Nobis conuenientibꝫ
in vnum: vt verbis apoſtoli vtar: iam nō eſt
dominicam cenam mādVcare. Panem quip-
pe celeſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui
tribuat, nichil de ſcripturis, nichil de ſalute
agitur animarum: ſed nuge ⁊ riſus proferun-
tur in ventum. Secunda eſt vt aīa inten-
ta diuine lectioni refrenaretur ab auiditate
et a delectatōe ciborum, et ita per hoc magis
ac magis caueat peccata, q̄ ex huiuſmodi de-
lectationibus naſci ſolent. Unde in libro de
vita ſolitaria. Cum manducas nequaꝙ to-
tus manduces, ſed corpore tuo ſuam refectio-
nem procurante, mens nō oīno ſuam negli-
gat: ſz de memoria ſuauitatis domini vel ſcri-
pturarum aliquid quod eam paſcat meditā-
do vel memorando, ſaltem ſecum ruminet et
digerat. Tertia eſt vt per hoc vitentur no-
ciua verba que ſolēt in conuiuiis oriri, propt̄
que diues epulo legitur apud inferos in lin-
gua punitus: et eſt hoc in cōuiuiis valde lau-
dabile. Hieronymus ad natalem epiſcopuz.
Conuiuia tunc ex caritate peraciter prodeūt,
cuz in eis abſentiū nulla vita mordetur: nul-
lus ex illuſione reprehenditur: nec in eis ne-
gociorū ſeculariū inanes fabule audiuntur.
Hanc etiā rationem tangit Caſſianus loco
ſupra noīato ſic dicens. Reficientibus fratri-
bus ſacre lectiones in cenobiis recitantur, nō
tam ſpiritualis exercitationis cauſa ꝙ com-
peſcende ſuperflue fabulationis gratia, maxi-
me contentionis: que plerūqz ſolent in con-
uiuiis generari. Et in capitulo ſupra allega-
to concilii toletani eadem cauſa aſſignatur.
Hec autē conſtitutio de lectione in menſa
habēda, nō modo in refectorio veſcentibꝫ fra-
tribus ſeruāda eſt: ſed etiā in infirmitorio ac
in locis aliis vbi ſūt infirmi aut debiles adhi-
bēda eſt vbi cōmode ſeruari poterit ꝑpt̄ cau-
ſas q̄ dicte ſūt. Uerū in cōuētu cū maiori ſolē-
nitate: quia altiꝰ legit̄ et continuate magis.
Scđa doctrina ſcti patris eſt vt nullꝰ lectu-
rus accedat ad menſam niſi prius prouiderit
que legenda ſunt ſic dicens (Nec fortuito ca-
ſu qui arripuerit codicem legere audeat ibi)
ne male legens aut male pronuncians, aut
in pauſis ⁊ in accentu deficiens, nō modo au-
dientes non edificet: ſed conturbet aut in ri-
ſum prouocet et incitet ad murmurationem
(ſed lecturus tota hebdomada dominica in-
grediatur) ſcilicet ad legendum. prouiſus ſci-
licet bene de eo quod lecturus eſt. Tertia
doctrina eſt ꝙ lector cum auxilio fratrum ſu-
orum ingrediatur hoc officiū dicens ſic (qui

ingrediens poſt miſſas et cōmunionem) ſcʒ fratruʒ que vt arbitramur cōmuniter fiebat poſt miſſā maiorē(petat ab oībus pro ſe ora- ri vt auertat ab ipſo deus ſpirituʒ elationis) Hoc enim ſapientiſſime ſanctus pater ordi- nauit. quia vt ait Auguſtinus in regula. Su perbia etiaʒ bonis operibus inſidiatur vt pe- reant. Et gregorius in moralibus. Quan- talibet ſit iuſtitia operis apud internum iu- dicem nulla eſt ſi hanc eleuat tumor mentis. Et dicatur hic verſus in oratorio tertio ab omnibus: ipſo) ſcilicʒ lectore(tamen incipiē te. Domine labia mea aperies et os meum annūciabit laudem tuam) quaſi dicat tu do- mine aperi et non ego. Nam ſi tu labia mea aperueris ſecure laudem tuam annunciabit os meum. quod tertio dicendū iubet propter reuerentiam ſancte trinitatis. Et quia tam in principio medio ⁊ fine aſſiſtere ſibi diuinā virtutem expoſtulat. Sequitur(Et ſic accep ta benedictione) ſcilicʒ a ſacerdote(ingredia tur ad legendum) Quarta doctrina eſt vt cum ſilentio lectio audiatur in menſa. Inde ſequitur (Sūmumqʒ ſilentium fiat ad men ſam vt nullius muſſitatio vel vox niſi ſoli⁹ le gentis ibi audiatur. Que vero neceſſaria ſūt comedentibus et bibentibus ſic ſibi inuicem miniſtrent fratres vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamē opus fuerit ſonitu cu- iuſcūqʒ ſigni potius petatur ꝙ voce. Nec pre ſumat ibi quis de ipā lectōe aut aliunde qcꝙ referre: ne detur occaſio maligno. niſi forte prior pro edificatione voluerit aliquid breui- ter dicere) De magnitudine ſilentii quod ſā cti patres habebant dicit Caſſianus loco ſu- pradicto. Sic apud egypcios cum vel mari- me tabermenſiotas tantuʒ ſilentium ab omī bus exhibetur. vt cum in vnum tanta nume- roſitas fratrum refectionis intuitu conſede- ret: nullus ne mutire quidem audeat preter eum qui ſue decanie preeſt. qui tantum ſi qd menſe ſuperinferri vel auferri neceſſarium eſ ſe viderit ſonitu poti⁹ ꝙ voce ſignificat. Tan taqʒ veſcentibus eis ſilentii huiuſmodi diſci- plina ſeruatur. vt cucullis vltra oculoruʒ pal pebras dimiſſis ne ſcilicet liber aſpectus ha- beat copiam curioſius euagandi ⁊ nichil am plius intueatur ꝙ mēſam et appoſitos in ea vel quos ex ea capiunt cibos. ita vt ꝗadmo- dum vel ꝗtum reficiat alius nullus inuicem notet. Ubi nota vt dicit Hugo de ſancto victore ꝙ ꝗtum ad quattuor ſeruanda eſt di ſciplina a diſcipulo in menſa. Primo in ta cendo vt linguam ſuam a loquacitate reſtrin gat. Taciturnitas enim inter epulas eſt ne- ceſſaria. quia lingua que omī tempore prona eſt ad peccandum labitur periculoſius cū per crapulam inflammata fuerit ad loquenduʒ Secundo in videndo vt oculos ſuos a cir cumſpectione cohibeat. Cuſtodia enim oculo rum ideo neceſſaria eſt inter epulas. quia nō decet vt varios habeat oculos. et impudēter ea que apud alios aguntur circunluſtrando proſpiciat. ſed vt potius pudice demiſſis lumi nibus ea tantum que ſibi appoſita ſunt attē dat. Tertio in modo ſeſe cōtinendi in men ſa. vt omnia membra ſua cuʒ modeſtia et trā quillitate contineantur. quatinus nec in ha- bitu nec in geſtu indecens aliquid aut inho- neſtuʒ agatur: nichil cum ſtrepitu aut tumul tu fiat. ſed oīa membra cum modeſtia et tran quillitate cōtineantur. non ſicut quidam fa- ciunt qui cum edunt inquieta agitatōne mē brorum animi ſui intemperantiam deſignāt. caput excutiunt. brachia et manus in altum extendunt quaſi totum epuluʒ ſint abſorptu ri. Quarto in cibo. vbi obſeruandum eſt. quid ꝗtuʒ et quomodo ſumat. quid. id eſt nō nimis precioſa exquirat. nec nimis rara et in ſolita. nec nimis laute preparata. ꝗtuʒ ne cō tra honeſtatem nec ſupra neceſſitatē ſumat. quomodo: quia munde et temperate ſumere debet. Temperantiam manducantium in- telligimus: ſi homo tractim et non cū nimia feſtinatione comedat. Quinta doctrina de refectione lectoris ſequitur (Frater autem hebdomadari⁹ accipiat mixtum) id eſt panē cum potu ſicut ſupra dictum eſt de ſeruitori- bus in capitulo viceſimo quinto regule. ꝙ ſu mant ſingulos biberes et panem(priuſꝙ in- cipiat legere propter communionem) ſcilicet ſeruandam beniuolentie ⁊ amoris. quam ſer uare non videtur qui cum murmure ſeruit fratribus ſuis (Et ne forte ſit ei graue ieiuni um ſuſtinere. Poſtea autem cum coquine hebdomadariis et ſeruitoribus reficiat).

· C · 39 · re ·

¶ Sexta doctrina eſt de qualitate eorum qui eligendi ſũt ad legendum / ꝙ videlicet nõ quilibet ſed idoneus in voce / et peritus in arte ſcilicet fuerit / eligendus eſt ad legendum vel cantandum. / Unde ſequitur ( Fratres autem non per ordinem legant aut cantent / ſꝫ qui edificent audientes.

¶ Capitulum cvi. et eſt xxxix. regule: de menſura cibi. vbi monſtratur ꝙ a monachis non ſunt expetendi cibi precioſi · rari · inſoliti · et ſtudioſe parati / et in quantitate exceſſiui.

Sufficere credimus ad refectionem quotidianã tam ſexte ꝙ̃ none omnibus menſibuſ cocta duo pulmentaria pro diuerſorum infirmitatibꝰ / vt forte qui ex vno non potuerit edere ex alio reficiatur. / Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus ſufficiant / Et ſi fuerint inde poma aut naſcentia leguminum / addatur et tertium / Panis libra vna propenſa ſufficiat in die / ſiue vna ſit refectio ſiue prandii et cene / Quod ſi cenaturi ſũt de eadem libra tertia pars a cellarario reſeruetur reddenda cenaturis / Quod ſi labor forte factus fuerit maior / in arbitrio et poteſtate abbatis erit ſi expediat aliquid augere / remota pre oĩbus crapula /

Sufficere credimus et cetera. Conuenientiſſimo ordine ſactus pater Benedictus poſtꝙ̃ comedẽtibus fratribus de cibo prouidit ſpirituali ſcilicet de lectione menſe / ſubiungit de menſura in cibo corporali obſeruanda / dicens ( Sufficere credimus ad refectionem quotidianam tã ſexte ) id eſt in diebus ſolẽnibus in quibus ad ſextã comedebatur ( ꝙ̃ none ) id eſt priuatis diebus in quibus ad nonam reficiebantur fratres ( omnibus menſis ) ſiue vt alia littera habet ( omnibus menſibus ) quod melius videtur id eſt omni tempore anni ( duo pulmẽtaria cocta ) / Pulmẽtaria multis modis dicuntur ſecundum varietatem materiarum ex quibꝰ fiunt / ſed hoc loco pulmẽtarium idem eſt ꝙ pulmentum factum ex piſcibus / aut leguminibꝰ / ſiue de herbis / vel farina / aut caſeo / Pulmentum enĩ vt dicit yſidorus vocatur a pulte. / ſiue enim ſola puls / ſiue quid aliud alicuiꝰ participationis ſumatur pulmentum nõ incongrue dicitur / Dicunt etiam aliqui quod quicquid pani additur vt melius comedatur pulmentũ dicitur / Sequitur et ponitur cauſa quare duo: dicens ( propter diuerſorũ infirmitates vt forte qui ex vno non potuerit edere ex alio reficiatur. / Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus ſufficiant. / Et ſi fuerint inde poma aut naſcentia leguminuꝫ addatur et tertium ) non quidem cocta ſed cruda / ſicut ſunt fructus / aut ſalata apud ytalicos de herbis cum aceto et oleo. / Et vocatur hic pulmentum eo modo / quo omne quod pani addicitur vt melius comedatur ſiue ſit coctum ſiue crudum. ¶ Ubi conſiderandum ꝙ in hac parte capituli ſanctus pater deſignare voluit / qualis debeat eſſe cibus monachorum / quia non precioſus / nec inſolitus / nec ſtudioſe apparatus. / Unde caſſianus libro quinto inſtitutionuꝫ. / Eligendus eſt cibus non tãtum qui concupiſcentie flagrantis eſtus temperet minuſqꝫ ſuccẽdat / verum etiam qui ad operandum ſit facilis / et quem emendũ oportuniorem vilioris precii compendium preſtet / quiqꝫ ſit conuerſationi fratrum vſuiqꝫ communior. ¶ Ubi notandũ primo ꝙ multa mouere debent diſcipulum huius ſchole ad nõ q̃rendũ vel expetẽdũ precioſa cibaria / nec rara /

ſiue inſolita/ aut etiā ſtudioſe preparata/ Ad
non expetendū aūt precioſa cibaria. / Mo⸗
uet primo profeſſio voluntarie paupertatis/
/ Qui parum vult habere/ conſequēs eſt vt pa
rum velit expendere./ Qui preciū non habet/
precioſa munera querere non debet. Seneca
Paup vbi diuites ceperit imitari/ perit./ Se
cundo affectio pietatis/ quā debet habere ad
pauperes dei filios. ⁊ fratres ſuos/ inter quos
multi ſunt qui panem non poſſunt habere./
Qualis eſt hec fraternitas/ ꝙ alii non habēt
neceſſaria. alii habent ſuperflua/ magna per
uerſitas/ ꝙ vilis ſeruus precioſa querat/ cū do
minū ſuū in pauperibus egere ſciat./ Non vi
detur vere eſſe membrū illius corporis/ cuius
xp̄s eſt caput/ qui indigentie membrorū non
compatitur. prie corin. xii./ Siquidē patitur
vnū membrū/ cōpatiuntur om̄ia mēbra. eccle
ſiaſtici xxii./ Fidē poſſide cū amico tuo in pau
pertate illius/ vt in bonis illius leteris. Ber
nardus. Noli putare gratuitū quod impen⸗
dis proximo/ velis nolis debitor es./ Tertio
periculū quod eſt in acquirendo./ Frequenter
enī ſumptus quibus precioſa habētur acqui⸗
runtur vel cuꝫ periculo eius qui eis vtitur/ vel
illi⁹ a quo datur./ Noluit dauid bibere aquā
quam ſibi attulerant tres fortes/ ſed libauit
eam dn̄o dicens./ Propicius ſit michi dn̄s ne
faciā hanc rem./ Num ſanguinē hoīꝫ iſtorū q
profecti ſunt/ et aīarū periculū bibam. ſcd̄i re
gum xxiii./ Melius eſt ſine periculo tantū pa
nem et aquā ſumere/ ꝙ cum periculo precioſa
habere. ſcd̄o macha. v. Judas ſeceſſerat in de
ſertū locū/ ibiqꝫ inter feras cū ſuis vitā in mō
tibus agebat/ et feni cibo veſtentes demora⸗
bantur/ ne participes fierent coinquinatiōis
/ Quarto conditio corporis. Cū enī corpus
vas ſit vbi corrūpitur quod infunditur/ fatuū
videtur eſſe ibi precioſa ponere. Joel. i./ Ullu
late qui bibitis vinuꝫ in dulcedine/ periit enī
ex ore veſtro./ Nō ſic eſt in aliis ſenſibus./ Nō
enī corrūpitur res pulcra cū ſemel viſa fuerit/
nec res odorifera cū ſemel odorē eius aliqs p
ceperit./ Non videtur ꝙ deus voluerit hoīem
querere precioſos cibos/ qui eandē eſcam ſibi
aſſignat cū iumentis. gen̄. i./ Ecce dedi vobis
herbam afferentē ſemē ſuper terrā/ et vniuer
ſa ligna que habent in ſemetipſis ſementem
ſui generis/ vt ſint vobis in eſcā ⁊ cunctis ani
mātibus terre./ Nō cibi precioſi querunt fre
quenter accidit vel ex delectatiōis amore/ vel
ex ambitione/ ⁊ vtrobiqꝫ eſt magna fatuitas
/ Fatuū eī eſt ſumptus magnos facere pro bre
ui delectatione/ ꝙtuꝫ tranſit⁹ cibi per guttur
durat ſolū durante./ Itē valde fatuū ⁊ peruer
ſū eſt paſcere oculos mundi/ de hoc qđ ſubtra⸗
hit in pauperib⁹ famelico ori dei./ Prio non
ſūt q̄rēdi a diſcipulo hui⁹ ſchole cibi rari/ et in
ſoliti./ Tū prio ꝓpt̄ vitandā moleſtiā mini⸗
ſtrantiū./ Tū ſcd̄o ꝓpt̄ difficultatē quando⸗
qꝫ habendi./ Tū tertio q̄ talis appetit⁹ ex q̄
dam ſingularitate vanitatis videt̄ oriri./ Un
legitur de filiis iſrael/ ꝙ in deſerto carnes de
ſiderabant. numeri. xi./ Un̄ hugo de ſancto vi
ctore/ de qbuſdā ſic loquit̄./ Alii noua q̄dā ⁊ in
ſolita ciboruꝫ genera exquirunt/ ita vt ſepe ꝓpt̄
vni⁹ hoīs ventrē p oēs circūpages turba fa⸗
mulorū diſcurrat/ hoc aliquādo p tumorē ela
tionis accidit./ Qui enī appetūt aliis excellē
tiores eſſe in ieiunio ſuo aliqđ ſpāle volūt fa
cere./ Contra quos beat⁹ hierony. ita loquit̄.
/ Sint tibi ieiunia pura/ caſta/ ſimplicia mode
rata/ et nō ſupſtitioſa./ Et qđ ꝓdeſt oleo nō ve
ſci/ ⁊ moleſtias quaſdā difficultateſqꝫ ciborū
q̄rere/ Caricas. piper. nuces/ palmarū fruct⁹
ortorū cultura vexat̄ vt cibario nō veſcamur
pane./ Ceterū diſcipul⁹ hui⁹ ſchole non debet
appetere cibaria ſtudioſe ꝑparata./ Cibos ſtu
dioſe ⁊ lente ꝑparare eſt gladiū hoſtis ſui acu
ere./ De quorūdā aūt ſupſticioſo ſtudio ī ꝑpa
ratione ciborū Hugo de ſancto victore ita lo
quit̄./ Alii ſupſtitioſi nimis in ꝑparādis cibis
ſtudiū adhibēt/ īfinita decoctionū ⁊ frixurarū
⁊ cōdimētorū genera excogitātes/ modo mol⸗
lia mō dura modo frigida/ mō calida/ modo
cocta aqua. modo aſſa/ mō pipere/ mō allio/
modo cumino/ modo ſale cōdita ſecūdū cōſue
tudinē pregnātiū deſiderātes. Et bernardus
/ Quis dicere ſufficiciat vt cetera taceā/ quot
modis oua ſola verſant̄ ⁊ vexant̄/ q̄to ſtudio
euertunt̄. ſubuertūt̄. liquant̄. durāt̄. diminuūt̄
Et nūc quidē frixa/ nūc aſſa/ nūc farſa/ nunc
mixtim/ nunc ſigillatim apponunt̄./ Ut quid
autem hec om̄ia. niſi vt ſoli faſtidio conſula⸗
tur/ ip̄a deniqꝫ qualitas rerum talis decoris
apparere curatur/ vt non min⁹ affectus ꝙ gu
ſtus delectetur/ et cum ſtomachus crebris ru
ctibus repletum ſe iudicet/ nec dum tn̄ curioſi
tas ſaciatur. ſꝫ dū oculi colorib⁹/ ⁊ palatū ſapo
ribus illiciuntur/ infelix ſtomachus cui nec

coloꝛes lucent nec ſapoꝛes demulcent/dū oīa ſuſcipere cogitur/oppreſſ⁹ magis obruitur q̃ reficitur/ Contra quod dicit ſeneca / Palatū tuū fames excitet non ſapoꝛes/ Studioſa ciboꝛuꝫ preparatio frequenter eſt occaſio ꝙ nimis de cibo ſumatur. Bernardus / Tanta quippe accuratione et arte coquoꝛuꝫ cuncta apparantur/ꝙ quattuoꝛ aut quinqꝫ ferculis devoꝛatis pꝛima non impediant nouiſſima; nec ſacietas minuat appetitū / Palatū quippe dum nouellis ſeducitur condimentis/paulatim diſſueſcit cognita/et ad ſucos extraneos veluti adhuc ieiunū auide renouat in deſideria/ Venter quidem dū veſcit oneratur ſed varietas tollit faſtidiū/ qa eniꝫ puras vt eas natura creauit epulas faſtidimus; dum alia aliis multipharie permiſcentur/et ſpꝛetis naturalibus quos deus indidit rebus/quibuſdā adulterniis gula pꝛouocata ſapoꝛibus/tranſitur nimirū meta neceſſitatis/ſed nedū delectatio ſuperatur/ Sequit ( Panis libꝛa vna pꝛopenſa)id eſt moderata(ſufficiat in die ſiue vna ſit refectio ſiue pꝛandii et cene/ꝙ ſi cenaturi ſunt de eadē libꝛa tertia pars a cellarario reſeruetur reddēda cenaturis)/ Pond⁹ autē huius libꝛe panis maius eſſe credim⁹ q̃ ſit pondus libꝛe floꝛētine/que tantū duodecī vncias dicitur continere/quia iſta non ſufficeret duabus refectionibus/ Pꝛeterea iſta diuiſio libꝛe panis honeſtius ac vtilius diuideret in plures panes/vt tertia ps in pane integro poſſit reſeruari fratri pꝛo cena/ Sequit( Qđ ſi laboꝛ factus fuerit maioꝛ)et eſt intelligendū non tantū de labore in agris/ꝛ in operib⁹ manuuꝫ;ſed etiā de laboꝛe in officiis diuinis/ ſicut eſt in diebus ſolennib⁹in quibus ſolēni⁹ dicendo officiū monachi conſueuerūt multo ampli⁹ laboꝛare( Jn arbitrio et poteſtate abbatis erit/ſi expediat aliquid augere ) ſiue ſcꝫ ad panē ſiue ad pitantiā/hoc eſt ad pulmentū/ſed quia hoc faciendū eſt cū moderamine ſequitur( Remota pꝛe omibus crapula)que dicitur cruda epula/hoc eſt crudus cibus/qui ex ſuperfluitate naſcit/ Nā cib⁹ ſtomacho ingeſtus et ad ventriculū ſtomachi q alio noīe a medicis appellat deſcendens iā ab epatis caloꝛe/q q̃ſi ſuppoſit⁹ignis ingeſta in eodē vētriculo decoquere habet/coqui non poterit et ex illa ſuperfluitate que cruda remanſit/crapula.i.cruda epula extitit appellata/que maxime cauenda eſt:

( Capitulum cvii.quomodo maxime cauēdus eſt a diſcipulo huius ſchole exceſſus in q̃titate cibi et potus.

Ut nūq̃ monacho ſurripiat indigeries/quia nichil ſic cōtrariū eſt omī chriſtiano quomodo crapula/ſicut ait dn̄s noſter/ Videte ne grauentur coꝛda veſtra ī crapula et ebrietate/ Pueris vero minoꝛi etate/non eadē ſeruetur quantitas ſed minoꝛ q̃ maioꝛib⁹/ſeruata in oīb⁹ pcitate

Hic pꝛoſequitur ſanctus pater cauſam quare ſuperfluitas maxime cauenda ſit diſcipulo huius ſchole dicēs( Nūq̃ ſurripiat monacho indigeries)id eſt indigeſtio/id eſt nimia et feda ſacietas pꝛouocās habentē ſe in turpiſſimū vomitū/ſurripiat/id ē latenter rapiat vel dn̄etur/ Et ſubdit cauſaꝫ ( Quia nichil ſic contrariuꝫ eſt omni xp̄iano quomodo crapula: ſicut ait dn̄s noſter. Videte ne grauentur coꝛdaveſtra ī crapula et ebꝛietate/ Pueris vero minoꝛi etate nō eadem ſeruetur q̃titas ſed minoꝛ q̃ maioꝛibuſ;ſeruata in oībus parcitate)id eſt temperātia. Dicit caſſian⁹ capitulo v.inſtitutōnū/ Diuerſū quidē opoꝛtet eſſe refectionis tempus et moduꝫ et qualitatem pꝛo impari / ſcilꝫ coꝛpoꝛum ſtatu/etate vel ſexu./ ( Ubi pꝛo amplioꝛi notitia huius partis: in qua de menſura cibi agitur notandun/ꝙ exceſſus in q̃titate cibi vel pot⁹ eſt maxime vitandus / grauat enim hominē quo ad coꝛpus/quo ad animam/ꝛ quo ad famam / Quo ad coꝛpus quia aufert quietem ſomni.eccleſiaſtici v./ Saturitas diuitis non ſinit eum doꝛmire/ Jtem generat infirmitatem/quia ſecundū ſenecā multa fercula multos moꝛbos fecerunt . eccleſiaſtici xxxvii . Jn multis eſcis erit infirmitas/ Jtem adducit graues doloꝛes. Job xx. Cum ſaturatus fuerit artabit et omnis doloꝛ irruet ſuper eum. De hiis tribus habet eccleſiaſtici xxxi.vbi dr̄

Uigilia et colera et tortura viro infrunito.i.
homi qui eſt ſine frugalitate que eſt parcitas
in victu.vigilia quo ad primū.colera quo ad
ſecunduȝ vt accipiatur ſpecies pro genere; vt
ſit ſenſus.i. infirmitas que frequenter gene-
ratur ex colera/ꝛ tortura id eſt torſiones quo
ad tertiū.Si autē hoc facit huiuſmodi exceſ-
ſus etiam in ſano/ꝙto magis ī infirmo./Uñ
proculdubio et aufert quietē ſomni et prolō-
gat infirmitatē/et aduget dolores/que homi
valde grauant corpus eius./Itē grauāt quo
ad aīam/quia obtundunt aciem cordis/ſicut
dicitur in libro collationū colla.i. Hierony.
/Nichil adeo obſtruit intelligētiā ſicut cōmeſ
ſatio et ebrietas;ideo dicitur econtrario dañ.
ſcdo.ꝙ pueris abſtinentibus data eſt ampli-
or intelligentia/Item confundit memoriā vt
non recordetur quis agendoꝝ/Tullius.Re
cta mente vti non poſſunt nimio cibo ꝛ potu
repleti/Dicitur enī mens a meminendo/ta
les autē frequenter non remiſcuntur eorū q̄
recta ſunt et ad deū pertinent.Oſee xiii.Sa
turati ſunt.obliti ſunt mei: eorū.ſ. que ad me
pertinent./Item incitat carnalē concupiſcen-
tiam/Jere.v. Saturaui eos et mechati ſunt
/Quod ergo ſecunduȝ hoc non modo grauat
corpus ſed etiā cor quo ad intelligentiaȝ/quo
ad memoriam/quo ad cōcupiſcentiam;dicit
dñs diſcipulis ſuis luce xxi.Attendite nequā
do grauentur corda veſtra crapula et ebrieta
te/Notanter dicendo corda/Itē grauat quo
ad famā/dicuntur enī iſti ſimiles ſodomitis.
/De quibus dicitur eze.xvi.Hec fuit iniqui-
tas ſodome ſaturitas panis./Et ſicut tangit
in libro colla.dicit panis;quia ſaturitas in ci
bis vilibus etiā cauenda eſt./Itē tales faciūt
de ventre ſuo deū bel./De quo dicit dañ.xiiii
/Nonne videtur tibi eſſe bel deus viuēs;non
ne vides ꝙta comedat ꝛ bibat quotidie./Itē
ſolent dici ſicut canes qui tantū comedunt ꝙ
oportet eos vomere.pſa.lvi.Canes impudē-
tiſſimi neſcierunt ſacietatē/Cuȝ ergo exceſſ9
predictus grauet quo ad tria predicta/cauen
dum eſt valde infirmo religioſo viuenti in cō
gregatione/et propter corpus quia infirmus/
et propter aīaȝ quia religioſus;et propter fa
mā quia inter alios omnes celare non poteſt
quod facit.Sequitur.

Capitulū cviii.quare eſus carniū ꝓhibeat
diſcipulo hui9 ſchole:vbi declarantur aliqua
dubia circa hanc ꝓhibitionē carniū.

## Carniū quadrupedū omni-no ab omibus abſtineatur comeſtio: preter oīno debiles et egrotos.

Carniū vero quadrupedū omino ab oī-
bus abſtineatur cōmeſtio; preter oīno
debiles ꝛ egrotos) Hic ſpecialiter pro
hibet monachis cibū ſiue comeſtionē carniū/
et hoc propter reprimendas concupiſcentias
carnis/et ſtimulos carnis retōdendos;qui ex
eſu carniū quo maxime concupiſcentia foue-
tur et roboratur/ſoliti ſunt magis inſurgere/
/Cibus quippe ille debet eſſe monachorū qui
ſuſtentationē tribuat/ꝛ non qui occaſionē cō
cupiſcentiis et viciis ſubminiſtret. Ubi ad
uertendum ꝙ licet ſanctus pater tantum no
minet carnes quadrupedū:probibitio tamen
extendit vſqȝ ad carnes etiā aīaliū bipedū.ſ.
volatiliū/Cū eī carnes volatiliū ſit dulciores
magis delicate ꝛ precioſiores/qñ min9 delica
tas vetuit;ꝓculdubio magis delicatas et pre
cioſiores prohibere credendus eſt./Mos enī
ſanctorū doctorū eſt in minore cōprehendere
maius/Sicut dicitur ſimpliciter ī canone de
cōſe.di.v.in capi.Carnē/Carnē cuiꝗ mona
cho nec guſtādi nec ſumēdi eſt cōceſſa licētia/
nō ꝙ creaturā dei iudicem9 indignā/ſȝ ꝙ car-
nis abſtinētia vtilis ꝛ apta monachis eſtime
tur/ſeruato tñ moderamie pietatiſ erga egro
tos/Itē extra de ſtatu monachoꝝ in ca.Cuȝ
ad monaſteriū/In refectorio null9 oīo carne
veſcat/Et īfra.ſȝ nec extra refectoriū niſi in ī
firmitorio eſū carniū ſibi credāt licere/Inſur
gūt aūt hic aliq̄ dubia./Prio vtrū monach9
peccet mortalit comedēdo carnes/Ad quā q̄-
ſtionē lȝ ſatis ex ſupiorib9 ī ca.ciii.hui9 opis
clare pȝ reſpōſio/nichilomin9 hic ꝓ maiori in
formatōe aliqd cōmeōrādū ē/Sctūs tho.fa-
cit ī prio.q°libeto ī xx.ar.hāc q̄ſtionē/ꝛ reſpō
det ꝙ monach9 nō peccet mortalit comeden
do carnes/ꝛ ꝓbat duplicit/Primo ſic/Nullū
pctm̄ mortale ꝯcedit alicui rōe cuiuſcūqȝ īfir
mitatis/ſȝ comedere carnes cōcedit monacho
ratōe infirmitatis;g° comedere carneſ nō eſt
peccatum mortale monacho./Secundo vel
eſt peccatum mortale monacho vel religioſo
cuicūqȝ per ſe loquendo/quod non ſit pecca-
tū mortale alteri niſi ſit ꝯriū ei ad qd ſe voto

pꝛofeſſionis obligauit/per accidens tamē ra
tione ſcandali.vel alicuius huiuſmodi.poſſet
aliqd ei eſſe peccatū quod non eſſet alii pecca
tū/ſed comedere carnes non eſt contrariū ali
cui.ad quod ſe monachus profeſſionis voto
obligauit/ergo comedere carnes non eſt pec-
catū moꝛtale monacho. ¶ Pꝛo declaratōne hu
iuſmodi ꝙ comedere carnes nō ſit contrariū
in aliquo voto pꝛofeſſiōis monachalis/eſt cō
ſiderandū.quid ſit illud ad quod religioſ⁹ vo
to pꝛofeſſionis ſe aſtringit/Siquidē religio-
ſus vt ait ſanctus Thomas in ſecūda ſcde/
pꝛofitendo vouet ſe regulā ſeruaturꝝ/videtur
ſe obligare voto ad ſingula que continentur
in regula/et ſic contra quodlibet eoꝝū agen-
do peccaret moꝛtaliter/Et ex hoc ſequeretur
ꝙ religionis ſtatus eſſet religioſis in laqueū
peccati moꝛtalis/quia vix aut nūꝙ poſſēt de
clinare/Sancti ergo patꝛes qui oꝛdines inſti
tuerunt.nolentes hominibus inicere damnati
onis laqueū:ſed magis viā ſalutis/oꝛdinaue
runt talem pꝛofeſſionis foꝛmā in qua pericu
lum eſſe non poſſet/Sicut in oꝛdine fratrū p̄
dicatoꝝū.eſt cautiſſima ⁊ ſecuriſſima foꝛma ꝑ
fitendi/quia non promittunt ſe ſeruare regu
lam/ſed obedientiā ſecundū regulā/Unde ex
voto obligantur ad ſeruandū ea que ponun-
tur in regula tanꝙ pꝛecepta/et que pꝛelatus
ſecundū tenoꝛem regule ſibi pꝛecipere volue-
rit/Cetera vero que non continētur in regu-
la ſub pꝛecepto non cadunt directe ſub voto/
vnde ea pꝛetermittens nō peccat moꝛtaliter.
Beatus vero benedictus ſtatuit monachum
pꝛofiteri non quidē obſeruare regulaꝫ/ſed ꝙ
pꝛofitens pꝛomittat conuerſionē moꝛū ſuoꝝ
ſecundū regulā/hoc eſt dictu.vt ſecundū regu
lam dirigat moꝛes ſuos/contra quod facit.ſi
vel ea que ſunt pꝛecepta in regula trāſgredia
tur/vel etiam cōtemnat regulam/ſecundū eā
dirigere actus ſuos omīno recuſās. ¶ Non au
tem omīa que continentur in regula ſunt p̄-
cepta/quedā enī ſunt monitiones ſiue ſtatu
ta/quedaꝫ vero oꝛdinationes ſiue conſilia/vt
ꝙ poſt completoꝛiuꝫ nemo loquatur/Huiuſ-
modi autē ſtatuta que in regula continētur/
non habent vim pꝛecepti/ſicut nec pꝛelat⁹ ſta
tuens aliquid/intendit ſemper ad peccatum
moꝛtale obligare per pꝛeceptū/Eſt autē pre-
latus quaſi regula quedā aīata/Unde ſtultū
eſſet putare/ꝙ monachus frangens ſilentiuꝫ
poſt completoꝛiū peccaret moꝛtaliter/niſi foꝛ
te faceret hoc cōtra pꝛeceptū pꝛelati/vel ex cō
temptu regule/Abſtinere aūt a carnibus nō
ponitur in regula beati Benedicti vt pꝛecep
tum:ſed vt ſtatutū quoddā/Unde monach⁹
comedens carnes non ex hoc peccat moꝛtali
ter/niſi in caſu pꝛopter inobedientiā vel con-
temptū. Hec oīa ſanct⁹ tho.vbi ſupꝛa. ¶ Se
cundū dubiū eſt/vtrum pꝛelatus poſſit diſpē-
ſare cū monacho ꝙ comedat carnes/Reſpō
ſio ꝙ ſic/patet ex capitulo pꝛefato/Cū ad mo
naſterium.extra de ſta.monachoꝝ/vbi ſuper
illud.ꝙꝙ ex indulgētia poſſit abbas interdū
aliquos fratrū/nunc hos.nunc illos pꝛout ne
ceſſitas poſtulauerit aduocare dicit glo ſic/er
go habes ꝙ abbas poteſt diſpenſare in regu-
la monachali ꝙtū ad eſum carniū/vt hic ar.
de conſe.di.v. Carnē. ¶ Item idem arguitur
ex illo pꝛefati capituli/Cum ad monaſteriū
vbi dicit papa. Nec exiſtimet abbas ꝙ ſuper
habenda pꝛopꝛietate poſſit cū aliquo mona-
cho diſpenſare/quod ideo dicitur quia pꝛopꝛi
etas eſt eſſētialiter annexa regule monacha
li/ex quo relinquit a contrario ſenſu/ꝙ in illiſ
poteſt abbas diſpenſare que non eſſentialit
annectuntur regule monachali:cuiuſmodi ē
comeſtio carniū vt dictū eſt. ¶ Tertiū dubiū
eſt vtrū itinerantes per longā viam/vel ſi iti
nerantes non inueniunt aliquid ad comedē
dum/vel ſi inuitentur a pꝛīcipe vel pꝛelato:
¶ Ad iſta legimus aliquos reſpondentes ꝙ ſic.
quia neceſſitas non eſt in pꝛecepto/ſiue neceſ
ſitas non ſubicitur legi. hoc etiā confirmare
videntur per auctoꝛitatē fructuoſi epiſcopi.
cuius eſt capitulū illud/Carnē.de conſe.di.v
quod magiſter gracianus detruncatū poſuit
¶ Plena autē eius auctoꝛitas iacet ſic/Carnē
cuiꝙ monacho nec guſtandi nec ſumendi eſt
conceſſa licentia/nō ꝙ creaturā dei iudicem⁹
indignā/ſed ꝙ carnis abſtinētia vtilis et ap-
ta monachis eſtimetur/ſeruato tamen mode
ramine pietatis erga egroꝝū neceſſitudines/
aut longe pꝛoficiſcentiū vt ex volatilibus ſu-
ſtententur/⁊ longinquo itineri deſtinati/Si
autē a pꝛincipe vel epo inuitentur/pꝛo bene-
dictione et obedientia deguſtare non metu-
ant:ſeruantes apud ſe de reliquo continenti
am conſuetam/quod ſi monachus violauerit
et contra ſanctionē regule vſūqꝫ veterū eſcā
carnis pꝛeſumpſerit/ſex menſium ſpacio re-

truſioni et penitentie ſubiaceat. Hec ille.

Capitulum cix. et eſt xl. regule: de menſura potus: vbi de ſeptem reprehenſibilibus in religioſis circa vſum vini et de malis que exceſſus vini operatur.

Unuſquiſqz propriū donū habet ex deo. alius ſic: ali⁹ vero ſic. Et ideo cuz aliqua ſcrupuloſitate a nobis mēſura vict⁹ aliorū conſtituitur/ Tamen infirmoꝝ cōtuentes imbecillitatē/ credimuſ eminā vini p ſingulos ſufficere per diem/ Quibus aūt donat deus tolerantiā abſtinentie: propriam ſe habituros mercedem ſciāt. Quod ſi aut loci neceſſitas/ aut labor/ aut ardor eſtatis amplius popoſcerit/ in arbitrio prioris conſiſtat/ conſiderās in omībus ne ſubrepat ſacietas vel ebrietas. Licet legamus vinum omino non eſſe monachorum/ ſed quia noſtris temporib⁹ id monachis perſuaderi non poteſt: ſaltim vel hoc conſentiam⁹ vt nō vſqz ad ſacietatē bibam⁹ ſz parcius/ quia vinuz apoſtatare facit etiam ſapientes. Ubi autē neceſſitas loci expoſcit/ vt nec ſupra ſcripta mēſura inueniri poſſit: ſed multominus aut ex toto nichil: benedicant deum qui ibi habitant. et nō murmurent. Hoc ante omīa āmonentes vt abſqz murmuratione ſint fratres.

Unuſquiſqz propriū ꝛc) Determinata menſura cibi/ conſequenter ordine cōgruo ſubdit de menſura potus. Uerū in primis excuſat ſe/ ꝙ non poteſt diffinitam menſurā equalē omibus aſſignare/ quia nō omnes eiuſdē qualitatis nec eiuſdē roboris ſunt dicēs (Unuſquiſqz propriū donū habet ex deo: alius ſic alius vero ſic/ Et ideo cū aliqua ſcrupuloſitate) id eſt dubietate (a nobis menſura victus aliorū conſtituitur) Senſus eſt. Cum varia ſint dona dei homibus data/ et vnus donū maioris abſtinentie et fortitudinis habeat ꝙ̄ alius/ Unus ei accipit donū vt ſine potatione vini poſſit ſubſiſtere/ alius vero vt minus ei ſufficiat ꝙ̄ ipſa menſura/ ſic non poſſumus ſub vna certa ꝙ̄titate diffinire menſuram victus et potus vniformiter ad omnes/ ſed cuz quadā dubietate et anxietate conſtituimus menſurā iſtam dicens (Tamē infirmoꝝ contuentes imbecillitatē) non fortium et robuſtorū potentiū abſtinere fortitudinem (credimus eminā vini p ſingulos ſufficere per diem) Emina vini eſt menſura q̄dam illius regionis ſecundū quā loquebatur beatus Benedictus/ et que adhuc dicitur reſeruari in monaſterio caſinenſi (Quibus autem donat deus tolerantiā abſtinentie: propriam ſe habituros mercedē ſciant) Senſus eſt/ Si monachus amplius abſtinere potuerit et voluerit ꝙ̄ regula iubeat. i. minus accipere vini aut victus aut etiā veſtimenti ꝙ̄ regula conceſſerit/ ſciat a deo qui nullū bonū irremuneratuz relinquit ſe propriā mercedem accepturū. Eſt autē hic notandū ꝙ huiuſmodi abſtinentie notabiles debent fieri maxime continuate cū conſcientia abbatis (ꝙ ſi aut loci neceſſitas/ aut labor/ aut ardor eſtatis amplius popoſcerit in arbitrio prioris conſiſtat) ſcz addere ſupra menſurā/ In iſtis ei tribus caſibus/ videlicz cū locus eſt valde ſiccus aut multū aridus vel huiuſmodi/ aut cū laborant monachi plus ſolito/ ꝛ cū ardor ſolis magis inualeſcit/ quia in huiuſmodi humidum in homīe magis conſumitur/ et calor ampli⁹ incitatur/ prelatus augere poteſt menſurā potus (conſiderans tamen in omnibus ne ſubrepat) id eſt latenter intret (ſacietas aut ebrietas) Sequitur (Licet legamus vinū omino monachorū non eſſe/ ſed quia noſtris temporibus id monachis pſuaderi non poteſt: ſalti

vel hoc conſentiamus/ vt non vſqꝫ ad ſacieta
tem bibamus ſed parcius. quia vinuꝫ apoſta
tare facit etiam ſapientes) Plana ſunt iſta.
¶ Sed queritur. vbi legitur ꝙ vinū non ſit mo
nachorum/ ¶ Reſpondetur ꝙ in figura legiť
numeri vi. vbi habetur ꝙ nazarei qui figurā
geſſerunt monachorū/ a tempore conſecratio
nis ſue non bibebant vinuꝫ vel aliquid quod
inebriare poſſet. ¶ Secundo legerat ſanctꝰ
pater Benedictus illā veterem ſanctorū pa⸗
trum ſentētiā/ Caro et vinū ſiue potus qui ī
ebriare poteſt/ ſuſcipiendus non eſt quibus ꝓ
xp̄o crucifixus eſt mundus ⁊ ipſi mundo ¶ Se
quitur (Ubi autē neceſſitas loci expoſcit) id
eſt exigit vtpote ga ſterilis (vt nec ſupraſcri⸗
pta menſura inueniri poſſit ſed multo minꝰ/
aut ex toto nichil: benedicāt deū qui ibi habi
tant ⁊ non murmurent: hoc ante omīa āmo
nentes vt abſqꝫ murmuratione ſint fratres)
Hec expoſitione non indigent patent omīa.
¶ Circa hoc capitulū in quo principalis inten⸗
tio ſancti patris eſt diſcipulū huius ſchole ad
ſobrietatem ſeruandam in potu vini exhorta
ri: ſunt aliqua notanda/ preter ea que notata
ſunt in ſuperioribus circa inſtrumentū xxxvi
¶ Primo ꝙ multa poſſunt eſſe reprehenſi⸗
bilia in religioſis circa potuꝫ vini. ¶ Primo
circa q̄ītitatē. contra qd̄ dicitur .i. thimo. v.
Modico vino vtere/ Bernardus ad mona⸗
chos/ Si autē vobis placet auctoritas pauli
de bibendo vino/ obſecro ne tradatis obliuio
ni quod dicit modico. ¶ Secundum eſt circa
fortitudinē vini. Si enī in concilio generali
eſt inſtitutū vt habetur in capitulo/ A crapu⸗
la extra de vita et ho. clericorū/ ꝙ omēs clerici
vinū ſibi temperent ⁊ ſe vino/ q̄ūto magis hoc
faciendū eſt a religioſis/ maxime dicente no⸗
bis ſancta ſcriptura eccleſiaſtici xxxi. Suffici⸗
ens eſt homi erudito vinū exiguum. i. debile.
¶ Uerum de quorundā monachorū in hac par
te reprehenſibili vſu ita loquiť bernardꝰ/ Iā
vero de aque potu quid dicam/ quando nec
vllo quidē pacto vinum aquatū admittitur/
Omēs nimirū ex quo monachi ſumus/ infir⸗
mos ſtomachos habemus/ Et infra. pudet di
cere ſed magis pudeat actitari/ Et ſi pudeat
audiri non pudeat emendari/ Uideas vno in
prandio vel quater ſemiplenū calicē reporta
ri/ ꝙ diuerſis vinis magis odoratis q̄ potatiſ /
nec tam hauſtis q̄ attactis ſagaci probatiōe
⁊ celeri cognitione/ vinū tamen ex pluribꝰ qd̄
fortius eſt eligatur. ¶ Tertium eſt circa va⸗
rietatem vinorū/ indecens profecto eſt in reli
gioſis non eſſe contentos vno vino/ ſed varie
tates diuerſas non paucas in vno conuiuio
congregare. ¶ Quartū eſt circa precioſita⸗
tem/ Non eſt viri religioſi in hauſtu vini tan
tum ponere/ vnde multi pauperes poſſūt cō⸗
mode ſuſtentari per diem/ Unde vox illa ſapi
entie ii. Uino precioſo nos impleamus/ non
eſt bonorū: ſed hominū peſſimorū/ Bernar·
ad monachos de hac quorūdam corruptela
ita dicit/ Quale eſt autem illud/ ꝙ nonnulla
monaſteria ex more obſeruare dicuntur vina
delibuta melle pigmentorū. reſperſa pulueri
bus in conuentu bibere/ nūquid ⁊ hoc fieri di
cemus propter ſtomachi infirmitatē/ ego ve
ro ad nichil aliud valere video/ niſi vt vel am
plius bibatur vel delectabilius/ quos illa ſen
tentia videtur reſpicere. vllulate qui bibitis
vinū ī dulcedine: periit ei ex ore veſtro. ioel. i
¶ Quintū eſt circa extra ordinarias potati
ones/ q̄ ſolent fieri extra horā comedendi vel
bibendi/ Si enī equi et aſini non adaquātur
niſi horis certis/ q̄ indecens eſt viro religio⸗
ſo tota die bibere modo hic modo ibi/ qui hu⸗
iuſmodi ſūt: ſunt illi morantes in vino. De
quibus dicitur prouer. xxi. Cui ve/ nōne his q
morantur in vino et ſtudent calicibus epotā
dis: vbi dicit glo/ Non vetat bibere vinū: ſed
morari extra tempus et vtilitatem in vino.
¶ Sextū eſt circa verba/. Sunt enī aliqui q
fere per totam interduꝫ menſā loquuntur de
vinis/ et preſentibus et abſentibꝰ dicētes/ hoc
eſt tale et illud eſt tale/ de quibus videtur dici
illud oſee vii. Super vinū ruminānt. ¶ Septi
mum eſt circa ſubtilitatē iudicandi de vinis.
¶ Sunt enī quidā qui ita ſubtiliter ſciunt iudi
care de valore/ ⁊ vinorum conditione/ tanq̄ ſi
eſſent magiſtri in illa arte/ quo contra inueni
tur de antiquis religioſis qui adeo habebāt
ſenſus mortificatos/ vt diſcernere inter liquo
res penitus neſcirent/ Unde de beato bernar
do legimꝰ/ ꝙ ſagimine crudo pro butiro/ oleo
pro aqua vſus eſt nec diſcreuit. ¶ Secūdo pri
cipaliter notandū eſt ꝙ multa ſolet facere vi⸗
num abutentibus eo/ que ſunt valde contra⸗
ria honeſtati religionis/ Religioſos enī ſum
me decet continentia ratione voti/ vinuꝫ enī
incitat ad libidinem. prouerbi. xx. Luxurioſa

res vinū/ Item ſunt in ſocietate in qua debēt
eſſe cor vnū et aīa vna cum aliis/ vinū autez
facit conturbationē ad alios. eccleſiaſtici xxxi
Uinū multū potatū irritationē facit/ facit ei
prorumpere ad mala/ per que alii irritantur
/ Item ipſorum eſt laudibus diuinis inſiſtere/
hoc autem blaſphemare facit. Super illud i.
corin. x. Siue mādūcatis ſiue bibitis. ꝛc/ etiā
ſi vinolentia te ingurgites/ quaſcūqz laudes
dei lingua ſonat. vita blaſphemat/ Itē ipſoꝝ
eſt vitā diſciplinatā habere/ Alioquin ſecun-
dum iacobum vana eſt eorū religio/ hoc autē
facit fatue loqui. Eſdre ſcdi tertio. Hoīes fa
cit per talenta loqui/ Item eorū vita debet eſ
ſe in luctu/ hoc autē incitat ad vanā letitiaz.
Eſdre vi. Omnē mentē cōuertit in ſecurita-
tem et iocunditatē/ et non meminit omnē tri
ſtitiā/ Item ipſoꝝ eſt contemplationi vacare/
modo meditando. modo legendo. modo reue
lationes ſuſcipiendo/ Uinū autē obſcurat in
tellectū. Unde gloſa ſuper illud prouer. xxiii.
/ Cui ſuffoſſio oculorū/ imoderatꝰ hauſtus vi
ni interioris et exterioris viſus ingerit cecita
tem/ Impedit quoqz ſciētiā acquirendā/ ideo
dicit ſalomon eccleſiaſtes iii. Et vt animum
meū transferrā ad ſapientiā/ cogitaui a vino
abſtrahere carnē meā/ Similiter ſcientiā in-
fundendam. Ideo dicit daniel. Triū hebdo-
madarū diebus caro et vinū non introierunt
in os meū/ quando ſcz aſpirabat ad reuelatō
nem/ Item quid proſunt eis oīa niſi perſeue-
rent vſqz in finem/ Hoc autē aufert vinū ec
cleſiaſtici ix. Uinū apoſtatare facit: quod ad
litteram verum eſt/ vt patet in goliardis/ qui
frequēter occaſione vini reliquerunt abbati
as vt per tabernas diſcurrere poſſint/ Cuz er
go tot turpes maculas generet vinū ī religio
ſis et tantū eis noceat/ non modicū eſt eis ne
ceſſaria abſtinentia. non ſolū a vino ſed ab oī
potu qui eadem poteſt inducere/ Et ideo be-
ne dicit Auguſtinus. Religioſis non ſolū ab
ſtinentiā eſce ſed etiam potus neceſſariaz ad
carnem domandā/ Quid autē mirū ſi hoc re
ligioſis dicit/ cum ipſe ſaluator dixerit apoſto
lis ſuis luce xxi. Attendite ne grauentur cor-
da veſtra crapula et ebrietate/ Neceſſaria ſi
quidem ſunt cibus et potus: ꝛ ideo facile ſub
pallio neceſſitatis/ huiuſmodi vicia ſubintrāt
etiam apud ſanctos/

Capitulum xx. et eſt xli. regule: quibus ho
ris oportet reficere fratres.

A Sancto paſca vſqz ad pē
thecoſten ad ſextam refici
ant fratres/ et ad ſeram cenent/
/ A penthecoſte autem tota eſtate
ſi labores agrorum non habent
monachi/ aut nimietas eſtatis
non perturbat/ quarta et ſexta fe
ria ieiunent vſqz ad nonam/ re-
liquis diebus ad ſextam prande
ant/ Que prandii ſexta ſi opera
in agris habuerit/ aut eſtatis fer
uor nimius fuerit continuanda
erit/ ꝛ in abbatis ſit prouidentia
Et ſic omnia temperet atqz di-
ſponat/ qualiter anime ſaluētur/
et quod faciunt fratres abſqz vl
la murmuratione faciāt/ Ab idi
bus autē ſeptembris vſqz ad ca-
put quadrageſime ad nonā ſem
per reficiant/ In quadrageſima
vero vſqz ad paſca ad veſperam
reficiant/ Ipſa tamen veſpera ſic
agatur/ vt lumīe lucerne non in
digeāt reficiētes/ ſed luce adhuc
diei omīa conſūmentur/ Sed et
omni tempore ſiue cene ſiue re-
fectionis hora ſic temperetur/ vt
cum luce fiant omnia.

A Sancto paſca ꝛc. Data menſura cibi
et potus/ ſanctus pater ſubiungit qui-
bus horis reficiēdi ſūt fratres. d. (A ſā
cto paſca) id eſt a reſurrectiāe dn̄i (vſqz ad pē
thecoſten: ad ſextam reficiant fratres et ad ſe
ram cenent) Ubi notandū ꝙ tempus pa-
ſcale vſqz ad penthecoſten vocatur quinqua-

geſima: quia continet quinquaginta dies/ p quod tempus iubilei deſignatur/ In quibus diebus propter honorē et gaudiū reſurrectionis et admirande aſcenſionis dñice: necnon propter glorioſū ſancti ſpiritus aduentū quotidie feſtiuamus et ieiuniū ſoluimus/ genua non flectimus niſi ad preſentiā corporis xpi/ ¶ Significat enim hoc paſcale tempus octauā reſurrectionis: in qua nec ieiunabitur/ nec genua flectentur ſed perfectuz gaudiū omibus erit/ His diebus bis in die comedimus/ Excipiuntur tamen dies rogationū. et vigilia pēthecoſtes in quibus inſtitutione canonica ieiunanduz eſt ¶ De rogationibus habetur de conſe. di. iii. capitulo Rogationes/ De vigilia penthecoſtes habetur notatū di. lxxvi. ca. ¶ Neceſſario. Sequitur ( A penthecoſte autez tota eſtate ſi labores agroru non habent fratres vel monachi. aut nimietas eſtatis nō pturbat ) eos ( quarta et ſexta feria ieiunent vſqz ad nonā ) Obſeruantia ieiunii horū dierū ſcz feria quarta z ſexta orta eſt a ſanctis patribus/ Unde de conſe. di. iii. dicit ſanctus appolonius in capitulo Ieiunia/ Ieiunia ſane legitima quarta et ſexta feria non ſunt ſoluenda/ niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit/ quia quarta feria iudas traditionem cogitauit: et ſexta feria crucifixus eſt ſaluator. ¶ Eſt autē hic aduertendū ꝙ ex hoc libro regule: in quo cenceditur monachis propter labores agrorum/ vtpote quando habeant meſſes et fruges colligere/ aut quādo nimietas caloris regnat non ieiunare ſexta feria/ videtur ſoluta illa queſtio vtrū ieiunium in ſexta feria veniat ſub precepto. patet ꝙ non/ quia cū canonica regula maior ſit ꝙ̃ regula beati Bñdicti: nō liceret aliquid aduerſus illam imutare ſine auctoritate inſtituentis/ Sequitur ( Reliquis vero diebus ad ſextā prandeant que prādiu ſexta ſi opera in agris habuerint aut eſtatis feruor nimius fuerit continuanda erit: et in abbatis ſit prouidentia. Plana ſunt oīa. Sequitur ( Et ſic omia temperet atqz diſponat qualiter et aīe ſaluentur. et quod faciunt fratres abſqz vlla murmuratione faciant ) ¶ Uocatur iuſta murumratio ꝙ̃ totiens ſanct⁹ pater tanꝙ̃ peſtiferam et execrandā ꝓhibuit nō vt iuſta aut bona eſſe poſſit: ſed ideo iuſta vocat/ quia prelatus malo regimine ſuo/ aut minus prouida circūſpectione ſuadeat cauſā/ ꝙ monachi ratōnabiliter murmurent. Senſus ergo eſt/ Debet abbas ita vniuerſa temperare ac diſponere. temporū locorū et perſonarum circunſtantiis bene penſatis/ vt et aīe ſaluentur non diſſoluantur/ et fratres in his que faciunt non habeant occaſionē murmuris/ aut de nimia diſſolutione in facili relaxatione regularis obſeruantie/ de nimio rigore ſeruato in tempore in quo relaxandū eſſet/ ſicut eſt tempus infirmitatis/ tempus pueritie/ tempus ſenectutis/ tempus laboris agrorum tempus nimii caloris/ Hec eni omia in ſuperioribus ſanct⁹ pater notauit. Sequitur ( Ab idibus autē ſeptembribus vſqz ad caput quadrageſime ad nonā ſemper reficiant. In quadrageſima vero vſqz ad paſca ad veſperā reficiant. Ipſa tamen veſpera ſic agatur vt lumine lucerne non indigeant reficientes: ſed luce adhuc diei omia conſūmentur/ Sed z oi tempore ſiue cene ſiue refectionis hora ſic tēperetur/ vt cum luce fiant omia ) Omia plana ſunt: expoſitione non indigent/ Uerū his noſtris diebus hec obſeruantia temporū ieiuniorū apud monachos ſine magno grauamine ſeruari non poſſet/

¶ Capitulū cxi. et eſt xlii. regule: vt poſt completoriuz nemo loquatur: et de decem cauſis quare libenter intereſſendū eſt completorio.

OMni tempore ſilentio debent ſtudere monachi/ maxime tamē nocturnis horis. Et ideo omi tempore ſiue ieiunii ſiue prandii/ ſi tempus fuerit prādii mox vt ſurrexerint a cena ſedeant omēs in vno loco/ Et legat vnus collatōnes vel vitas patrū aut certe aliud quod edificet audientes/ Non autez eptaticū aut regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc ſcripturaz audire/ aliis vero horis legātur/ Si autē ieiunii dies

fuerit:dicta veſpera paruo inter
uallo/mox accedant ad lectionē
collationum vt diximꝰ/et lectis
quattuor aut quinqz foliis/vel
quantum hora permittit:omni
bus in vnum occurrentibus per
hanc moram lectionis/Si quis
forte ī aſſignato ſibi cōmiſſo fu
rit occupatus occurrat/Omēs
ergo in vnum congregati com/
pleant/Et exeuntes a completo
rio.nulla ſit licētia denuo cuiꝙ
loqui aliquid/Quod ſi inuentuſ
fuerit quiſꝙ hanc preuaricari ta
citurnitatis regulam/grauiori
vindicte ſubiaceat/excepto ſi ne
ceſſitas hoſpitū ſupuenerit/aut
forte abbas alicui aliqd̄ iuſſerit.
Quod tamen et ipſum cum ſū/
ma grauitate/et moderatione/
honeſtiſſime fiat.

OMni tempore ⁊c. Superius ſanctus
pater egit de horis refectionis et abſti
nentie/Nunc ſubdit de horis in quibꝰ
ſilendū eſt et abſtinenduz eſt a locutionibus
ſic dicens(Omī tempore ſilentio debent ſtu/
dere monachi maxime autē nocturnis horis
Et idcirco omī tempore ſiue ieiunii ſiue prā/
dii ſi tempus fuerit prandii) id eſt temporis ī
quo due refectiones dantur/quia prandium
dicitur quod ſequitur cena( Mox vt ſurrexe
rint a cena ſedeant omnes in vnum.et legat
vnus collationes vel vitas patrum aut certe
aliquid quod edificet audientes)ſicut ſunt li
bri morales antiqui/⁊ omelie ſanctorū docto
rum et huiuſmodi que principaliter redoleāt
ſuauitatē deuotionis/et doctrinam edificati
onis contineant.Hoc recte ac ſanctiſſime cō
ſtitutū eſt/quia ſic ex lectiōe illa monachi ma
teriā edificationis ⁊ deuotionis haurire poſ
ſunt/vnde ad contemplationis altitudinē ſi/
lencii tempore valeant promoueri/et ad hoc
recte electi ſunt libri collationū ⁊ vite patruz
ſanctorū:in quibus doctrina totius perfecti/
onis/et edificationis ac ſanctimonie contine
tur(Non autem eptaticū)id eſt ſeptenariuz
Epta in greco dicitur ſeptē/qui ſeptenarius
eſt iſte:geneſis.exodus.leuiticus.liber nume
rorum.deuteronomiū.ioſue.iudicū(Aut re/
gum) Cauſam autē propter quā dicit hos li/
bros illa hora non legēdos ſubdit dicens(qr
infirmis intellectibus) id eſt non doctis non
eruditis.non habentibus peritiā ſcripturarū
(nō erit vtile illa hora hanc ſcripturam audi
re)Libri enim legales et hyſtoriales cū pleni
ſint et tecti multis figuraruz obſcuritatibus/
⁊ plurima cōtineant profundiſſima miſteria/
non ſunt libri ita apti ad legendū ſimplicibꝰ
monachis/et maxime illa hora in qua haben
da lectio eſt non de variis bellorum hyſtoriis/
vnde varia dormientibus poſſent generari
phantaſmata:ſed que tota ſit edificatoria et
plena ſimplicitate moralis doctrine/et que ſā
ctis meditationibus preſtet fulcimentū. Se
quitur(Aliis vero horis legant̄)Ecce ꝙ non
vetat ſimpliciter prefatos libros legales ⁊ hy
ſtoriales legi/ſed tantum illa hora/Aliis vero
horis legantur:puta in matutinalibus lectō
nibus aut in refectorio et alias quando vide
bitur expedire/Sequitur( Si autem ieiunii
dies fuerit dicta veſpera paruo intuallo mox
accedant ad lectionē collationū vt diximus.
et lectis quattuor aut quinqz foliis vel q̄tuz
hora permittit omibus in vnū occurrentibꝰ
per hanc morā lectionis.ſi quis forte in aſſi/
gnato ſibi cōmiſſo) id eſt in aliqua obediētia
ſibi deputata(fuerit occupatꝰ occurrat/Om
nes ergo in vnū poſiti compleāt)ſcz lectionē
collationum et inde oēs ad completoriū vna
nimiter intrent( et exeuntes a completoriis
nulla ſit licentia denuo cuiꝙ loqui aliquid)
ſcz regulariter niſi in hiis caſibus infra expri
mendis.Sequit̄ pena fractoris ſilentii/Qd
ſi inuentus fuerit quiſꝙ preuaricari hanc ta/
citurnitatis regulam grauiori vindicte ſub/
iaceat)Pena iſta intelligenda eſt arbitraria
ſecundū modū loquendi/aut perſonā loquen
tis/aut materiā ſermonis. Sequit̄(Excepto
ſi neceſſitas hoſpituz ſuperuenerit/aut forte
abbas alicui aliquid iuſſerit/quod tn̄ et ipſuz
cum ſumma grauitate/et moderatione hone

ſtiſſime fiat) ¶ Ubi conſiderandū ꝙ tempo
ribus nocturnis tria ſunt attendenda/in qui
bus fractio ſilentii licita poteſt eſſe/ videlicet
damnū iminens/neceſſitas vrgens/interro-
gatio ſuperioris interueniens/ ¶ Damnū imi
nens ſicut ſi videres incenſū ignē/licite potes
clamare et petere aquā et alia conuenientia/
¶ Neceſſitas vrgēs tam ſpūalis ꝙ corporalis.
Corporalis vt ſi videres fratrē laborantē ſu-
bito infirmitate aliqua periculoſa loqui po-
teris ⁊ illi ſubuenire/ Que enī conſtituta ſūt
pro caritate/non debent militare contra cari
tatem/ ¶ Spiritualis:ſi in tali caſu frater infir
mus vellet confiteri/tu poteris audire et loq
ea que ſunt oportuna cum illo/ ¶ Interrogatio
ſupioris ſicut cū de aliquo ab illo vt illi reſpō
deas interrogaris/hoc tamen vt dictū eſt cuꝫ
ſūma grauitate fiendū eſt/tam ex parte prela
ti interrogantis/ꝙ ſubditi reſpondētis ¶ Qr
plura in ſuperioribus de taciturnitate et ſilē
tio notata ſunt/ſuperſedentes ab vlteriori ex
hortatione taciturnitatis/inducamus ratio-
nes propter quas libenter debet intereſſe di-
ſcipulus completorio. ¶ Eſt autē circa predi
cta notandū ꝙ multū eſt cauendūꝫ a diſcipu-
lo huius ſchole/ne abſqꝫ neceſſitate deſit com
pletorio/et hoc ꝓpter multas cauſas. ¶ Pri
mo quia hora illa eſt ī qua de labore vite acti
ue/que habet turbationē ſecūdū illud Mar-
tha martha turbaris erga plīma luce ꝓtran
ſitur ad quietē contemplatiue vite/que pacē
⁊ tranquillitatē habet.propter quod tunc cā
tatur/ Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e ſecundū
verbū tuū in pace/ Bonarū mentiū eſt liben
ter huiuſmodi tranſitū facere/et occupatiōes
actiue vite vltra diem non prolongare/ſecū-
dum illud p̄s. Exibit homo/ſcilꝫ qui ratione
vtitur ad opus ſuū/et ad operationē ſuā vſqꝫ
ad veſperā ſcꝫ et non vltra. ¶ Secunda quia
cum ſit tempus tacendi et tempus loquendi
eccleſiaſtici iii. Iſta hora eſt in qua ſilentium
incipit apud religioſos/quod oēs boniviri de
bent libentius acceptare ꝙ locutōnes/ Augu
Loquela ſit in neceſſitate/taciturnitas ī iocū
ditate. ¶ Tertia eſt.quia in iſta hora aīalia
cuncta quocūqꝫ vadunt ad exteriora reuertū
tur ad interiora/ Iſta hora reuocādus eſt ſpi-
ritus ab exterioribus ad interiora/ Un̄ in pri
cipio completorii dicitur/ Cōuerte nos deus
ſalutaris noſter/ Queadmodū autē reprehē
ſibile eſt in viro religioſo ſine neceſſitate tem
pore cōpletorii in villa morari/et tarde ad do
mum ſuam corporalem redire/ſic reprehenſi-
bile eſt in eo ſpiritū ipſius nimis tarde ad in
teriorem domū ſpiritualem reuerti. ¶ Quar
ta quia hora iſta preparandꝰ eſt locus in quo
ſpiritus cū deo quieſcat/ Locus autē eius eſt
pax et tranquillitas.p̄s/ Si dedero ſomnum
oculis meis/et palpebris meis dormitationē
donec inueniam locū dn̄o/ ¶ Item in pace factꝰ
eſt locus eius/ Reprehēſibilis eſt autē qui re-
gi glorie negligit et nimis differt locum pre
parare. ¶ Quinta quia ſecundū morē/com
pletorio annexe ſunt orationes ſecrete/quaꝝ
fructus frequenter amittunt qui non inter-
ſūt. Math.vi/ Tu autē cū oraueris intra cu
biculū tuū.ſ.ſecretū cordis/⁊ clauſo hoſtio ora
patrem tuū:et pater tuus qui videt in abſcō
dito reddet tibi/ Et bernardus ſuper cantica
Quā ſerena ⁊ placida oratio nullo perturba
ta clamore. ¶ Sexta quia illa hora debet ſer
uus dei premunire ſe contra inſultus diaboli
/ Unde ante cōpletoriū legitur/ Fratres ſobrii
eſtote et vigilate/quia aduerſarius veſter dia
bolus tanꝙ leo rugiens/circuit.querens quē
deuoret. Et in fine dicitur in oratione/ Viſi-
ta queſumus dn̄e habitationē iſtam et om̄es
inſidias inimici ab ea longe repelle/ ¶ Diabo
lus enī de nocte ſeruos dei acrius impugnat
/contra quem non dubiū ꝙ fortius religioſus
premunitur ſi cōmuni orationi oīꝫ fratrū in
terſit in completorio. ¶ Septima quia in il
la hora fiunt multa que non fiunt in aliis ho
ris/que habēt aliquē effectū gratie conferre:
ſicut eſt aſperſio aque benedicte que hoſtes i-
uiſibiles fugat/et benedictio patris.ſ.prelati
/que ad conſeruationē valet/ſecundū illud ec-
cleſiaſtici iii. Bn̄dictio patris firmat domos
filiorū. ¶ Octaua quia remanentes a com-
pletorio cōmuniter peius expēdunt illud tē-
pus/ꝙ remanētes ab aliis horis diuinis/ Nā
ab aliis remanētes vel cōfeſſionibus vel ſtu-
dio vel alicui operi fructuoſe frequenter intē
dunt/ Multū autē cauendūꝫ eſt religioſo ne
tempus quod alii ſancte expendūt/ab ipſo in
utiliter aut male expendatur/eccleſiaſtici iii.
Fili cōſerua tempus .i. cū aliis ſerua vt ſicut
ipſi ita tu expendas. ¶ Nona quia huiuſmo
di remanentes a completorio/ſolent ſuis vi-
giliis et rumoribus alios inquietare/et alios

ſcandalizare:quorū vtūqʒ eſt cauendū/ Pri-
mum patet ex verbo gregorii in dialogo dicē
tis/ Cum vir ſanctus ad iraſcendū trahitur/
quis alius ad iraſcendū niſi eius inhabitator
excitat/ Secundū patet ex verbo dñi/ Ma-
thei xviii. Qui ſcandalizauerit vnū ex puſil-
lis iſtis qui in me credunt/ expedit ei vt ſuſpē
datur mola aſinaria in collo eius ꝛc. / Deci
ma cauſa eſt. quia illa hora nos ſolenniter cō
mendamus beate virgini/ Conſtat autem/ ꝙ
valde efficax eſt recōmendatio ſolennis/ Vñ
magiſter iordanus vir maxime auctoritatis
et ſanctitatis/ quondā magiſter ordinis predi
catorū narrauit/ ꝙ audiuit a quodā viro reli
gioſo ꝙ quando fratres dicebant in fine com
pletorii/ Eya ergo aduocata noſtra: videbat
beatam virginē flexis genibus recōmendan
tem ordinē filio ſuo/. ſtultus autem eſſet qui
tali rcōmendationi libenter non intereſſet/
Debet ergo religioſus libenter intereſſe cō-
pletorio propter cauſas iam dictas.

Capitulum cxii.et eſt xliii.regule;de his q
ad opus dei vel ad menſam tarde occurrerit

AD horā diuini officii mox
vt auditum fuerit ſignuʒ
relictis omibus quelibet fuerint
in manibus/ ſūma cum feſtina-
tione curratur/ cū grauitate ta-
men/ vt non ſcurrilitas inueni-
at fomitē/ Ergo nichil operi dei
preponatur/ Quod ſi quis ad no
cturnas vigilias poſt gloriā pſal
mi nonageſimi quarti/ quē pro-
pter hoc omino protrahendo et
moroſe volumus dici occurrerit/
non ſtet in ordine ſuo in choro:ſʒ
vltimus oīʒ ſtet/ aut in loco quē
talibus negligentibus ſeorſum
cōſtituerit abbas/ vt videatur ab
ipſo. vel ab omnibus/ vſqʒ dum
cōpleto opere dei publica ſatiſfa
ctione peniteat/ Ideo autem eos
in vltimo aut ſeorſum iudicaui
mus debere ſtare/ vt viſi ab omī-
bus/ vel pro ipſa verecundia ſua
emendētur/ Nam ſi foris oratori
um remaneat/ erit forte talis q̄
ſe aut recollocet et dormiat/ aut
certe ſedeat foris/ vel fabulis va-
cet/ ne detur occaſio maligno/ ſʒ
ingrediatur intus vt nec totum
perdat:et de reliquo emendetur/
Diurnis auteʒ horis qui ad op⁹
dei poſt verſum et gloriaʒ primi
pſalmi qui poſt verſum dicitur
occurrerit/ lege qua ſupius diximus
in vltimo ſtet loco/ nec pre
ſumat ſociari choro pſallentiuʒ/
vſqʒ ad ſatiſfactionem/ niſi forte
abbas licentiam dederit permiſ
ſione ſua/ ita tamen vt ſatiſfaci
at reus ex hoc. Ad horam vero re
fectionis qui ante verſum non
occurrerit/ vt ſimul oṁes dicāt
verſum et orent/ Et ſub vno ſi-
mul omnes accedant ad menſā/
qui per negligentiā ſuam aut vi
cium non occurrerit/ vſqʒ ad ſe-
cundam vicē propter id corripi-
atur/ Si denuo non emendaue
rit/ nō permittatur ad mēſe cōis
participationē/ ſed ſequeſtratus
a cōſortio omniū reficiat ſolus/
ablata ei portione ſua vini/ vſqʒ
ad ſatiſfactionem ꝛ emendatio-

nem. Similiter autez patiatur
qui ad illum verſum non fuerit
preſens. qui poſt cibum dicitur/.
Et ne quis preſumat ante ſtatu⸗
tam horam aut poſtea quicꝙ po
tus aut cibi preſumere. Sed et ſi
cui offertur aliquid a priore et ac
cipere renuerit/ hora qua deſide⸗
rauerit: hoc quod prius recuſauit
aut aliud omino non accipiat/ vſ
qꝫ ad emendationē congruam.

Ad horam ꝛc. Superius dedit ſanctus
pater doctrinā de diligenter perficien
do opus dei/ ꝛ de horis refectionis/. Et
quia ſepe contingit aliquos deficere in iſtis.
ne malū huiuſmodi neglīgētie remaneat im
punitū/ ſubiungit conſequenter penas quib⁹
tales tranſgreſſores puniendi ſunt/. Et ponit
prio legem/ ſecundo penā contra tranſgreſſo
res: dicit ergo primo (Ad horaz diuini officii
mox vt auditū fuerit ſignū relictis omnibus
quelibet fuerint ī manib⁹) que ſcꝫ ſine pericu
lo aut damno relinqui poſſunt/. Si enī ſerui⸗
ret quis infirmis aut hoſpiti/ aut prepararet
cibum aut extraheret vinū de dolio et huiuſ⸗
modi/ non valeret illa ſine diſpendio īmedia
te dimittere de manibus (Sūma cū feſtina⸗
tione curratur/ cum grauitate tamen vt non
ſcurrilitas inueniat fomitē) id eſt occaſionē
alicui⁹ leuitatis (ergo nichil operi dei prepo⸗
natur. Quod ſi quis) Hic ponit penā legis
tranſgreſſorib⁹ (ad nocturnas vigilias poſt
gloriam pſalmi nonageſimi quarti) qui eſt:
Venite exultemus dn̄o (quē propter hoc oī⸗
no protrahendo et moroſe volumus dici non
occurrerit/ non ſtet in ordine ſuo in choro/ ſed
vltimus omniuꝫ ſtet/ aut in loco quē talibus
negligentibus ſeorſū conſtituerit abbas/ vt vi
deatur ab ip̄o vel ab omibus/ vſqꝫ dū comple
to ope dei publica ſatiſfactiōe peniteat/. Adeo
autem eos in vltimo aut ſeorſuꝫ iudicauim⁹
debere ſtare/ vt viſi ab omibus vel pro ipſa ve
recundia ſua emendentur/. Nam ſi foris ora⸗
torium remaneant/ erit forte talis qui ſe aut
recollocet et dormiat/ aut certe ſedeat foris vl'
fabulis vacet/ ne detur occaſio maligno/ ſꝫ in
grediatur intro vt nec totuꝫ perdat/ et de reli
quo emendetur/. Diurnis autez horis qui ad
opus dei poſt verſū et gloriam primi pſalmi
qui poſt verſū dicitur occurrerit/ lege qua ſu⸗
pra diximus in vltimo ſtet loco/ nec preſumat
ſociari choro pſallentiū vſqꝫ ad ſatiſfactionē
/ niſi forte abbas licentiā dederit permiſſione
ſua/. Ita tamen vt ſatiſfaciat reus ex hoc. Ad
menſam autē qui ante verſuꝫ non occurrerit/
vt ſimul oēs dicant verſū et orent/ et ſub vno
om̄es accedant ad menſā/ qui per negligenti
am ſuā aut viciū non occurrerit/ vſqꝫ ad ſecū⸗
dam vicē pro hoc corripiatur/. Si denuo non
emendauerit non permittatur ad mēſe cōis
participationē/ ſed ſequeſtrat⁹ a conſortio oīꝫ
reficiat ſolus/ ſublata ei portiōe ſua vini vſqꝫ
ad ſatiſfactionē et emendationē/. Similiter
autē patiatur qui ad illum verſum nō fuerit
preſens qui poſt cibuꝫ dicitur/. Nec quiſꝙ pre
ſumat ante ſtatutā horā vel poſtea quicꝙ cibi
aut potus preſumere/. Sed et ſi cui offertur a
priore aliquid et accipere renuerit/ hora qua
deſiderauerit: hoc quod pri⁹ recuſauit aut ali
ud omino non accipiat/ vſqꝫ ad emendationē
congruā) Omia plana ſunt vnde expoſitiōe
non egent. Verū hec ſancti patris doctrina ꝛ
inſtructio aduerſ⁹ negligentes venire ad op⁹
dei puta ad oratoriuꝫ a ſanctis veteribus pa
tribus legitur emanaſſe/. Unde caſſianus li⸗
bro tertio inſtitutionuꝫ monachorū ita dicit.
/ Is vero qui ī tertia ſexta vel nona priuſꝙ cep
tus finiatur pſalm⁹ ad oratōnē nō occurrerit/
vlterius oratoriū introire non audeat/ nec ſe⸗
metipſū admiſcere pſallentibus/ ſed cōgrega
tionis miſſā ſtans pre foribus preſtoletur/ do
nec egredientibus cūctis ſub miſſa in terram
penitentia negligentie ſue vel tarditatis im
petret veniam/ ſciens nequaꝙ ſe poſſe deſidie
ſue noxam aliter expiare/ ſed nec in ea quidē
q̄ poſt tres horas erit ſecutura ſolennitas ad
mittendum/ niſi pro negligentia preſenti cō⸗
feſtim vera humilitate ſatiſfacere feſtinarit.
In nocturnis vero conuenticulis vſqꝫ ad ſe⸗
cundū pſalmū p̄bet tardādi dilatio/ ita vt dū
taxat anteꝙ finito eodē pſalmo frēs ī orōne
excubēt/ ſemetip̄m ꝯgregatōni inſerere atqꝫ
miſcere feſtinet/ eidē ꝓculdubio increpatōi ac
penitētie quā p̄diximꝰ ſubiciēd⁹/ ſi vltra preſti
tam dilationis horā vel modū retardauerit/.

Capitulum xliii. et eſt xliiii. regule: de his qui excōmunicantur quomodo ſatiſfaciant.

Qui pro grauioribuſ culpis ab oratorio et a menſa excommunicatur hora qua opus dei in oratorio percelebratur: ante fores oratorii proſtratꝰ iaceat nichil dicens niſi tantū poſito in terrā capite ꝓſtratus pronꝰ oīm de oratorio exeuntiū pedibus. et hoc tandiu faciat vſqȝ dū abbaſ iudicauerit ſatiſfactū eſſe. Qui dum iuſſus ab abbate venerit ꝓuoluat ſe ante pedes ipſius abbatis: deinde oīm veſtigiis fratrū vt orent pro eo. Et tūc ſi iuſſerit abbas recipiatur in choro vel ordine quo abbas decreuerit. Ita ſane vt pſalmū aut lectionem vel aliud quid non preſumat in oratorio imponere: niſi iterū abbas iubeat. Et omibus horis dū cōpletur opus dei proiciat ſe in terrā in loco quo ſtat: et ſic ſatiſfaciat vſqȝ dū ei iubeat abbas vt quieſcat iā ab hac ſatiſfactiōe. Qui vero ꝓ culpis leuibꝰ excoīcantur tantū a mēſa: in oratorio ſatiſfaciāt vſqȝ ad iuſſionē abbatiſ. hoc ſemꝑ faciāt vſqȝ dū benedicat: et dicat ſufficit.

Qui pro grauioribus ꝛc. Superius ſanctus pater poſuit qualiter deberent ſatiſfacere q̄ ad opus diuinū tarde occurrerint: Nunc ſubiūgit qualiter ſatiſfacere debeant etiā illi q̄ pro graui vel leuiori culpa excoīcant̃. Et diuiditur in duas ꝑtes. Primo ponit ſatiſfactionis formā eiꝰ qui ꝓ graui culpa eſt excoīcatꝰ. i. ſegregatꝰ a cōſortio alioꝝ ī oratorio et in menſa. Secūdo ponit formā ſatiſfactōis eoꝝ qui ꝓ leui culpa excoīcant̃. i. ſegregant̃ a menſa. De primo dicit ſic (Qui ꝓ grauioribꝰ culpis ab oratorio et a mēſa excoīcat̃ ſatiſfacturꝰ) ſupple eſt (hora qua opꝰ dei) id eſt diuinū officiū (in oratorio ꝑcelebrat̃: ante fores oratorii ꝓſtratꝰ iaceat nichil dicens niſi tm̄ poſito in terrā capite et ꝓſtratꝰ pronus oīȝ de oratorio exeuntiū pedibꝰ ſe proiciat) et hoc ideo vt ſicut ſe aliis ꝑ ſuꝑbiā ꝓtulit: ita ꝑ hūilitatē alioꝝ veſtigiis calcādū ſe p̄beat, q̄ res ꝑ quas cauſas naſcit̃ ꝑ eaſdē ſolui meret̃. (Et hoc tamdiu faciat vſqȝ dū abbas iudicauerit ſatiſfactū eſſe) Debet abbas vocare fratres in locū capituli fratre illo abſente, et conſulere illos an iuſtū ⁊ ratōnabile ſit vt frater ille poſt exhibitā hūilitatē p̄dictā quieſcat ab vlteriori ſatiſfactōe ⁊ abſoluat̃. ſi dixerit ꝙ ſic, vocandꝰ eſt frater ille corā oībus et abſoluat eū abbas. Et hoc eſt: vſqȝ dū iudicauerit ſatiſfactū eſſe. Sequitur (Qui duȝ iuſſus ab abbate venerit) ſcȝ ad capitulū (voluat ſe ipſius abbatis pedibus deinde oīȝ veſtigiis fratruȝ vt orent ꝓ ipſo) Debet enī ſilent̃ dicere orate ꝓ me patres, et q̈libet ei ſubmiſſa voce reſpōdeat, Indulgeat tibi oīpotens deꝰ. Sequit̃ (Et tūc ſi iuſſerit abbas recipiat̃ in choro vel ī ordine) .i. in loco (quo abbas decreuerit. Ita ſane) id eſt tamē (vt pſalmū aut lectionē aut aliud q̄d nō p̄ſumat ī oratorio īponere) .i. incipere (niſi iteruȝ abbas iubeat, et oībꝰ horis dū cōplet̃ opus dei ꝓiciat ſe ī terrā ī loco quo ſtat, et ſic ſatiſfaciat vſqȝ dū ei iubeat iterum abbas vt quieſcat iā ab hac ſatiſfactōe) Ubi nota ꝙ hic inducūtur quattuor partes in hac forma ſatiſfactionis eorum qui pro grauioribus culpis excōmunicantur. Prima eſt ꝓſtratio ante fores oratorii pedibus fratrū exeuntium. Secunda eſt prouolutio pedibus abbatis et fratrū veſtigiis cum petitione orationum et hoc cum vocatur ad capitulum.

Tertia eſt receptio ſiue ſtatio illius in loco humili deputato in oratorio cum abſtinētia ab inceptione pſalmorum lectionum ſeu reſponſoriorum. Quartū eſt proſtratio in terrā in fine horarū. Sequitur forma ſatiſfactionis eoruȝ qui pro leuibꝰ culpis excoīcant̃.

(Qui vero pro leuibus culpis excõicantur) id eſt ſeqſtrant (tantũ a menſa:in oratorio ſatiſfaciant) ſcʒ ſicut in pte dictũ eſt ĩ priori forma/videlʒ ꝙ tales pmanentes:tñ in loco ſuo in oratorio.nec pſalmũ.nec antiphonã debẽt imponere.nec lectõnẽ recitare/Itẽ in fine horarũ proicere ſe debent ĩ terrã ſicut superiꝰ eſt ordinatũ (et vſqʒ ad iuſſionẽ abbatis hoc faciãt).i.impleãt cõtinue (vſqʒ dũ abbas benedicat) ſignũ vel verbũ bñdictiõis dando/Dicit eñi ei abbas benedicat tibi deꝰ/qꝛ penitentiã tuã bene egiſti (Et dicat ſufficiat).ſ. nobis penitẽtia iſta quã egiſti:non facias eã amplius/Oĩa iſta plana ſunt q̃re non eſt opꝰ hic lõgiori ſermone.

¶ Capitulũ cxiiii.et eſt xlv.regule:de his qui falluntur in oratorio.

SI quis dũ pronunciat pſalmũ/aut reſpõſoriũ/aut antiphonã/vel lectionẽ fallit/niſi p ſatiſfactõnẽ ibi corã omibus humiliatus fuerit maiori vindicte ſubiaceat/quippe qa noluit humilitate corrigere/quod negligẽtia deliquit/Infantes vero p tali culpa vapulent.

SI quis dũ pñũciat ꝛc. Data doctrina de forma ſatiſfactionis pro grauioribꝰ quibuſcũqʒ culpis ordine congruenti/de illorum ſatiſfactione ſubiungit qui in oratorio pſallendo delinquũt dicẽs (Si quis dũ pronũciat pſalmum/aut reſponſoriũ/aut antiphonã/vl' lectionẽ fallit) ſiue fefellerit vt.ſ. chorũ perturbet (niſi per ſatiſfactionẽ ibi corã oĩbus humiliatꝰ fuerit maiori vindicte ſubiaceat) id eſt in capitulo obiurgetur ꝓclametur corã oĩbus. Et ſequitur cauſa (Quippe quia noluit humilitate corrigere quod negligentiã deliquit) Hic nota ꝙ inter fallentes in oratorio talis diſtinctio haberi poteſt/Aut eñi talis qui pronunciat pſalmuʒ aut reſponſoriũ facit fallere totũ chorũ/aut non facit fallere ſed conturbat alios/aut fallit ſine aliorum conturbatione/In primo caſu eſt cõ



ſuetudo apud aliquos vt tã ipſe q̃ chorus totus flectat genua/ita vt caput ponant in terram/In ſecũdo ſufficit vt ipſe ſolus flectat genua/abſqʒ eo ꝙ caput ponat in terrã./In tertio ſufficit/vt ſe flectat ſicut eſt conſuetudo cũ dicitur Gloria patri/De lectionibus vero q̃dam dant talem regulam/ꝙ debet eſſe deputatꝰ aliquis frater qui libros corrigat/lector vero ſi male legit in libro correcto/et poſtea p ſeipſũ recuperat emẽdãdo/nullã veniã petit./Alioqui ſecundũ diſcretionẽ ſuperioris ſatiſfacit/Si autem quod eſt in libro dicit/et liber correctus non eſt nullam veniam petit. (Sequitur (Infãtes vo pro tali culpa vapulent) /ſcilicet ſi nõ ſatiſfecerint poſtq̃ fefellerũt/vel ſi eorum magiſter pro taliuʒ culpe aut negligẽtie magnitudine illos dignos iudicauerit flagellis poterunt vapulare/nõ tamen in eccleſia/aut in capitulo/ſed in ſcholis eorum. Omnia plana ſunt.

¶ Capitulum cxv.et eſt xlvi.regule de his q in aliis quibuſlibet rebus delinquunt.

SI quis dum in labore quouis/in coquina/in cellario/in miniſterio/in piſtrino/in orto in arte aliqua duʒ laborat/vel in quocũqʒ loco aliquid deliquerit/aut fregerit quippiã/aut perdiderit/vel quid exceſſerit vbiubi/et non veniens cõtinuo ante abbatem vel congregatõnẽ ipſe vltro ſatiſfecerit et prodiderit delictum ſuum/dum per aliũ cognitum fuerit/maiori emendationi ſubiaceat/Si anime vero peccati cauſa fuerit latens/tantum abbati aut ſpiritualibus ſenioribus patefaciat/qui ſciant curare ſua vulnera/et aliena:non detegere ac publicare/

SI quis dum in labore ꝛc. Aſſignata in
precedenti capitulo ſatiſſactõis forma/
pro defectibus cõmiſſis ĩ oratorio/ Cõ
ſequent̃ ſubdit ſãct⁹ pr̃ modũ ſatiſfaciendi p-
defectibus cõmiſſis in aliis rebus ſiue in offi
ciis./ Et diuiditur in duas partes. In prima
agit de emendatione culpaꝝ/ que cõmittunt̃
in aliquo ope exteriori. In ſecũda de curatio
ne culparũ que interius ĩ aĩo ſolũ permanet
Circa prima partẽ dicit ſic (Si quis duꝫ in
labore quouis/ in coquina/ in cellario/ in mini
ſterio/ in piſtrino/ in orto/ in arte aliqua dum
laborat vel in quocũqꝫ loco aliquid delique-
rit) ſcꝫ per incuriã peccauerit/ attinere videt̃
ad illud quando aliquid ſic verſatur vt recol
ligi non poſſet/ ſicut vinũ oleũ et huiuſmodi/
(aut fregerit quippiã/ aut pdiderit/ aut aliud
quid exceſſerit) cũ excedere ſit methã ſiue mo
dum tranſire/ excedere attinet ad exceſſum in
ꝟbo/ aut in inceſſu inhoneſto/ aut in ſonitu ĩ-
moderato tempore ſilencii/ ſicut cum aliquid
de menſa eius negligentia ceciderit qđ ſoni-
tum cunctis audientibus faciat/ et ſimilia in
quib⁹ quis videatur modũ exceſſiſſe (vbiubi)
id eſt in quocũqꝫ loco aut opere hoc contige-
rit (et non veniens continuo) non quidẽ illi-
co opere dimiſſo: ſed obedientia ſiue opere cõ
ſũmato (ante abbatem) ſupple ſolũ in mino-
ribus delictis vel exceſſibus et veniaꝫ petere/
(vel congregationẽ) et hoc in maiorib⁹ exceſ
ſibus culpis aut damnis/ q̃ cõgregationẽ tur
bare aut ſcãdaliſare poſſent/ que cũ pro exceſ-
ſu ſine iudicio dimitti non debeant/ ante con
gregationẽ ab abbate venia petenda eſt/ Ab
bas autẽ ſecundũ qđ culpe exceſſũ ꝛ intentio
nem peccantis cognouerit/ ita extendere aut
dimittere debet iudiciũ (Ipſe vltro) id eſt ſpõ
te (ſatiſfecerit et prodiderit delictũ ſuũ) Se
quitur (Dum per aliũ cognitũ fuerit maio-
ri ſubiaceat emẽdatiõi) ſupple/ ꝙ ſi per ſe nul
lo alio deferente aut proclamante denunciaſ
ſet ſiue manifeſtaſſet/ Hoc tamen ſane intel-
ligendũ eſt/ ne detur locus inuidis et maliuo
lis/ Multi enĩ maliuoli accuſatores fratruꝫ
ſuorũ potius q̃ emendatores erroꝝ/ videntes
damnũ et exceſſũ factũ antecedere poſſẽt ad
annunciandũ abbati/ quatinus ille qui exceſ-
ſit maiori vĩdicte ſubiaceat/ qꝛ regula dicit dũ
per alium cognitum fuerit maiori ſubiaceat
emendationi./ Non ergo hoc eſt accipienduꝫ
quando denunciatio et proclamatio fit ante
tempus venie petende/ hoc eſt anteq̃ frater q
exceſſit ab opere ſiue obedientia ceſſauerit/ ſi-
ue ante capitulũ diei ĩmediate ſequentis ex-
ceſſũ factum/ ſiue cum fit denunciatio per ali
um ante temp⁹ ſtatutũ ab abbate. Ubi mos
eſt ꝙ ab abbate tempus determinatũ inſtitui
tur/ in quo fratres de huiuſmodi exceſſib⁹ ve-
niam petant/ qui autẽ prefatis temporibus
veniã non petierit/ et poſtea alter denuncia-
uerit abbati/ tunc ille qui neglexit veniã pete
re: debet merito ſubiacere maiori vindicte.
Sequitur (Si aĩe vero peccati cauſa fue-
rit latens/ tantuꝫ abbati aut ſpiritualibus ſe
nioribus patefaciat/ qui ſciãt curare ſua et ali
ena vulnera non detegere et publicare) Hec
eſt ſecunda pars capituli. Et eſt ſẽſus./ Si ta
le fuerit delictũ cõmiſſum aut exceſſus/ ꝙ ad
nullius alterius attinet damnũ/ ſed ad ſeipſũ
ſolum pertinet/ huiuſmodi nõ palã ſed abba-
ti tantũ aut ſeni probatiſſimo tanq̃ vuln⁹ ſa
nandũ aperiendũ eſt/ Nam vt ait ambroſius
ſuper p̃s. xxxvii./ Peccatorũ morb⁹ inardeſcit
dũ tegit̃/ euaporat̃ aũt ſi cõfeſſori pditur/ Un̄
confeſſio vt ait Auguſtin⁹ eſt per quam mor
bus latens ſpe venie aperitur/ De hac mate
ria plura notata ſũt superi⁹ circa quintũ gra
dũ huilitatis/ q̃re ſupſedemus ab vlteriori ſer
mone breuitatis cauſa. Sꝫ aduertẽdũ ꝙ du-
as hic ſctũs pat̃ cõditiones aſſignat/ quas ab
bas ꝛ ſpũales ſeniores ſiue patres habere de
bent/ qui huiuſmodi peccatorũ confeſſionib⁹
audiendis deputantur./ Pria eſt ſcientia cu
rationis cũ dicit/ q ſciant curare ſua ꝛ aliena
vulnera. De quo dicit ſic origenes ſuper p̃s.
xxxvii. Circũſpice primũ diligenti⁹ cui debe-
as confiteri pctm̃/ pba pri⁹ medicũ cui debeaſ
lãguoris exponere cauſã/ q cõpatiẽdi ꝛ delẽdi
nouerit diſciplinã. Et Augu⁹. Qui pctã ſua
confiteri vult vt inueniat gratiã/ ſacerdotẽ q̃
rat ligare et ſoluere ſciẽtẽ/ ne cũ circa ſe negli
gẽs extiterit ãbo ĩ foueã cadãt./ Scđa eſt vt
teneat que audierit in cõfeſſione ſemp in ſe-
creto cum dicit/ Non detegere et publicare.
Leo papa./ Sacerdos ante omnia caueat/ ne
de his que confitentur ei peccata recitet ali-
quando alicui/ qđ ſi fecerit deponatur/ et oĩb⁹
dieb⁹ vite ſue peregrinãdo pgat ignominioſe/
/ Et innocentius in capitulo. Omis vtriuſqꝫ
ſexus. extra de pe. et remiſ. dicit ſic./ Caueat

autem oīno.ſcilꝫ confeſſor/ne verbo.aut ſigno
aut aliquo quouis modo.prodat aliquaten⁹
peccatorē/ſed ſi prudentiori conſilio indigue
rit/illud abſqꝫ vlla expreſſione perſone caute
requirat/quoniā qui peccatū in penitentiali
iudicio detectū preſumpſerit reuelare/non ſo
lum a ſacerdotali officio deponendū decreui
mus/verūctiā ad agendā perpetuā peniten-
tiā in artū monaſteriū detrudendum.

¶ Capitulū cxvi.et eſt xlvii.regule de ſignifi
canda hora operis dei.

**N**Unciāda hora operis dei
die noctuqꝫ ſit cura abba-
ti:aut ipſe nūciare/aut tali ſolli-
cito fratri iniūgat hāc curam/vt
oīa horis cōpetētib⁹ cōpleāt/Pſal
mos aūt vel ātiphonas poſt ab-
batē ordīe ſuo:qb⁹ iuſſū fuerit i-
ponāt/Cantare aūt aut legere
nō pſumat/niſi q̄ pōt ipꝫ officiū
iplere/vt edificētur audiētes/Qd
cū hūilitate/et grauitate/ac tre-
more faciat/ꝛ cui iuſſerit abbas

**N**Unciāda hora ꝛc.¶ Superius ſanct⁹
pater egit de ſatiſfactione eorū qui fal
lunt in opere dei/Et quoniā magnus
defectus eſt ſi non omīa debitis et congruen
tibus horis fiant/ſubdit conuenientiſſime ſā
ctus pater de cura habenda ſignificādi et de-
nunciandi horā debitā/qua opus dei agendū
ſit.i.diuinū officiū ſic dicens.Nunciāda ho
ra ꝛc.¶ Et diuidi poteſt hoc capitulꝫ in duas
partes/ſecundū quod duo officia videtur de-
ſcribere duorū officialiū videlꝫ ſacriſte/ꝛ tabu
larii/De prio dicit ſic(Nunciāda hora ope
ris dei die noctuqꝫ ſit cura abbati/aut ipe nū
ciare/aut tali ſollicito fratri iniungat hāc cu-
ram vt omīa officia horis competentibus cō
pleantur)Hec vero cura coīter deputatur ſa
criſte qui fratres excitare et conuocare habet
ad horas dicendas/et vt ait ſctūs pater ſolli-
citus maxime eſſe debet/non piger/non ſōno
lentus/ſūmā diligentiā habens vt diuinū of
ficiū aliaqꝫ omīa officia horis conueniētib⁹
expleantur/Ad quarū horaꝝ denunciationē
certiorē faciendā/horologiū debet eſſe in mo
naſterio non precioſitate aut curioſitate no-
tabile:ſed veritate laudabile.Sequit(Pſal
mos aūt vel antiphonas poſt abbatē ordine
ſuo quibus iuſſum fuerit imponāt)Hoc lo-
co videtur nobis ſanctus pater deſcribere of-
ficiū tabularii/Debet enī frater conſtitui in
conuentu/qui diſcrete et ordinate ſciat deſcri
bere fratres qui apti ſunt ad incipiendū pſal
mos et antiphonas et cantandū reſponſoria
et legendū lectiones ſicut in feſtis ſiue in pro
feſtis diebus/Per hoc autē qḋ dicit poſt ab-
batē/nulla neceſſitas cantandi abbati impo
nitur/ſed magis iudicio noſtro ipſe a tabula
huiuſmodi officiorū intelligit̄ exemptus pro
pter curā regiminis/et quia ſepe cum hoſpi-
tibus occupatus diuino officio regulariter ī
tereſſe non poterit(Sequitur(Cantare au-
tem aut legere non preſumat niſi qui poteſt
ipſū officiū implere vt edificentur audiētes)
Hoc eſt qḋ in ſuperiorib⁹ in capitulo xxxviii
huius regule dictū fuit/ꝙ fratres non per or-
dinē legant ſed qui edificent audientes(qḋ
cū humilitate et grauitate et tremore fiat:et
cui iuſſerit abbas)In quibus verbis quattu
or ſāctus pater ponit ad hoc ꝙ pſalmodia di
ſcipuli ſit deo grata.¶ Primū eſt vt pſallatur
deo cū humilitate cordis/¶ Secundo cū gra-
uitate et diſciplina exterioris compoſitionis
que atteſtatur mentis attentionē.¶ Tertio
cū tremore reuerentia et deuotione.¶ Quar
to cū obediētia ſui ſuperioris/Quia vero de
iſtis tā circa capitulꝫ xix regule ꝙ circa alia
plura loca extenſo ſermone notata ſunt bre-
uiter nos in hoc loco expedimus.

¶ Capitulum cxvii.et eſt xlviii.regule de ope
re manuū quotidiano:vbi agitur de decē ma
lis que anime facit ocioſitas.

**O**Cioſitas inimica eſt aīe.
Et ideo certis temporibus
occupari debent fratres in labo-
re manuū/certis iterū horis in le
ctiōe diuina(Ideoqꝫ hac diſpoſi-
tione credimus vtraqꝫ tempora
ordinari/id eſt vt a paſca vſqꝫ ad
kalendas octobris mane exeun-
tes a prima.vſqꝫ ad horam pene

quartā laborent quod neceſſari-um fuerit. Ab hora autē quarta vſqȝ ad horā quaſi ſextā lectioni vacent. Poſt ſextā autem ſurgē tes a menſa pauſent in lectis ſu is cum omī ſilētio / aut forte qui voluerit legere. ſibi ſic legat vt ali um non inquietet / Et agatur no na temperius mediante octaua hora / et iterum quod faciendū ē operētur vſqȝ ad veſperā. Si au tem neceſſitas loci aut pauper-tas exegerit / vt ad fruges colligē das per ſe occupentur non cōtri ſtentur / quia tunc vere monachi ſunt: ſi labore manuū ſuarū vi uunt: ſicut et patres noſtri ⁊ apo ſtoli / Omīa tamē menſurate fi ant ꝑpter puſillanimes. ¶ A ka lendis autem octobris vſqȝ ad ca put quadrageſime vſqȝ ad horaȝ ſecundā plenam lectioni vacent / Hora ſecunda agatur tertia: et vſ qȝ ad horā nonam omēs in opus ſuū laborent quod eis iniungit᷑. / Facto autē primo ſigno hore no ne / diſiungāt ſe ab opere ſuo ſin-guli: et ſint parati dū ſecundū ſi gnum pulſauerit / Poſt refectio-nem autem vacent lectionibus ſuis aut pſalmis. ¶ In quadrage ſime vero dieb⁹ a mane vſqȝ ad tertiam plenā lectioni vacent: ⁊ vſqȝ ad decimā plenā operentur quod eis iniūgitur / In quib⁹ die b⁹ quadrageſime accipiant om-nes ſigulos codices de bibliothe-ca: quos per ordinem / ex integro legant / Qui codices ī caput qua drageſime dandi ſunt / Ante oīa ſane deputētur vnus aut duo ſe niores / qui circūeant monaſteri um horis quibus vacant fratres lectioni: et videant ne forte inue niatur frater accidioſus / qui va-cet ocio. aut fabulis / et non eſt in tentus lectioni / et non ſolum ſibi inutilis eſt ſed etiam alios extol lit / Hic talis ſi quod abſit reper-tus fuerit / corripiatur ſemel ⁊ ſe cundo / ſi non emendauerit: corre ptioni regulari ſubiaceat / et tali ter vt ceteri metum habeant / Ne qȝ frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus / Domi-nico die lectioni vacent omnes / exceptis his qui variis officiis de putati ſunt / Si quis vero ita ne gligēs et deſidioſus fuerit / vt nō velit aut nō poſſit meditari aut legere / iniungatur ei opus quod faciat vt nō vacet / Fratrib⁹ infir mis vl' delicatis. talis opa aut ars iniūgat᷑: vt nec ocioſi ſit nec vio lētia laboris opprimant᷑ vt effu-gent᷑ / Quorū imbecillitas ab ab bate conſideranda eſt.

Ocioſitas inimica eſt aīe ⁊c. / Poſtꝗ ſu-peri⁹ ſctūs p̄r egit de horis cōpetētib⁹ qb⁹ dīne laudes explēde ſūt: nūc ſubdit de ho ris quib⁹ diſcipul⁹ opib⁹ manuū / aut diuinis

lectõibꝰſiue meditatõnibꝰ debet eſſe intentꝰ/
Et diuiditur hoc capitulū ī octo partes. In
prima ponit cauſam/quare huius ſchole diſci
pulus debeat vitare et fugere ocioſitatem/
Secundo diſtinguit totū annū in tria tem
pora/ſecundū que fratres operi manuū/lecti/
oni et orationi et aliis horis/⁊ plus aut minꝰ
intendere debent/ Primum tempus eſt a pa
ſca vſq3 ad kalendas octobris/Secundum a
kalendis octobris vſq3 ad caput quadrageſi/
me/ Tertiū eſt tempꝰ quadrageſime. Ter
tio pro maiori obſeruatione huiuſ inſtituti p
cepit deputari certos officiales/qui ſuperin/
tendere debeant ſi quis ſit huius inſtituti ne
glector. Quarto adiungit penā tranſgreſ
ſoribus. Quinto ponit mandatū tenende
taciturnitatis tempore laborū et lectionum.
Sexto ponit ꝙ die dñico maxime lectioni
vacandū ſit. Septimo quid agendū ſit de
nolentibus aut non potentibus lectioni aut
meditatõi vacare. Octauo qualiter in ope
ribus manuū debiles et delicati ſint tractādi/
Cauſam autē propter quā ocioſitas fugiēda
eſt aſſignat dicens. Ocioſitas inimica eſt aīe
Ubi notandū ꝙ inter alia/decē mala potiſ
ſime oriuntur ex ocioſitate/propter que meri
to ſactus pater ocioſitatē aīe inimicā appel/
lat. Primo enī ocioſitas excecat intellectū
anime. Hugo ī libro de clauſtro anime/Oci
um ſtultitiā/labor ſcientiam generat. Hinc
prouerbiorū xviii. dicitur. Qui ſectatur ociū
ſtultiſſimus eſt/et vere ſtultiſſimns/quia ſtul
titia eſt rerum appetendaru3 ⁊ vitandarum
non quelibet ſed vicioſa ignorantia/ Ait Au/
guſtinus libro de libero arbitrio in fine/Be/
ne ſtultus eſt ocioſus quia non declinat vitā/
da/ſtultitior quia nō deſiderat appetēda nec
colligit merita:ſtultiſſimus quia cumulat et
theſauriſat ſibi eterna ſupplicia. Secundo
ocioſitas virtutes aīe et potentias debilitat
et eneruat:ſicut teſte beato Ambroſio/Anime
fortitudo exercitatione ſolidatur/Seneca li/
bro declamationū. Emollit ociu3 vires ſicut
rubigo ferrū. Tertio ocioſitas ingeniū ani
me ebetat/Sicut enī ferrū in ocio conſtitutū
rubiginē contrahit/et vitis nō culta in labru
ſtam ſilueſcit:ita torpore deſidie ingenii nobi
litas obfuſcat et ebetatur illius acumen / Et
ad idem eſt Seneca in quadā epiſtola dicēs
Ocium quaſi rubigo facultatē ingenii ſiccat/

Quarto ocioſitas affectū aīe corrumpit.
Queadmodū enī aque niſi moueantur vici/
um corruptionis incurrūt/ſecundū illud oui/
dii. Et capiunt viciū ni moueantur aque:ita
ocioſitas parit ī aīa corruptionē affectꝰ. Vn̄
bernar. ad fratres de monte dei. Oī3 tempta
tionū et cogitationū malarū ⁊ inutiliū ſenti/
na eſt ociū/eccleſiaſtici xxxiii. Multā maliciā
docuit ocioſitas/ Hoc patuit in rege dauid q
remeans de bello/ocioſus incidit in adulteri
um/et poſtea ī homicidiū. ii. regū xii. Similit
ſalomon occupatꝰ in edificatione tēpli ſctūs
fuit et bonꝰ:ī ſenectute vo ocioſꝰ ita deprau a
ta eſt aīa eiꝰ p mulieres alienigenas/vt pha/
na idolis edificaret. tertio regū ii. Quare be
atus Gregoriꝰ ī moralibꝰ tractās illud/In de
ſideriis eſt oīs ocioſꝰ:dicit. Semp eſt ergo ali
quid agendū/ne ager pectoris noſtri ceſſante
manu malarū cogitationu3 ſentibꝰ occupet/
Et hieronꝑ. Semp fac aliqd operis vt diabo
lus te inueniat occupatū / nō enī facile capit
a diabolo/q bono vacat exercitio/Ait enī caſ/
ſianꝰ vbi ſupra/hanc patrū eſſe ſententiā ope
rantē monachū vno demone pulſari / ocioſū
vero innūeris ſpiritibꝰ deuaſtari/ Quito oci
oſitas eſt inimica virtutū. Bernar. li. de cōſi
deratione/ Fugiēda eſt ocioſitas que eſt mat
nugarū et nouerca virtutū/ Ipſa eī eſt q̄ virū
fortē fortiſſime p̄cipitat in reatū/facit eī ſuf/
focare virtutē/nutrire ſupbiā/et viā cōſtitue/
re ad gehēnā/ Seneca. Sūt quorū corpꝰ ⁊ in
mille facinorū furias mens ocioſa diſcurrit.
Sexto ocioſitas eſt oī3 bonoꝝ acqſitorū cō
ſuptiua/ Hieronꝑ/ Nichil ī ſctō pposito ocio
deteriꝰ eſt/qd non ſolū nō acqrit noua ſ3 etiā
parta conſumit/ſancte vite ratio pceſſu gau/
det ⁊ creſcit:ceſſatiōe torpeſcit ⁊ deficit/ Quo
tidianis accreſcentibꝰ virtutū incremētis in
ſtauranda mens eſt:/⁊ viuendi hoc iter nō de
tranſacto ſed de reliquo metiendū eſt. Sep
timo ocioſitas hominē pauperē facit et ege/
num. Prouerbiorū xxviii. Qui ſectatur oci
um replebitur egeſtate/ ſcilicet ⁊ temporali ⁊
ſpirituali. quia vt ait Caſſianus libro decio
inſtitutionum / Neceſſe eſt ocioſum queꝙ et
diuerſis viciis inuolutū teneri/et alienū ſem/
per exiſtere a contemplatõne dei vel diuiciis
ſpiritualibꝰ/de qbus beatus apoſtolꝰ inquit/ī
omibꝰ diuites facti eſtis in omni verbo et in
oī ſcientia. Et Ambroſius. Nullꝰ fructꝰ ocii

immo magis diſpēdiū. Ocioſus eſau amiſit
primitus benedictōnē quia maluit cibum ac
cipere ꝙ̄ querere. Octauo ocioſitas parit
aīe ignominioſa peccata. Dicit Auguſtinus
ꝙ ocioſitas ſine dei timore mgr̄a nequicie eſt
Eze.xvi. Hec eſt iniq̄tas ſororis tue ſodome
abundantia panis et ociū. Criſoſtomus ome
lia xxxiiii. Viciū fornicationis facile ex vacā⸗
tia et ocio naſcitur. Nam qui ſollicitudinibꝰ
habet animū occupatū non facile fornicatio
ni operā dabit. yſidorꝰ li. de ſūmo bono. Ser⸗
uum dei ſine intermiſſiōe legere. orare. et ope
rari oportet ne forte mentē ocio deditā ſpiri⸗
tus fornicationis ſurripiat. Cedit enī labori
voluptas animū autē vacantē cito p̄occupat
Et Ouidius de remedio amoris. Ocia ſi tol
las periere cupidinis artes. Cedit amor rebꝰ
res age tutus eris. Nono ocioſitas aīaꝫ di
gnam maledictōe reddit. Unde luce xii. dn̄s
legit̄ maledixiſſe ficulnee quia erat ſine fru⸗
ctu. Decimo ocioſitas ſpoliat ⁊ priuat aīaꝫ
futura gloria. Quia vt ait Ambroſius Non
dormientibus non ociantibus ſed vigilanti⸗
bus pollicent̄ premia. Et leo papa. Non dor
mientibus prouenit regnuꝫ celoꝝ nec ocio et
deſidia torpentibus beatitudo eternitatis in
geritur. Unuſquiſqꝫ enī vt ait apoſtolus ſecū
dum ſuū laborē mercedē accipiet. Labor enī
vt ait glo. ſuper pſalmū ciiii. eſt preciuꝫ regni
dei quo ipſū emitur. In cuius figura legitur
numeri xxxii de filiis ruben ⁊ gad. quia volu
erunt morari in campo et viuere ocioſe circa
Iordanem non meruerunt intrare terrā pro⸗
miſſionis; ſic erit de ocioſis. Unde xp̄s hoc vi
cium reprehendens math. xx dicit. Quid ſta
tis hic tota die ocioſi? Ite in vineam meaꝫ et
quod iuſtuꝫ fuerit dabo vobis. Et infra dicit̄
voca operarios et redde illis mercedē. Aſſi
gnata cauſa ocioſitatis concludit propoſituꝫ
dicens (Et ideo certis temporibus occupari
debent fratres in labore manuū; certis iterū
horis in lectione diuina) Ut enī ait caſſianꝰ
li. x. inſtitutionū. Superioribus exemplis p̄
egyptum patres eruditi nullo modo ocioſos
monachos ac precipue iuuenes ſinunt. Tan
git autem in hoc loco beatus benedictus du⸗
as vitas/ actiuam ſcꝫ et contemplatiuaꝫ. In
labore manuū deſignat actiuā. per lectōnem
vero vitā deſignat contemplatiuā; quarum
vtraqꝫ diſcipulo huius ſchole eſt neceſſaria.

Dicit enī beatus Auguſtinꝰ in libro de ciui⸗
tate dei. Non debet quiſqꝫ ſic eſſe ocioſus vt
in eodem ocio vtilitatē non cogitet proximi,
nec ſic actuoſus vt contemplationem non re
quirat dei. Quia autem actiua vita prior eſt
tempore ꝙ̄ contemplatiua; vt ait Gregorius
ſuper ezechielem / quia ex bono opere tendit̄
ad contemplationem: ſanctus pater Bene⸗
dictus ordinē congruentiſſimū poſuit, quan
do primo egit de labore et exercitio manuū,
et ſubſequenter de meditatione ſacrarū lecti
onuꝫ. Ut enī ait Bernardus in ſermone aſ⸗
ſumptionis dn̄e noſtre, prior nata martha vi
detur; ⁊ ſalutis inicium ſibi magis actō ꝙ̄ cō
templatio vendicat. Laudat xp̄s mariam ſꝫ
a martha ſuſcipitur, amat rachelem iacob, ſꝫ
lya ignoranter ſupponitur. Sequitur ſecū
da pars capituli (Ideoqꝫ hac diſpoſitione cre
dimus vtraqꝫ tempora ordinari/ id ē vt a pa
ſca vſqꝫ ad kalendas octobris mane exeūtes
a prima vſqꝫ ad horam pene quartam labo⸗
rent quod neceſſariuꝫ fuerit. Ab hora autem
quarta vſqꝫ ad horam quaſi ſextā lectioni va
cent. Poſt ſextā autē ſurgentes a menſa pau
ſent in lectis ſuis cum omi ſilentio) Tale ſi⸗
lentium iubet in meridie obſeruari, quale et
in nocte. q̄a om̄e ſilentiū quod obſeruanduꝫ
eſt nocturnis horis vnum et idem ſignificat,
(Aut forte qui voluerit legere ſic legat) id eſt
ſubmiſſe (vt alium non inquietet. Et agatur
nona temperius) id eſt citius (mediāte octa⸗
ua hora) id eſt in illo medio, quod eſt inter di
midiam octauam et inceptionē none ſurgāt
fratres et nona cantetur (Et iterum quod fa
ciendum eſt operentur vſqꝫ ad veſperam)
Sequitur (Si autem neceſſitas loci aut
paupertas exegerit vt ad fruges colligendas
per ſe occupentur: non cōtriſtentur. quia tūc
vere monachi ſunt ſi labore manuum ſuaruꝫ
viuunt ſicut et patres noſtri et apoſtoli) Pa
tres hic dicuntur qui preceſſerūt ante aduē
tum filii dei in carnem, cuiuſmodi fuerūt pa
triarche prophete. Unde dictum eſt protho⸗
parēti noſtro gen̄. tertio. In ſudore vultꝰ tui
veſceris panē tuo. Et patriarcha iacob de ſe
et filiis ſuis ait ad regē pharaonē. gen̄. xlvi.
Uiri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia no
ſtra vſqꝫ ad preſens: et nos et patres noſtri.
Uel p̄res dicunt̄ q̄ ī monaſtico ordine p̄batiſ⸗
ſimi floruerūt; ſicut paulꝰ primus heremita.

Antonius/hylarion/ſiluanus ꝛc. qui omnes
victū ſibi labore manuuꝫ conquirebant. Vñ
de beato prefato paulo heremita legitur/ li. x
inſtitutionū ꝙ labore manuū victū ſibi que-
rēs/ dicebat ſine opere manuū nec vere poſſe
monachū perdurare/nec ad perfectū culmen
aliquando aſcendere/ Item de antonio legit
in vitis patrū/ ꝙ cum angelus ei apparuiſſet/
nunc operans nunc orans ait ad beatum an
toniū: ſic fac et viues/et ſic de aliis patet/ Nā
vt ait hieronym⁹/ Egypcioꝝ monaſteria hūc
morem obſeruant/vt nullū abſqꝫ opere et la-
bore ſuſcipiant/ De apoſtolis etiā planuꝫ eſt/
ꝙ labore manuū ſibi victū queſierunt/ſecun-
dū illud prie corin. iiii./ Laborauimus operā
tes manibus noſtris/ Unde beatus petr⁹ pri
ceps apoſtolorū qui omīa reliquerat cū cete-
ris apoſtolis rediit ad piſcationē poſt reſurre
ctionē dñi: vbi Gregorius ait/ Negociuꝫ qd
ante conuerſionē ſine peccato extitit: poſt cō-
uerſionem culpa repetere non fuit/ Item de
paulo apoſtolo manifeſtū eſt/ꝙ labore manu
um ſibi victū querebat qui ait ii. theſſalo. iii.
/Ipſi eni vos ſcitis/ꝗadmodum oporteat imi
tari nos qui non inquieti fuimus inter vos:
nec gratis panem mādu cauimus ab aliquo/
ſed in labore et fatigatione nocte ꝛ die operā
tes/ne quē veſtrum grauaremus/ De beatiſ
ſima etiam virgine/teſtatur Hieronymus/ꝙ
colo et acu ſibi et filio victū querebat. Sed
aduertenduꝫ ꝙ hoc quod dicit ſanctus pater/
ꝙ tunc vere monachi ſunt/quādo labore ma-
nuum ſuarū viuunt: non eſt ſic accipiendū/ꝙ
non ſint vere monachi dicendi/qui non labo-
re manuum ſuarū/ſed de bonis aut de benefi
ciis aliorū viuunt: lectioni ꝛ contemplationi
vacantes/ Cum ipſe ſanctiſſimus pater Be-
nedictus vt refert beatus gregorius in ſecun
do dialogorū/tribus annis in ſpecu perma-
nēs de his que a romano monacho miniſtra
bantur refectus eſt: ꝛ tamen validus corpore
non legitur de labore manuū victū queſiuiſ-
ſe/ De monachis etiā qui predicationis offi-
cio inſiſtunt/aut miniſtri altaris ſicut dicit be
atus Auguſtinus in libro de operibus mona
chorum/ Si euangeliſte ſūt fateor habent po
teſtatem viuendi de ſumptibus fideliū/ſi mi
niſtri altaris diſpenſatores ſacramentorū/hī
ſibi iſtam non arrogant ſed plane vendicant
poteſtatē/ Sed pro eo/viuentes de labore ma

nuum ſuarū dicuntur vere monachi: quia in
hoc imitātur veteres patres/a quibus mona
ſtici ordinis diſciplina p̄rio videtur emanaſ-
ſe/apud quos quaſi regularis mos fuit de la-
bore manuū viuere/ Unde hieronymus vt ſu
pra inductū eſt dicit/in epiſtola ad ruſticū mo
nachum./ Egypciorū monaſteria hunc tenēt
morem/vt nullum abſqꝫ opere et labore ſuſci
piant/non tantū propter victus neceſſitatem
ꝗ̄ propter aīe ſalutem: ne vagentur pernicio
ſis cogitationibus / Et bernardus in quadā
epiſtola/ Labor et latebre/et voluntaria pau-
pertas hec ſunt monachorū inſignia: hec vi-
tam ſolent nobilitare monaſticam. Sequit
(Omīa tamen menſurate fiant propter pu-
ſillanimes) id eſt debiles et parue ꝟtutis ſeu
parui animi/quibus iniungend⁹ eſt labor mo
deratus/ Sequitur (A kalendis autem octo
bris vſqꝫ ad caput quadrageſime vſqꝫ in ho-
ram ſecundā plenā lectioni vacent./ Hora ſe
cunda agatur tertia / et vſqꝫ ad horā nonam
omēs in opus ſuū laborent quod eis iniungi
tur/ Facto autē primo ſigno none hore diſiū-
gantur ab opere ſuo ſinguli) id eſt relinquāt
opera ſua( Et ſint parati dū ſecundū ſignuꝫ
pulſauerit. Poſt refectionē autē vacent lecti
onibus ſuis aut pſalmis) ſecundū ydoneita-
tem vniuſcuiuſqꝫ: quia quidam ſunt magis
idonei ad pſalmodiā quidā vero ad lectionē.
/ Ubi nota ꝙ tria ponit in quibus vita reli
gioſi verſari debet videlicet/orationem/lectio
nem/ꝛ laborem manuū/ De iſtis tribus dicit
yſidorus libro de ſūmo bono/ Seruū dei ſine
intermiſſione legere orare et operari oportet
Sequitur (In quadrageſime vero diebus a
mane vſqꝫ ad tertiā plenā lectionib⁹ ſuis va-
cent. et vſqꝫ ad decimā horā plenam operent
quod eis iniungitur) Iſta autē ita adimplen
da ſunt/vt obſeruetur quod dictū eſt ſuperius
in capitulo xli./ Uidelicꝫ ꝙ in quadrageſima
vſqꝫ ad paſca ad veſperā reficiant/ipſa tamē
veſpera ſic agatur vt lumine lucerne non in-
digeant reficientes ꝛc. Sequitur (In quibus
diebus quadrageſime accipiant omēs) ſcilꝫ q
apti ſunt ad legendū (codices ſingulos) Ita
ꝙ ſingulis ſinguli tradantur vnicuiqꝫ ſecun-
dū capacitatem intelligentie ſue/vt non duo
in vno libro ad legendū conuenire oporteat/
ne pretextu cōmunis lectionis inter eos leui
ores fabule miſceantur ( De bibliotheca) id

eſt de loco cõmuni in quo libri reponũtur ad
cuſtodiam(quos ꝑ ordinẽ/ex integro legãt)
¶ Ubi tria notat ſanctus pater in lectiõe libro
rum obſeruanda ad hoc vt lector ex lectõne ꝓ
ficiat. ¶ Primũ eſt lectionis certitudo ſiue
determinatio cum dicit quos/ Non eni vaga
⁊ incerta habenda eſt lectio:ſed certis incũbẽ
dum eſt ſtudiis/quia vt ait bernardꝰ/ Fortui
ta et vaga lectio ⁊ quaſi caſu reperta non edi
ficat/ſed reddit animũ inſtabilẽ/et leuiter ad⸗
miſſa leuiter recedit a memoria: ſed certis in
geniis imorandũ eſt ⁊ aſſuefaciendus eſt ani
mus/ Unde ſeneca in quadã epiſtola/ Lectio
certa prodeſt varia delectat. ¶ Secundũ eſt
continuatio cũ dicit per ordinẽ.ſ.legat conti⸗
nuatim et non ſaltando/ Sepe quidẽ intelli
gentia poſteriorum dependet ex primis/ Et
quia ſicut in vnoquoqꝫ opere curatur inue⸗
niri conſtantia/ita vniuerſe doctrine et di⸗
ſcipline nouerca eſt negligentia. ¶ Tertiuꝫ
eſt mentis attentio cum dicit ex integro:non
verba tantũ: ſed ad ſenſum eorũ que legit at
tendat( Qui codices i caput quadrageſime
dandi ſint) ¶ Sequit̃ tertia pars capituli de
officio circũitorum( Ante omia ſane deputẽt̃
vnus aut duo ſeniores qui circũeant mona⸗
ſterium horis quibus vacant fratres lectioni
et videant ne forte inueniatur frater accidio
ſus)id eſt negligens/vagus inſtabilis/deſidio
ſus(qui vacet ocio et fabulis/et non eſt intẽ⸗
tus lectioni/et non ſolũ ſibi inutilis eſt ſed eti
am alios extollit)id eſt extra tollit.i. a lectio
ne abſtrahit ſegregat et diſturbat. ¶ Sequit̃
quarta pars de punitõne fratris ocioſi ( Hic
talis ſi quod abſit repertus fuerit/corripiatur
ſemel et ſecundo/ſi non emendauerit correcti
oni regulari ſubiaceat:taliter vt ceteri time⸗
ant) ¶ Sequit̃ quinta pars cũ quanta mode
ratõne atqꝫ ſilentio lectioni vacãdũ ſit( Nec
frater ad fratrẽ iungatur horis incompeten
tibus) Cuiuſmodi ſunt hore quibus lectioni
aut labori manuũ fratres debẽt incumbere/
/ In quibꝰ horis nec frater ad fratrem iũgi de
bet/nec loqui niſi cũ neceſſitas etiam manife
ſta hoc exegerit/ Baſiliꝰ. Cum lectioni vaca⸗
tur oportet eos ſequeſtratos legere/ne in vnũ
redacti omis cõgregatio ſuis ſibi vocibus ob
ſtrepent/ Excipitur aũt ab hac regula frater
cui diſcipline cura cõmiſſa eſt/vt qui lectões
audiat aliorũ minus prouectorũ/ qui tamen
in tali loco ſedere habet/vt impedimentũ nõ
ſit aliis legentibus/ Is etiam cui cura diſpoſi
tionis operũ eſt cõmiſſa/ qui tamen conſide⸗
ratius agere debent et q̃tũ neceſſitas exigit/
hec ſolũ loquantur et hoc ipſum cuꝫ quiete et
boneſtate/ Fratres etiam in cõmuni laboran
tes interrogare poſſunt ſilent̃ de opere quod
agunt ſuũ ſuperiorem. ¶ Sequit̃ ſexta pars.
( Dñico die lectõni vacent omnes) Hac enĩ
die quam ſibi deus ſpecialiter ſãctificauit/ et
in ceteris diebus feſtiuis maxime incũbendũ
eſt orationi lectioni et meditationi et ſpiritu
alibus exerciciis:cum in diebus huiuſmodi a
labore manuũ et occupatione terrena ceſſan
dum nobis ſit/ Quia vero i ſuperioribus cir
ca inſtrumẽtũ lvi.notatũ eſt de vtilitate mul
tiplici audiendi lectiones ſanctas/et legendi
diuinas ſcripturas hunc locũ breuiter expedi
mus/ ¶ Sequit̃ ( Exceptis his qui variis offi⸗
ciis deputati ſunt)que ſcꝫ intermitti nõ poſ⸗
ſunt. Cuiuſmodi ſunt ſeruitores coquine.ho⸗
ſpitũ/infirmorũ/ Cellararius et alii qui depu
tati ſunt ad huiuſmodi officia/que nulla die
intermitti poſſunt/ Sequitur ( Si quis vero
ita negligens et deſidioſꝰ)id eſt piger.ſegnis
iners et inutilis(fuerit vt non velit/aut non
poſſit meditari aut legere/ iniungatur ei opꝰ
quod faciat: vt non vacet)id eſt vagetur inu
tiliter/ Tales quippe qui ad ſpiritualia opa
et exercitia intellectualia minus inclinantur
minuſqꝫ apti ſunt/recte operibus corporalibꝰ
et laboribus exerceri et occupari mandantur/
¶ Sequitur vltima pars capituli de debilibus
et non valentibus magnũ pondus ſuſtinere
laborũ( Fratribus infirmis ⁊ debilibus) Nõ
enĩ hic ſermo eſt de infirmis decumbentibus/
aut laborantibus febribus/aut aliis morbis:
ſed debilibus ſicut ſunt claudi/aut ſenio gra⸗
uati/aut in adoleſcentia cõſtituti et huiuſmo
di( aut delicatis) Delicatus dicitur deliciis
aſſuetus/ſiue deliciis paſtus:vt dicit yſidorꝰ/.
Cuiuſmodi ſunt de nobili genere nati/ vel q
non ſunt aſſueti nec docti in huiuſmodi ope⸗
ribus aut ſimilibus officiis( tale opꝰ/aut ars
iniungatur/vt nec ocioſi ſint:nec violẽtia).i.
difficultate laboris(opprimantur vt effugiẽ
tur)id eſt occaſionem ſuſcipiant fugiendi per
diſceſſũ de monaſterio/aut de nõ parẽdo mã⸗
datis ſuperiorũ( Quorũ imbecillitas ab ab⸗
bate cõſiderãda eſt) que.ſ.⁊ q̃ta ſit vt abbas

ipſe qui opera et officia fratribꝰ eſt impoſitu
rus melius nouerit/quid ⁊ ꝙtū operis vnicui
qꝫ rationabiliter iniungendum ſit/a talibus
implebitur quod ſupra in eodem capitulo ſā
ctus pater dicit./ Omia tamen menſurate fi
ant propter puſillanimes.i.debiles./ Ubi cō
ſiderandū quod ex his que iam dicta ſunt de
diſtributione horarū diei/lectionis et laboris/
et orationis/manifeſtū eſt ꝙtum oberrant et
temere deuient ab intentione/et inſtitutis re
gule beatiſſimi patris Benedicti/qui tempꝰ
aſſignatum lectioni et labori totū in oratiōe
expendunt/ſicut quidā faciunt qui ſenſū ſuuꝫ
rectitudini regule et patrum ſanctorū prudē
tie preponentes/in quibuſdā monaſteriis ne/
glecta lectione et dimiſſo labore diuinū offici
um adeo prolōgarunt ꝙ fere totū diem in eo
occupant/In qua re ꝙ manifeſte contra men
tem beatiſſimi patris et eius regulā veniant/
facile eſt videre vnicuiqꝫ/qui illius regulā eti
am parum legit.

## Capitulum cxviii. de duodeci malis que ex negligentia lectionis/et defectu eruditionis oriuntur in monaſteriis.

Quamꝙ ea que in ſuperioribus circa
inſtrumentum lvi. de multiplici vti
litate lectionis diximꝰ/ſufficerent ad
mouendū diſcipulum huius ſchole ad amorē
lectionis/⁊ ſtudii ſacrarū litterarū/nichilomi
nus ad hoc idem amplius perſuadēdū/indu/
cemus duodecim mala/que ex negligentia le
ctionis/et eruditiōis defectu/oriri ſolēt in mo
naſteriis. Primū malū eſt cecitas ignorā/
tie/que mater eſt cunctoꝝ errorū/et que inter
maculas prima numerat/propter quas a dei
miſterio aliquis repellitur. Leuitici xxi dictū
eſt aaron/Homo de ſemine tuo per familias
qui habuerit maculam non offeret panē deo
ſuo/nec accedet ad miniſteriū eius/ſi cecus fu
erit ſi claudus ⁊c./Oſee iiii./Quia tu ſcientiā
repuliſti/repellam te ne ſacerdocio fungaris
michi./Honor eni regis celeſtis i miniſtris ſu
is iudiciū diſcretionis diligit/Prouerbi.xiiii
Acceptus eſt regi miniſter intelligens/iracū/
diam eius inutilis ſuſtinebit/Inutilem dicit
non intelligentē/Neglīgētia lectōis in mul
tis monaſteriis collocauit monachos in ob/
ſcurris/ſicut mortuos ſcli/Licet terra aliquā/
do ſit ſine lumine celū tamen nūꝙ/Sic licet
exemplis bonis/ſine lumine ſapiētie ad ſalu/
tem terreni dirigantur/tamen contemplati
ui qui ſunt ſuprema pars/et velut celū in ec/
cleſia dei ſine lumine ſapiētie eſſe non debēt.
Hinc extra de ſtatu monachorū in clementi
nis capitulo prio mandat/Romanꝰ pontifex
ꝙ vt ipſis monachis ꝓficiendi in ſcientia via
oportuna non deſit/in ſingulis eorū monaſte
riis quibus ad hoc ſuppetunt facultates ido/
neus teneatur magiſter/qui eos i primitiuis
ſcientiis inſtruat diligenter. Secundū ma
lum eſt imūdicia multa/Oſee iiii. Quia nō
eſt ſciētia dei in terra/ideo maledictio et mē/
dacium/et homicidiū et furtū et adulteriū in
undauerunt/Non eſt mirū ſi opera tenebra/
rum faciebant/qui in tenebris ignorātie erāt
Oculus adulteri ſeruat caliginē. Job xxiiii.
Quomodo eni imūdicia caueretur vbi quid
eſſet imundū nō agnoſcebatur/Plane non
erat mirū ſi imūdicia abūdabat vbi aqua ſa/
pientie deficiebat/Gregorius in moralibus.
Qui eni lucē videt ſcit quid de tenebris exi/
ſtimet/Nam qui cādorē lucis ignorat:etiaꝫ
obſcura pro lucidis approbat. Preterea quo
modo precepta regularia ſeruarentur/vbi nō
intelligebantur/quomodo ſemitā religiōis
tenere poſſūt qui ceci ſunt/Ambroſius ſuper
Beati imaculati/Ordinis ignorantia cōtur
bat negociorūꝫ naturā/formāqꝫ meritorum.
Statutis facere contraria nō eſt intelligere
ſed ignorare./Mira fatuitas/vitā cōtempla
tiuam ducere volebant:pre cecitate ad contē
plandum impotētes erāt/nō intelligētes ꝙ
ſicut ad actiuā nō eſt idoneus mācus:ita nec
ad cōtemplatiuam cecus. Tertiū malū eſt
ꝙ qui cum infirmitate monaſteria intrabāt/
vel qui infirmitatem ibi incurrebant non cu
rabātur/Sicut eni ibi ſalus vbi multa conſi
lia habentur/prouerbi.xxiiii. Ita ibi mors ex
pectāda erit/vbi nulla ſalutis ꝯſilia. Quar
tum malum eſt/ꝙ paruuli ⁊ ſimplices qui in
trabant monaſteria illa in quibus defectus
erat eruditionis/non proficiebāt imo pre de/
fectu cibi ſpiritualis.i.eruditionis peribant/
Si eni petebant panē non erat qui frange/
ret eis/ſed pre eſurie ⁊ ſiti aīa eorū deficiebat
Dicit eni beatus yſidorus libro tertio de ſū/
mo bono/Omis profectus ex lectione ⁊ me/
ditatione procedit/que eni neſcimus:lectiōe

diſcimus/meditatione conſeruamus. ¶ Qui
tum malū eſt ꝙ illi qui in monaſteriis illis i-
pugnabantur cito vincebātur/cum nō habe-
rent gladiū ſpiritus ſancti/ſcꝫ verbuꝫ dei/quo
hoſtes inuiſibiles maxime ſuperantur/ Hoc
gladio vicit ſaluator temptatorē math.ꝛ lu.
quarto ¶ Ipſi erāt abſqꝫ gladio in ſuperiori p
te belli/ Religioſi eī fortiſſime a demonibus
impugantur/quia illorū caſus maxime cōcu-
piſcunt. ¶ Sextū malū eſt ꝙ ſacramenta con
culcabantur/ Qui enī dignitatē et virtutem
ſacramentorū non agnoſcebant/debitam ad
illa reuerentiā non habebant/ Sicut nec por
cus reuerētiā exhibet margaritiſ/ Math.vii
Nolite ſāctū dare canibus/ꝛ margaritas no
lite ſpargere inter porcos. ¶ Septimū malū
/ eſt corruptio ſymoniaca tam in receptiōe fra
trum ꝙ in inſtitutione prelatorū/peccatū ſy-
monie ī multis monaſteriis propter defectū
eruditionis non reputabatur/quia nō agno
ſcebatur/quod tamen tantū eſt ꝙ in compara
tione ipſius cetera crimina pro nichilo repu
tanē:vt ait damaſus papa. ¶ Octauū maluꝫ
eſt ꝙ ī multis monaſteriis carnaliter viueba
tur/ Cū enī fratres ſpirituales deliciaſ nō ha
berent/carnales q̄rebant/ Aīa rationalis no-
biliſſima creatura et ad eternas delicias cre-
ata ſine deliciis eſſe non poteſt. ¶ Nonū ma
lū eſt ꝙ minima bona ibi magnis preponebā
tur/ temporalia ſpiritualibꝰ/peritura celeſti-
bus/cura corporū cure aīarum/exterior orna
tus et pulcritudo edificioꝝ pulcritudini inte
riorū conſcientiarū/multiplicatio terrenoruꝫ/
bonorū ſpiritualiū incrementis/faſtus vani-
tatis ſecularis profectibus religionis/ De q̈
prefatorū monachorū imprudentia dicit bea
tus Bernardus ſic. Miror eī vnde inter mo
nachos tanta intemperātia in cōmeſſationi
bus et potationibus/et in veſtimentis.ꝛ in le
ctiſterniis.equitaturis et conſtruendis edifi-
ciis inoleſcere potuit/ quatinꝰ vt vbi hoc ſtu-
dioſiꝰ voluptuoſiuſqꝫ atqꝫ effuſius fuerit/ibi
ordo meliꝰ teneri dicatur:ibi maior putetur
religio/ Ecce eī parcitas putatur auaricia/ſo
brietas auſteritas creditur/ſilencium triſtitia
reputatur/ Econtrario remiſſio diſcretio dici
tur/effuſio liberalitas/loquacitas affabilitaſ/
cachinatio iocunditas/mollicies veſtimento
rum et equorū faſtus honeſtas/lectorū ſuper
fluus cultus mūdicia/ Cūqꝫ alterutrū impē-
dimus caritas vocatur/iſta deſtruit caritatē:
hec diſcretio diſcretionē confundit/talis mīa
crudelitate plena eſt/qua videlicet ita corpo-
ri ſeruitur vt aīa iuguletur. ¶ Decimū ma
luꝫ eſt ꝙ mala valde nō timebāt/vt indigna
celebratio que occiſiōi xp̄i cōparatur/prio co
rin.xi. Quicūqꝫ manducauerit panē et bibe
rit calicē dn̄i indigne/reus erit corporis et ſā-
guinis dn̄i/glosa ābroſii. Mortis xp̄i penas
dabit.i.ac ſi xp̄ꝫ occiderit punietur. ¶ Unde
cimum malū eſt defectus bonorū ſpiritualiū/
Homines enī inerudíti bona ſpiritualia nō
agnoſcunt/ideo ea nec deſiderant nec querūt/
nec a datore eoꝝ recipiunt que indubitanter
ea ipſis daret/ſi ea debito modo ꝛ deſiderarēt
et quererent ¶ Non enī auarus eſt vt ea dare
nolit/nec inops vt ea dare non poſſit/ Sicut
ſuper omnē aquam eſt viriditas/ſic vbi deeſt
aqua ſapientie eſt ariditas bonorū.ſ.ſpiritua
lium defectus/ Et ideo optime dicit ſapiētiſ-
ſimus ſalomon prouer.x. Qui indocti ſūt in
egeſtate cordis morientur. ¶ Duodecimuꝫ
malū quod prouenit in monaſteriis ex defe-
ctu eruditionis/eſt defectus perſonaruꝫ/quia
fiunt quaſi ſollitudines et habitationes non
hominū ſed beſtiarū/ Jere.iiii. Intuitus ſum/
et nō erat homo. Augꝰ libro de doctrina xp̄ia
na/ Beluinus es homo amādo talia qualia
belue/ ſemihomies ſūt vbi exterius eſt forma
humana interius beluina/ſtatue religioſorū
ſunt.ibi quarū figura fuit vxor loth.in ſtatuā
verſa.gen̄.xix. Statua eſt corpꝰ ſine ſpiritu/
in exterioribus homini aſſimilatur/interiora
vero homīs illi deſunt.p̄s. Homo cum in ho
nore eſſet nō intellexit/comparatus eſt iumē
tis inſipientibus/et ſimilis factus eſt illis.
¶ Ubi nota vt dicit criſoſtomꝰ in ſermone aſcē
ſiōis dn̄ice/ Peius eſt comparari ꝙ naſci/ Na
turaliter non habere rationē tolerabile eſt/
hominē vero ratione decoratuꝫ/irrationabi
li nature comparari voluntatis crimen eſt/
¶ Propter que mala vitanda ait dn̄s. Jere.vi.
Erudire ihrl'm/ne forte recedat aīa mea a te/
ne forte ponā te deſertā terrā et inhabitabilē/
¶ Jhrl'm ſecundū nominis interpretatōnē que
eſt pacifica vl' viſio pacis/ſpiritualiter ſignat
religionem/que intēdit paci pectoris/et aſpi-
rat ad pacem eternitatis/quā religionē dn̄s
in hoc verbo exhortatur ad amorē lectionis
et eruditionis/et ſi erudiri noluerit cōminat

· cl̄. q. q. v. ·

ei tria mala/in quibus continētur duodecim
mala que iam deſcripſimus/ videlicet primo
cordis ſui receſſum ab ea cum dicit. Ne forte
recedat aīa mea a te. Secundo defectū ſpūa
lium bonorū cum ait. Ne forte ponā te terrā
deſertam. Tertio defectū perſonarū cum ait
Et inhabitabilem.

Capitulum cxix.et eſt xlix.regule de obſer
uatione quadrageſime.

Licet omī tempore vita mo
nachi quadrageſime obſer
uationem debeat habere/tamen
quia paucorū eſt iſta virtus. ideo
ſuademus dieb⁹ quadrageſime.
omi puritate vitam ſuā cuſtodi
re/id eſt omes pariter negligen-
tias aliorū temporum his dieb⁹
ſanctis diluere. Quod tūc digne/
fit ſi ab omibus viciis nos tem-
peremus/orationi cum fletibus/
lectioni et compunctioni cordis/
atq3 abſtinentie operam demus
Ergo his diebus augeamus no
bis aliquid ad ſolitū penſum ſer
uitutis noſtre/oratiōes peculia-
res/ciborum et potus abſtinenti
am/Et vnuſquiſq3 ſupra menſu
ram ſibi indictam aliquid pro-
pria voluntate cum gaudio ſan
cti ſpiritus offerat deo/id eſt ſub
trahat corpori ſuo. de cibo. de po
tu. de ſōno. de loquacitate. de ſcur
rilitate/et cum ſpiritualis deſide
rii gaudio. ſanctū paſca expectet
Hoc ipſum tamē quod vnuſquiſ
q3 offert. abbati ſuo ſuggerat/et
cum eius fiat oratione et volun
tate/quia quod ſine permiſſione
patris ſpiritualis fit. preſumpti
oni deputabitur et vane glorie:
non mercedi. Ergo cum volun-
tate abbatis omia facienda ſūt.

Licet oī tempore ꝛc. Superius ſanctus
pater in precedēti capitulo de diſtribu-
tione temporū agens. in quibus labori
manuū. lectioni et orationi vacandū ſit/ de q̄
drageſima mentionē facit. Uerum quia ob-
ſeruatio ieiunii quadrageſimalis habet ali-
quam prerogatiuā deuotionis inter alia tē-
pora anni/ ſanctus pater ſubiūgit ſingulare
capitulū. de obſeruatōne illius. Et diuidi po
teſt hoc capitulum in quattuor partes. In
prima enim inducit ꝛ perſuadet/vt in tempo
re quadrageſime religioſus ſingulariter ſtu-
deat ꝛ incumbat operibus virtutum et deuo
tionis. In ſecunda parte aſſignat ſpecia-
liter aliqua opera virtutis et deuotionis/in q
bus tempore quadrageſime maxime incum
bendū eſt. ibi Quod tunc digne fit. In ter
tia parte ponit ꝙ augēda ſunt opera penitē-
tie tēpore quadrageſime: ibi. Ergo his dieb⁹
augeamus. In quarta mādat vt omia agā
tur cū volutate abbatis ibi cum ait. Hoc ip3
tamē. Circa primū dicit ſic. Licet omi tp̄e
vita monachi quadrageſime debeat obſerua
tionem habere. Unde macharius dicebat de
bere monachu3 ita ieiuniis operā dare/vt cē
tum annis in corpore cōmoraturū/ ita mot⁹
animi refrenare et iniuriarū obliuiſci. triſtiti
aſq3 reſpuere/doloreſq3 et detrimenta contē
nere tanꝙ quotidie moriturū. Et hugo de ſā
cto victore in libro de clauſtro aīe. Si mona-
chus es quid facis in turba/ ſi amas ſilentiū
cur declamātibus aſſidue delectaris intereſ-
ſe/. tu ſemper ieiuniis et fletibus inſiſtere de-
bes ꝛ prophanari queris. Ubi notanda ſūt
aliqua. Primo vnde obſeruatio quadrage
ſime ortum habuit. Sciendū ſane vt dicitur
in collatione xxi patrū: hanc obſeruationem
quadrageſime ꝙdiu eccleſie illius primitiue
perfectio inuiolata permanſit penitus nō fu
iſſe. Nō eni p̄cepti huius neceſſitate/vt qua-
ſi legali ſanctione cōſtricti artiſſimis ieiunio

rum terminis claudebantur/qui totum anni
ſpaciū equali ieiunio claudebāt/ Vñ cum ab
illa deuotione diſcedēs catholice credentium
multitudo ſuis opibus incumberet/vt eas nō
vſui cunctorū fidelium ſecundū apoſtoloꝝ in
ſtituta diuideret/ſed priuatim impendiis ſu⸗
is conſulens non ſeruare tantū ſed etiā auge
re contenderet/ Ananie et ſaphire exemplum
non contenta ſectari/id vniuerſis ſacerdoti⸗
bus placuit vt homīes curis ſecularibus obli
gatos/et pene vt ita dixeri continentie vel cō
punctionis ignaros/canonica ieiunioꝝ ad ſā
ctum opus indictione reuocarent/et velut le⸗
galium decimarū neceſſitate compellerent/q̄
vtiqꝫ infirmis prodeſſe poſſit/p̄iudicare per⸗
fectis non poſſit/qui ſub gratia euangelii cō
ſtituti voluntariā legē deuotione trāſcendūt/
vt ad illā apoſtolice ſententie peruenire bea⸗
titudinem poſſint/ ¶ Peccatū enī in nobis nō
dñabitur/ Non enī eſtis ſub lege ſed ſub gra⸗
tia/ Vere enī dñationē in illo non poteſt exer
cere peccatū/qui fideliter ſub gratie libertate
conſiſtit. ¶ Secundo notandū ꝙ quadragena
rius numerꝰ a quo q̄dragesima appellat̄/ſer⸗
uat̄ in hoc ieiunio multiplici de cauſa. ¶ Pri
mo quia hic nūerus in ſanctis celebratur exē
plis/ Moyſes enī legē acceptur᷒ a deo:vt ait
Auguſtinꝰ in ſermone:quadragita dies atqꝫ
noctes abſqꝫ cibo potuqꝫ/ad ſuſcipiendā dñi
voluntatē ieiuniis p̄paratꝰ eſt/ Helyas poſt
quadraginta dierū ieiunia curru igneo ad ſu
perna celorū de hoc mundo tranſlatꝰ eſt/ Ipe
qꝫ dñs ac ſaluator noſter quadraginta diebꝰ
ieiunans/de diaboli temptatione triumpha⸗
uit/vt ad predicationē euangelii iam victor
aſcenderet/ Merito ergo etiā nos hunc die⸗
rum numerū cuſtodire debemꝰ ieiuniis:quē
per talia exempla legimus conſecratū. ¶ Se
cunda que eſt gregorii in omelia/quia virtus
decalogi per libros quattuor euāgelii imple
tur/ Denarius enī quater ductus in quadra
genariū ſurgit:quia tunc decalogi mandata
perficimus cū profecto quattuor libros ſan⸗
cti euangelii cuſtodimus. Auguſtinus ī ome
lia de tranſfiguratione dñi/ Ille quadragin⸗
ta diebus miſtice ieiunat/qui ꝑ quattuor euā
gelii libros ſpiritualiter legē obſeruat. ¶ Ter
tia eiuſdē eſt.quia ī hoc mortali corpore ex q̄t
tuor elementis ſubſiſtimus/⁊ per voluptates
eiuſdē corporis preceptis dñicis cōtraimus.

¶ Precepta autem dñica per decalogū ſunt ac
cepta. Qui ergo per carnis deſideria decalo
gi mandata contempſimus/dignū eſt vt ean
dem carnē quaterdecies affligamꝰ. ¶ Quar
ta qr lege moſayca vniuerſo populo genera⸗
lis promulgata p̄ceptio eſt/ Decimas et pri⸗
micias offeres deo tuo/ Itaqꝫ qui ſubſtantia
rum noſtrarū oīmqꝫ fructuū decimas offer⸗
re p̄cipimur/multo magis neceſſe eſt vt ipſi⸗
us quoqꝫ cōuerſationis noſtre/et humani vſꝰ
operūqꝫ noſtrorū decimas offeramus/que ꝑ
fecto in ſupportatione quadrageſime euiden
ter implentur/quia oīꝫ dieꝝ numerus quibꝰ
reuolutus in orbē annus includitur/triginta
ſex ſenus dieꝝ numero decimatur:quibus vi
delicet in quadrageſima ieiunatur/ ¶ Dignuꝫ
eſt enī ait Gregorius vt qui nobiſmetipſis ꝑ
acceptū annū viximꝰ:actori noſtro nos in eiꝰ
decimis per abſtinentiā mortificemꝰ/ Auguſ
in ſermone. Dedimus corpori integrū annū/
demus paucos aīe dies/ Impēdimus tempo
ra nobis:demus tempus auctori/viuamꝰ deo
paululū/qui ſeculo viximus totū. ¶ Quinta
que dicitur auguſtini.quoniā matheus qua⸗
draginta generatōnes poſuit/ Ad hoc enī de
us ſuo quadragenario numero ad nos deſcē
dit/vt nos ad eū quadragenario nūero aſcen
damus. ¶ Sexta eſt eiuſdē auguſtini in quo
dam ſermone. Quia primū/cum mundi faci
em iniquitas poſſideret/tot dieꝝ curriculo de
us effuſis e celo imbribꝰ vniuerſā terrā dilu⸗
uio ſuperfudit/ Vides ergo iam illo tempore
miſteriū in figura diſpoſitū. ¶ Nam ſicut tunc
quadraginta diebus pluit ad pernecādū mū
dum:ita et nunc quadraginta diebus miſere
tur ad hominē purificandū. ¶ Tertio notā⸗
dum eſt cū in quadrageſima imitemur ieiuni
um xpi/et ipe ſtatim poſt baptiſmum ſcꝫ poſt
epiphaniā ſuū ieiuniū īchoauerit:quare nos
hoc tempore ieiuniū inchoamus/et id cuꝫ pa
ſca continuamꝰ: ¶ Ad hoc quadruplex ratio aſ
ſignatur. ¶ Prima quia in quadrageſima re
preſentamus iſraeliticū populū/qui annis q̄
draginta fuit in deſerto ⁊ ſtatim poſt celebra
uit paſca. ¶ Secunda quia feruor libidinis tē
pore verno ſolet magis accendi/ad quem re⸗
ſtringendū inſtitutū eſt huius temporis ieiu⸗
nium. ¶ Tertia quia xpi paſſioni reſurrectio
continuatur/igitur rationabile fuit vt affli⸗
ctio noſtra continua eſſet paſſiōi ſaluatoris/

cum ipſe pro nobis paſſus ſit/ ꝛ nos ei compa
ti debem⁹. vt ita tandẽ conregnem⁹. ¶ Q̄rta.
q: ſtatim poſt ieiuniũ debem⁹ recipere corpuſ
xpi. Sicut ergo filii iſrael anteꝙ̄ comederẽt
agnum ſe affligebant/ lactucas aggreſtes et
amaras comedentes/ ita ꝛ nos per penitẽtie
amaritudinẽ debemus prius affligi vt digni
valeamus corpus dñi ſumere. ¶ Quarto no
tandũ eſt ꝙ tempus quadrageſimale eſt tem⸗
pus penitentie/ tempus ieiunii/ temp⁹ lachry
marum/ tempus ſalutis/ tempus iuſtificatio
nis/ tempus reconciliationis/ tempus certa⸗
minis/ et tempus accumulationis meritorũ
Unde petrus rauẽnas i ſermone de quadra⸗
geſima/ Ecce tempus quo miles procedit ad
campũ/ recurrit ad dei ieiunia xp̄ianus/ Ecce
tempus quo carnis ocia/ quo mẽtis ignauia
quo ventris cura/ et tota eſt familiaris obſe⸗
quii deponenda torpedo ¶ Ecce tempus quo
armorũ celeſtiuꝫ meditatione aīe et corporis
exercende ſunt vires/ Ecce tempus in quo re
ſidente xp̄o aſtãtibus angelis noſtri luctami
nis exercenda eſt fortitudo ¶ Ecce tempus in
quo gula cũ ieiunio. abſtinentia cũ crapula.
cũ luxuria caſtitas. fides cũ perfidia. pietas
cum impietate. patientia cum furore. impie⸗
tas cum liberalitate. mīa cũ auaricia. humili
tas cũ ſuperbia. ſanctitas cũ reatu xp̄o remu
nerante confligit. ¶ Sequitur (Tamen quia
paucorũ eſt iſta virtus) ſcꝫ ieiuniis ꝛ fletibus
omī die intendere (Ideo ſuademus iſtis die⸗
bus quadrageſime omī puritate) tam carniſ
ꝙ̄ ſpiritus (vitam ſuã cuſtodire. i. omnes pari
ter negligentias aliorũ temporũ his dieb⁹ ſa
ctis diluere) Dicit ei apoſtolus prie ad cori.
vi. Ecce nunc tempus acceptabile/ ecce nunc
dies ſalutis/ Quãuis enī vt ait leo papa ĩ ſer
mone quodã quadrageſime/ nulla ſint tẽpo⸗
ra que diuinis non ſint plena muneribus/ et
ſemper nobis ad mīam dei per ipſius gratiã
preſtetur acceſſus/ nũc tamẽ oīm mentes ma
iori ſtudio ad ſpirituales profectus moueri/ ꝛ
ampliori fiducia aīari oportet/ quãdo ad vni
uerſa pietatis officia illius diei in quo redẽ⸗
pti ſumus recurſus inuitat/ vt excellens ſuper
omīa dñice paſſionis ſacramentũ/ purificatiſ
et corporibus et animis celebremus/ Ingreſ⸗
ſuri itaqꝫ dies miſticos et purificandis ani⸗
mis atqꝫ corporibus ſacratius inſtitutos/ pre
ceptis apoſtolicis obedire curemus/ emundã

tes nos ab omī inquinamento carnis et ſpi⸗
ritus/ Non enī in ſola abſtinẽtia cibi ſtat no
ſtri ſumma ieiunii/ aut fructuoſe eſca corpori
ſubtrahitur. niſi mens ab iniquitate reuocet:
et ab execrationibns lingua cohibeatur/ Re
cte ergo ſanctus pater Benedictus perſua⸗
det ꝙ ĩ iſtis diebus quadrageſime/ ſtudeat di
ſcipulus oī puritate vitã ſuã cuſtodire/ et om⸗
nes pariter negligentias aliorꝝ temporũ his
diebus ſanctis diluere. ¶ Sequitur ſecundũ
(Quod tunc digne fit ſi ab oībus vicus nos
temperemus) id eſt abſtineamus/ Auguſtin⁹
Jeiuniũ magnuꝫ et generale eſt abſtinere ab
iniquitatibus et illicitis ſeculi voluptatibus
(orationi cum fletibus/ lectioni ꝛ compũctio
ni cordis atqꝫ abſtinentie operã demus) Au
guſtinus in ſermone quodã quadrageſime.
Ut poſſimus callidũ hoſtem opitulante gra
tia diuina reuincere/ ieiuniorũ vigiliarum et
orationũ armis nobis debem⁹ iugiter proui
dere/ que licet nobis omī tempore neceſſaria
eſſe probentur/ precipue tamen in iſtis dieb⁹
quos regulariter vniuerſalis ſeruat eccleſia
oportet habere. ¶ Sed notandũ ꝙ rectiſſime
ſanctus pater. oratõni fletũ coniunxit dicẽs:
Orationi cũ fletibus. Quoniã vt ait Grego
rius. Ueraciter orare eſt amare cõpunctõnis
gemitus/ non compoſita verba reſonare/ Et
quia vt ſupradixit beatus Benedictus/ Nõ
in multiloquio/ ſed in puritate cordis et cõpũ
ctione lachrymarꝝ nos exaudiri ſciamus. Ad
iunxit etiã lectioni cõpunctionẽ cordis. quo⸗
niam ex lectione ſanctarꝝ ſcripturarũ compũ
ctio cordis naſcitur/ Quis enī legens et dili
gẽter attendẽs in ſcripturis diuinis q̄ta ſint
tormenta peccatoribus preparata/ q̄ta ſint
gaudia felicitatis eterne deo famulantibus
a deo promiſſa/ q̄ta ve ſit temeritas et preſũ
ptio offendentiũ deũ/ q̄ta vero ſint mala que
homo incurrit per peccatũ/ nõ compungat:
Et ideo optime dicit ſalomon eccleſiaſtes i.
Qui addit ſcientiã/ addit et dolorẽ. vbi gloſa
inquit ſic/ Quia potentes potenter tormen⸗
ta patientur/ Cui qꝫ plus cõmittitur plus exi
gitur ab eo/ ideo apponit dolorẽ qui apponit
ſcientiã/ ꝛ contriſtatur merore ſecundũ deũ ꝑ
delictis ſuis. ¶ Tertio adiungit ſanctus pa
ter orationi et lectioni abſtinẽtiam ſiue ieiu⸗
nium cum dicit/ Atqꝫ abſtinẽtie operã dem⁹
/ Et hoc plurimũ rationabilit̃ de oratõe patet

Naz vt gloſa ſuper math.ait/Sicut nec ſine
armis miles eſt aliquid/nec arma ſine milite
/ſic nec oratio ſine ieiunio.nec ieiuniũ ſine ora
tione/Lectioni aũt etiã rationabiliter adiun
gitur. Dicit enĩ Auguſtinus ꝙ ieiuniũ pur-
gat mentem.ſubleuat ſenſũ.carnẽ ſpiritui ſu
bicit.cor facit contribulatũ et humiliatuz qđ
deus non ſpernit. ¶ Sequitur tertiũ(Ergo
his diebus augeamus nobis aliquid ad ſoli-
tum penſũ ſeruitutis noſtre) id eſt vltra illaz
generalem inſtitutionẽ nobis a regula inſti-
tutam(orationes peculiares)id eſt priuatas
(et ciborũ et potus abſtinentiã.vt vniuſquiſ-
qz ſuper mẽſurã ſibi inductã aliquid propria
voluntate cuz gaudio ſancti ſpiritus offerat
deo/id eſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo.de po
tu.de ſomno.de loquacitate.de ſcurrilitate:ꝛ
cum ſpiritualis deſiderii gaudio ſanctum pa
ſca expectet)Sanctiſſimũ plane documentũ/
vt in his diebus quadrageſime pro eoruz ſin
gularitate ſanctitatis/debeamus vltra gene
ralem obſeruantiã augere in operibus peni-
tentie/Auguſtinus in ſermone quodã/Eſto-
te his diebus et crebrius ieiunantes/et vobis
parcius impendentes/ꝛ egenis largius tribu
entes./Item hierony.in quadã epiſtola/In
quadrageſima vela pendenda ſũt/et tota au
rige retinacula equis laxanda/Ceterũ leo pa
pa ĩ quodã ſermone quadrageſime dicit/Cũ
omnẽ obſeruantiã noſtrã ratio iſtoꝝ dierum
depoſcat augeri:nemo eſt vt cõfido de vobis/
qui ad opus horuz non gaudeat incitari/Et
infra.Parũ enĩ religioſus alio tempore de-
monſtratur/qui his diebus religioſior non in
uenitur./Eſt tamen hic notandũ ꝙ ſemper
cum diſcretione tali hec incrementa ieiunio-
rum.orationũ vigiliaruz ſuſcipienda ſunt:vt
ad faciendã obediẽtiã non reddantur impo-
tentes/Attendatur in omibus illud apoſtoli
ad Ro.xii./Rationabile ſit obſequiũ veſtrũ/
id eſt cũ diſcretione ne quid nimis ſit:inquit
glo.ſed cum temperãtia corpora veſtra caſti-
getis/vt non nature defectu cogantur diſſol
ui ſed viciis mori/De ieiunio vero et oratio
ne/ſunt plura in ſuperioribus notata circa in
ſtrumẽta xiii.et lv.¶ Sequitur quartũ(Hoc
ipſum tamen quod vnuſquiſqz offert abbati
ſuo ſuggerat et cũ eius fiat oratione et volũ-
tate)Hic collige ꝙ non eſt gratũ deo ſacrifi
cium/quod non fuerit obedientia conditum.

Unde bernardus ſuper cãtica/Certe ſi in die
ieiunii mei inuenitur volũtas mea/non tale
ieiuniũ elegit ſponſus.nec ſapit illi ieiunium
meũ/Ego non ſolũ de ieiunio ſed de ſilencio/
de vigiliis.de oratione.de lectione.de opere
manuũ:poſtremo de omĩ obſeruatione ꝛ obe
dientia magis idipſũ ſentio.Hec bernardus
/Qui ergo vltra menſurã.et generalẽ methã
regule aliquid vult addere.ieiuniorũ.vigilia
rum.aut diſcipline et auſteritatis/vt puta ab
ſtinere a vino per quadrageſimã.portare cili
cium.aut cingulũ ferreũ.ꝛ ſimilia debet patri
ſuo abbati pandere/Et abbas tanꝙ prudẽs
paſtor debet conſiderare/ꝛ conditiones perſo
ne/ꝛ vires nature/Conditiones perſone ſi ſit
leuis et mobilis aut diſcreta et conſtans/Ui
res nature etiã debet conſiderare.ſi ſit fortis.
debilis.egrotatiuus aut robuſtus:et ſecundũ
iſta poteſt aut totuz aut partẽ concedere aut
omino nichil/Ubi nota ꝙ duo requiruntur
ab abbate/ſ.voluntas ſiue licentia:et oratio
nis ſuffragiũ/Uoluntas ſiue licentia ad ope
randũ:oratio vero in auxiliũ/Abbas autẽ cũ
dat huiuſmodi licẽtias debet ſimul adiunge-
re benedictionẽ ſuã cũ oratione:dicendo hu-
iuſmodi verba/Dñs qui incepit ĩ te hoc opꝰ
virtuoſũ.bonũ deſideriũ.perficiat tribuendo
tibi gratiaz illud perficiendi/et conſũmandi
ad gloriã ſuã/et tue aĩe ſalutẽ/Amẽ/aut ſimi
lia/Uerum quia abbas non debet de ſua tan
tum oratione in huiuſmodi opibus preſume
re:debet in generali et ſpeciali aliorũ fratruz
oratõnũ ſuffragia poſtulare/In generali qui
dem ꝛ in capitulo dicat ita/fratres rogemus
deũ.vt illi qui in hoc ſancto tempore quadra
geſime proponunt deo aliquid offerre vltra
ſolitũ morẽ de orationibus.abſtinentiis.pſal
modia.vel diſciplinis.cum eius adiutorio in-
cipiant et in augmentũ gratie proſequantur/
/Et finaliter in ſpeciali dicit/vt tacito nomĩe
fratris dicat abbas./Eſt quidã frater qui cũ
licentia noſtra ſe aſtrinxit ad aliquã ſingula
rem penitentiam/habete eũ recõmiſſũ in ora
tionibus veſtris.vt illã diuina virtute adiutꝰ
ſalubriter valeat adimplere/Cauſã autẽ hu-
ius quod dictũ eſt iam/videlicet de licentia ꝛ
voluntate petẽda ab abbate:ſubdit ſanctus
pater dicens(Quia quod ſine permiſſione ꝛ
volũtate patris ſpiritualis fit preſũptioni de
putabitur et vane glorie/non mercedi/Ergo

cum voluntate abbatis omīa agenda ſunt) Nota tria damna hic noīat ſanctus pater/ que incurrit qui propria voluntate ſine volū tate ſuorū ſuperioruꝫ aggreditur huiuſmodi opera etiā bona. Incurrit enī primo peccatū preſumptionis/incidit in laqueū vane glorie/et premiū amittit ſiue mercedē ſuorū laborꝫ. Quare dicit beatus bernardus ſuper canti. Grāde malū ꝓpria volūtas/q fit vt bona ti bi bona nō ſint/Quare optīe cōcludit ſanct⁹ pater:vt omīa cū abbatis voluntate fiant.

Capitulum cxx.et eſt l.capitulū regule:de fratribus qui longe ab oratorio laborāt aut in via ſunt.

FRatres qui omnino longe ſunt in labore/et nō poſſūt occurrere hora competēti ad ora toriū/et abbas hoc perpendit q2 ita eſt/agāt ibidē op⁹ dei vbi ope rantur/cum tremore diuino:fle ctentes genua/Similiter qui in itinere directi ſunt/non eos pre tereant hore cōſtitute:ſed vt poſ ſunt agant ſibi/ꝛ ſeruitutis pen ſum non negligant reddere.

FRatres qui omino ꝛc. Superius egit beatus Benedictus/qualiter tā in ope re dei ꝙ in aliis certis temporibus fra tres ſe debeant habere in monaſterio conſti tuti/Nunc ſubdit de his qui exterius occupā tur dicens(Fratres qui omino longe ſunt in labore aut in via et non poſſunt hora compe tenti occurrere ad oratoriū:et abbas hoc per pendit quia ita eſt:agāt ibidem opus dei vbi operantur cum tremore diuino flectentes ge nua) Senſus eſt. fratres operantes ita lōge ab oratorio/ꝙ non facile ſingulis vicibus ho rarum laborē interrumpēdo poſſunt ad ora torium venire:et iteruꝫ ad laborandū redire/ ſicut qui eſſent in nemore.aut agro.ſiue molē dino orent ibidē horis conſtitutis horas ſuaſ cum deuotōne/flectentes genua.aut inclinā tes ſe.ſecundū varietatē dieruꝫ in quibus hec fiunt in monaſterio/Quia vero hoc non eſt



agenduꝫ ſine notitia et licentia abbatis.dicit ſanctus pater. Et abbas hoc perpendit quia ita eſt. Sequitur(Similiter qui in itinere directi ſunt/non eos pretereant hore conſtitu te.ſed vt poſſunt agant ſibi/et ſeruitutis pen ſum non negligant reddere)Senſus plan⁹ē Intentio ſanctiſſimi patris eſt in hoc capitu lo premonitos facere monachos/vt nichil pe nitus de his negligāt/que magiſtra docet re gula/ſed omnia vbicūqꝫ fuerint et valuerint ſic obſeruare ſtudeant/ſicut ſe in inicio promi ſerunt eſſe obſeruaturos/Nam ſiue in opere fuerint.ſiue in itinere ſic ſe debent horis com petentibus ī diuino opere exercere/vt eos nō pretereant hore ꝯſtitute:ita vt hora tertia ter tiā.ſexta ſextā/ꝛ ſic in ſingulis horis proprias horas dicant/Cum autē de deuotione ꝛ diſci plina quibus hore dicende ſunt ſuperius cir ca capitulū xix.regule plura notata ſunt:hūc locum ita breuiter expedimus. Eſt autem hic conſideranduꝫ ꝙ per hoc ꝙ ſanctus pater dicit prout poſſunt agant:noſtro iudicio no luit itinerantes obligare ad genuflexiones ꝛ inclinationes profundas/que in diuino ſerui tio fiunt per fratres in oratorio aut in operi bus longe ab oratorio cōſtitutos/quia in via conſtituti hoc ſine magna grauitate et incō moditate ſepe agere non poſſent/permaxime tempore pluuie:aut cū fratres equitant/Sa tiſfacere ergo videnť intentōni regule in hac parte agentes quod poſſunt/videlꝫ faciendo aliquas inclinationes deuotas cuꝫ capite ad Gloria patri/et ſimilia.

Capitulum cxxi.et eſt li.regule:de fratrib⁹ qui non ſatis longe proficiſcuntur.

FRatres qui pro quouis re ſponſo proficiſcuntur:ꝛ ea die ſperant reuerti ad monaſteri um/non preſumāt foris mandu care.etiā ſi oīno a quouis rogen tur:niſi forte ab abbate ſuo eis p̄ cipiať. qđ ſi aliť fecerit excōicenť

FRatres qui pro quouis reſponſo ꝛc. Beatus pater Benedict⁹ poſtꝙ dedit

regulã fratribus longe ab oratorio laborãtibus/qualiter agere debeant diuinum opus:

Nunc ſubdit regulã qualiter ſe debeãt habere in comedendo.an.ſ.paſſim liceat eis extra monaſteriũ manducare dicens (Fratres qui ꝑ quouis reſpõſo).i.ꝑ quocũqȝ mãdato/aut negocio.ſiue cauſa diriguntᷣ.aut (pficiſcuntᷣ/ꝛ ea die ſperant reuerti ad monaſteriũ nõ pſumãt foris mãducare:etiã ſi oĩno a quouis rogentᷣ niſi forte eiſ ab abbate ſuo precipiatᷣ. qd ſi aliter fecerint excõicentᷣ) Hec lex ſane intelligenda eſt.vtpote ei⁹ patris qui prudentiſſimus fuit et hũaniſſim⁹. Durũ plane eſſet tẽpore maxie eſtiuo.et ſi locus tm̃ diſtaret vt añ veſperã frater reuerti nõ poſſet ad monaſterium hanc legẽ obſeruari. Diſcretione igitur quã idẽ pater ſctũs dicit eſſe matrẽ virtutuȝ op⁹ eſt in obſeruatione hui⁹ legis. Attendenda eſt enĩ diligenter ꝛ bene penſanda diſtantia loci/q̃litas tẽporis/cõditio pſone q̃ mittitᷣ/et pond⁹ negocii ꝑ quo mittitᷣ/Quib⁹ penſatis abbas prout expedire iudicauerit licentiã comedẽdi fratribus ſic miſſis tribuat/ſi vſqȝ dũ reuertantᷣ cõmode abſtinere nequiuerint/

Preterea conſiderandũ eſt etiã id quod dicitur/quod ſi aliter fecerint excõmunicẽtur/poteſt accipi de maiori vel minori excõmunicatione/pro varietate exceſſus.delicti.aut conditionis delinquentis perſone/Ergo eſt qualitas perſone/et q̃titas delicti pẽſanda:ꝑ quorum varietate eſt culpa fratris iuxta diſcretionem abbatis maiori.vel minori excõmunicatione plectenda/Attendant hic bene/et colligant ex hoc capitulo diſcipuli huius ſchole/q̃ta fuit apud beatiſſimuȝ patrem Benedictum volũtas/ꝙ monachi nõ comedãt extra monaſteriũ maxie cũ ſecularibus/Tũ.q2 difficulter.in menſa et maxie ab itinere conſtitutis/et laboribus fatigatis poteſt obſeruari regularis diſciplina/nec illa grauitas ſepe conueniens eſſet/Tũ.q2 ſeculares ſepe facilitᷣ ſcãdalizantur de multis etiã in religioſis/licet ĩ ſe non ſint de genere malorũ/Tũ.q2 in conuiuiis ſecularibus ſepe concurrunt plura vicia/ꝑut ait beat⁹ Gregori⁹ in quadã omelia loquens de diuite epulone.ſ.edacitas/loquacitas/ludicanitas/Unde et vix poſſunt celebrari huiuſmodi conuiuia ſine culpa/vt idẽ Gregori⁹ moraliũ prĩo ſup illud Job.Cũqȝ in orbem tranſiſſẽt dies conuiuii/mittebat Job et ſanctificabat eos.ſ.filios/Nouerat enĩ vir ſãctus/ꝙ magna purgatione ſacrificioruȝ diluende erant epule conuiuiorum.

Capitulum cxxii.et eſt lii.regule de oratorio monaſterii:vbi tam de variis noĩbus oratorii q̃ de rationibus propter quas locus oratorii a religioſis eſt amandus ꝛ reuerendus.

Oratoriũ hoc ſit quod dicitur/nec ibi quicq̃ aliud geratur/aut cõdatur/Expleto opere dei omnes cũ ſilentio exeant/ꝛ agatur reuerentia deo/vt frater qui forte ſibi peculiaritᷣ vult orare non impediatur alterius improbitate/Sed et ſi alter vult ſibi forte ſecretius orare/ſimpliciter intret et oret:non in clamoſa voce.ſed in lachrymis et intentione cordis/Ergo qui ſimile opus non facit non permittatur expleto opere dei rememorari in oratorio ſicut dictũ eſt:ne alius impedimentũ patiatur.

Oratoriũ ꝛc/Q2 ſepe ſactũs patᷣ in ſuperiorib⁹ de laudib⁹ diuinis et orõe fecerat mẽtionẽ/Cõuenientᷣ nũc ſubdit ſermonẽ de oratorio/Et diuiditᷣ in tres ptes hoc capitulũ. In prĩa oſtẽdit/ꝙ in oratorio nichil fiat niſi illud ad quod factũ eſt ꝛ vñ nomen accepit. Secundo aſſignat cauſã huius ſcȝ priuatas oratões fratrũ volentiũ ibi orare. Tertio dat formã quã frater obſeruare debet in huiuſmodi priuatis orationib⁹

Circa primũ dicit(Oratoriũ hoc ſit quod dicitᷣ:nec quicq̃ ibi aliud geratᷣ).i.agatᷣ vel fiat(aut condatᷣ).i.reponatᷣ vel conſtituatᷣ/In oratorio enim non modo nichil agendum eſt/niſi adquod factum eſt/ſed etiam nichil ibi reponendmu eſt ad cuſtodiam/niſi quod ad diuinũ cultuȝ pertineat/Oratoriũ inde tractũ habet vocabulũ/eo ꝙ orõni ẽ tm̃mõ ↄſecratũ/

Et ideo vt dicit Auguſtinꝰ in regula. In ora
torio nemo aliquid agere debet niſi id ad qđ
factū eſt/et a quo nomē accepit/Vn̄ et dn̄s in
euangelio. Domus inquit mea domꝰ oratio
nis vocabit̄. Pro quo notādū eſt ꝙ dn̄s vni
uerſoꝝ nō ſolū de pſonis retinuit ſibi aliquoſ
ad miſtrandū vt miniſtros eccleſie/ſʒ et de re-
bus decimas ad miniſtroꝝ ſuſtentationē/de
tēporibꝰ dies ſolennes/et de locis aliqua ſibi
ſpālit̄ appropriauit ad ſeruiēdū ſibi ī illis/in-
ter q̄ vnū genꝰ eſt oratoriū. Scđo notandū
ꝙ hic locus vocat̄ variis vocabulis/⁊ int̄ alia
cōmunīꝰ dr̄ eccleſia.domꝰ dei.tēplū.oratoriū
ſanctuariū. Eccleſia vero dr̄ ſcđʒ illud p̄s. In
eccleſiis benedicā te dn̄e/ratione eoꝝ q ibi cō
ueniūt/Eccleſia eī grece cōuocatio latine dr̄.
Domꝰ orōis vocat̄ domꝰdei.ſic dicta a dog-
mate qđ grece dr̄ rectū/q̄ſi dans manere vna
nimes ī ſe/ſcđʒ illud p̄s. Qui ihabitare facit
vnanimes ī domo. Dicit̄ tēplū ſcđʒ illud p̄s
Adorabo ad tēplū ſanctū tuū ⁊ cōfitebor noī
tuo/Dicit̄ aūt tēplū q̄ſi tectū āplū/in quo re-
gi regū ſacrificia offerunt̄/ſiue a theos qđ eſt
deꝰ ⁊ platea q̄ſi dei platea/Dicit̄ oratoriū ra
tione eius/qđ frequētiꝰ et pricipaliꝰ fit in eo/
ſcʒ oratio/Sāctuariū vo dr̄/aut qr ibi ſancta
cōtinent̄ puta reliquie ſāctoꝝ/aut qr ibi ſacra
menta dant̄ qbꝰ hō ſāctificat̄. Tertio notā
dū ſicut ſatis apte ex dictiſ iā colligit/ꝙ locus
oratorii habēdꝰ ſit a religioſis ī magno amo
re/et ī magna reuerētia/In magno qdē amo
re/tū qr eſt locꝰ eruditōis/ignorans eī ibi eru
dit̄ nō ſolū exteriori eruditōe p doctores eccle
ſie/ſed diuina inſpiratōe.yſa.ii. Venite aſcen
damꝰ ad montē dn̄i/et ad domuʒ dei iacob/et
docebit nos vias ſuas/tū ſcđo qr eſt locꝰ ppici
ationis/Peccator eni ibi veniā ſuſcipit/qđ de
ſignatū eſt in ppiciatorio qđ voluit deꝰ fieri ī
tabernaculo.exo.xxv. Quare ppheta ait Su
ſcepimꝰ deꝰ miaʒ tuā in medio templi tui/tū
tertio/qr eſt locꝰ refugii.ad quē ſicut ad caſtrū
fortiſſimū refugere habēt/q ab hoſte inuiſibi
li fortit̄ īpugnant̄.puer.xviii. Turris fortiſſi
ma nomē dn̄i.ad eā ꝯfugiet iuſtus ⁊ ſaluabit̄/
Terribilis enī eſt hoſtibꝰ locꝰ oratōis/Vn̄ ia
cob de loco vbi domꝰdei erat edificāda ait ge
neſis xxviii. Terribilis eſt locꝰ iſte/terribilis
inq̄ demonibꝰ/tū q̄rto qr eſt locꝰ ſolacii et de
lectationis deſiderātibꝰ et expectantibꝰ cōſo-
lationē ſpūalē/In tēplo eni ſymeon recepit
cōſolationē.lu.ii.di. Nūc dimittis ſeruū tuū
dn̄e ſecundū vbū tuū in pace/qr viderūt oculi
mei ſalutare tuū. Preterea dicebamꝰ ꝙ locꝰ
orationis nō ſolū amandꝰ ſʒ in magna reue-
rentia habendꝰ eſt a religioſis. Ad qđ octo ra
tiōes aſſignari poſſūt/Pria indignatio dn̄i
noſtri ſaluatoris cōtra inhonorātes hūc locū
Nūq̄ eī legimus xp̄m in vita ſua tantā irā p
zelū oſtendiſſe/q̄tā oſtēdit cū vidit ꝙ templo
debita reuerētia nō exhibebat̄.io.ii.⁊ math.
xxi. Tūc impletū eſt illud p̄s.zelꝰdomꝰtue co
medit me. Secūda ratio qr locꝰ ille a deo in
habitat̄.exo.xxv. Faciāt michi ſanctuariū et ī
habitabo in medio eoꝝ/Et in p̄s/Sanctifi-
cauit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ/deꝰin medio
eius ſupple manet. Tertia qr ab āgelis fre-
quentat̄/Vn̄ iacob vidit angelos aſcendētes
⁊ deſcendētes ī loco/vbi domꝰdn̄i erat edificā
da/Spāliter dicūt ſācti āgelos adeſſe cū miſ-
ſa celebrat̄. Gregoriꝰ. Quis fideliū in dubiū
habere poſſit in ipa imolationis hora ad ſa-
cerdotis vocē celos aperiri/atqʒ ī illo ieſu xp̄i
miſterio āgeloꝝ choros adeſſe/ſūmis yma ſo
ciari:terrena celeſtibꝰ iungi. Q̄rta ratio p
pter reuerentiā ſanctoꝝ ad quoꝝ honorē lo
cus dedicatus eſt. Quinta ratio ppter reli
quias ſanctoꝝ que ibi collocate ſūt. Sexta
ratio ppter opera excellētia que ibi agunt̄ vi
delicet ſacramentoꝝ. Septima ratio propt̄
dei beneficia que ibi recipiuntur ſicut dictum
eſt. Octaua propter ſāctitatē loci quā in de
dicatione ſuſcepit. Sequitur (Expleto ope-
re dei) id eſt horis expletis (omīs cū ſūmo ſilē-
tio exeant) Non eni tantū cuʒ ſilentio:ſed cū
ſūmo illos exire voluit ſanctus pater/ad deſi
gnandū ꝙ cū magna grauitate et honeſtatiſ
diſciplina.non loquendo.non ſuſurrando.nō
inhoneſte aut leuiter incedendo/ſed omi ma
turitate religioſa/ſicut hi q de loco ſancto exe
unt/et de loquendo cū tremēdo iudice et dn̄o
infinite maieſtatis veniūt/Sequit̄ (Et agat̄
reuerentia deo) videlʒ pfunda ſancta ⁊ deuo
tiſſima inclinatione ad altare (Ut frater)
Hic redditur cauſa huius quod dictuʒ eſt in
pricipio capituli (Ut frater qui forte ſibi) .i.
apud ſe ſecrete nemine audiente (peculiarit̄
vult orare) id eſt priuate et ſingulariter (non
impediatur alterius improbitate) Hanc eti
am cauſam in regula ſua beatus Auguſtinꝰ
aſſignat cū ait/vt ī oratorio nemo aliqđ agat

niſi ad quod factũ eſt:vnde et nomen accepit/
Ut ſi forte aliqui etiam preter horas cõſtitu-
tas ſi eis vacat orare voluerint/non ſint eis ĩ
pedimẽto/qui ibi aliquid agendũ putauerũt.
¶ Ubi conſiderandũ/ꝙ in hoc ꝙ beatus Be
nedictuſ prohibet impediri illos qui fortaſſis
interdũ orare volunt preter horas cõſtitutas/
manifeſte comẽdare videtur huiuſmodi ora-
tiones ſecretas/que proculdubio ſignũ ſũt eui
dentis ſanctitatis/et a viris ſanctis cũ omi di
ligentia ſectande/¶ Huiuſmodi exemplũ reli-
quit nobis ſaluator/qui cũ nullo indigeret to
tiens tamen legiẗ oraſſe/ſic vt nos ad hoc ſuo
prouocaret exemplo/¶ Huiuſmodi etiã exem-
plum nobis reliquerunt apoſtoli/qui miniſte
rium menſarũ propter hoc relinquẽtes/dicũt
actuũ vi. Conſiderate viros ex vobis quos cõ
ſtituamus ſuper hoc opus/¶ Nos vero oratiõi
inſtantes erimus/¶ Exemplũ etiã huius reliq̃
runt nobis fere omnes antiqui ſancti patres/
ſicut patet in geſtis eorũ/preterea huiuſmodi
priuate orationes videntur eſſe maioris effi-
cie/Sunt enim magis mentales ꝙ̃ vocales/
Hoc autẽ multũ facit ad efficaciã orationis
ſecundũ illud p̃s. Cũ inuocarẽ.i.intus voca-
rem exaudiſti me deus/¶ Ceterũ generant ma
iorẽ affectionẽ/poteſt quidẽ ſic orans plꝰ mo
rari circa ſingula meditãda/et ex huiuſmodi
moroſis meditationibus generantur maio-
res affectiones deſideriorũ ſanctorũ/Huiuſ-
modi autẽ affectiones/multũ faciunt oratio
nes efficaceſ.iuxta illud p̃s. Deſideriũ cordiſ
eorũ audiuit auris tua/¶ Sequiẗ (Sed ſi alẗ
vult ſibi forte ſecretiꝰ orare ſimpliciter intret)
id eſt ſine ſtrepitu(et oret non in clamoſa vo
ce:ſed ĩ lachrymis et intentiõe cordis)¶ Hic
tertio dat formã quã ſeruare debet fraẗ q ora
re vult in oratorio preter horas conſtitutas/
¶ Prĩo vt ſimpliciẗ ſilẽter modeſte et ſine ſtre
pitu aliquo magno intret oratoriũ. ¶ Secun
do vt ibi (non ĩ clamoſa voce ſ; in lachrymis
et intentione cordis) De qua forma Ceſariꝰ
ita dicit/Ante oĩa inq̃t fratres mei quotiens
oratõi incũbimꝰ/cũ ſilentio et q̃ete ſupplicare
debemꝰ/q; q̃cũq; voluerit cu; alta voce orare
oĩbꝰ iuxta ſe ſtantibꝰ oratõis fructũ videẗ au
ferre/¶ Rugitꝰ tñ et ſuſpiria et gemitꝰ audiã
tur/¶ Nã oratio nr̃a talis eſſe debet/q̃lis fuiſſe
legiẗ anne ſancte matris beati ſamuelis/Sic
eni de illa ſcriptũ eſt/q; flens orabat et labia

eius tãtũmodo mouebanẗ:et vox penitꝰ non
audiebaẗ. Sequiẗ(Ergo q ſimile opꝰ)ſcil;
oratõis (nõ facit nõ p̄mittaẗ expleto ope dei
remorari).i.remanere(in oratorio vt dictũ ẽ
ne aliꝰ impedimentũ patiatur)ſupple alteri-
us improbitate. Plana ſunt omnia.

¶ Capitulũ cxxiiii.et eſt liii.regule:de hoſpiti
bus ſuſcipiendis: vbi de cauſis mouentibus
ad gratiam hoſpitalitatis.

OMnes ſupuenĩẽtes hoſpi-
tes tanꝙ̃ xp̃s ſuſcipiantur/
quia ipſe dicturus eſt:hoſpes fui
et ſuſcepiſtis me/¶ Et omĩbus cõ
gruus honor exhibeatur/maxie
tamen domeſticis fidei et pere-
grinis. Ut ergo nunciatus fue-
rit hoſpes/occurratur ei a priore
vel a fratribus cum omi officio
caritatis/et primitus orent pari
ter:et ſic ſibi ſocientur in pace.
/Quod pacis oſculum non prius
offeratur/niſi oratione premiſſa
propter illuſiões diabolicas/¶ In
ipſa autem ſalutatione omĩs ex
hibeatur humilitas/Omibꝰ ve
nientibus ſiue diſcedentibus ho
ſpitibus.inclinato capite vel p̄
ſtrato omĩ corpore in terra/xp̃s ĩ
eis adoreẗ:qui et ſuſcipitur/¶ Su
ſcepti autem hoſpites ducantur
ad orationẽ/et poſtea ſedeat cu;
eis prior:aut cui iuſſerit ipſe/Le-
gatur coram hoſpite lex diuina
vt edificetur/et poſt hec omĩs ei
exhibeatur humanitas/¶ Ieiuniũ
a priore frãgatur propter hoſpi-
tem/niſi forte p̄cipuus ſit ille di-
es ieiunii.qui non poſſit violari.

Fratres autē conſuetudinē ieiu
niorū proſequantur/ Aquam in
manibus abbas hoſpitibus det/
pedes vero hoſpitibus omībus
tam abbas ꝙ cuncta congrega-
tio lauet/ Quibus lotis hunc ver
ſum dicant/ Suſcepimꝰ deus mi
ſericordiam tuā i medio templi
tui/ Pauperuꝫ et peregrinorum
maxime ſuſceptio omī cura ſolli
cite exhibeatur/ quia in ipſis ma
gis xp̄s ſuſcipitur/ Nā diuitum
terror ipē ſibi exigit honorē/ Co
quina abbatis et hoſpituꝫ per ſe
ſit/ vt in certis horis ſuperueniē
tes hoſpites qui nūꝙ deſunt mo
naſterio non inquietent fratres/
In quam coquinā ad ānū ingre
diantur duo fratres/ qui ipſū of-
ficium bene impleant/ Quibus
vt indigent ſolacia adminiſtren
tur eis/ vt abſqꝫ murmuratione
ſeruiant. Et iterū quando occu
patione minorē habēt: exeāt vbi
eis imperaẗ in opera/ Et non ſo
lum in ipſis: ſed et in omibus of
ficiis monaſterii iſta ſit conſide
ratio/ vt quando indigēt ſolacia
adminiſtrentur eis/ et iterū quā
do vacant obediant imperanti.
Item et cellā hoſpitū habeat aſ-
ſignatam frater/ cuiꝰ aiaꝫ timor
dei poſſideat/ vbi ſint lecti ſtrati
ſufficienter/ et domus dei a ſapi
entibus ſapienter adminiſtreẗ/
Hoſpitibus autē cui non precipi
tur nullatenus ſocietur neqꝫ col
loquatur: ſed ſi obuiauerit aut vi
derit ſalutatis humiliṫ vt dictū
eſt/ et petita benedictione pertrā
ſeat. dicens/ non licere ſibi collo-
qui cum hoſpite.

OMnes ſuperuenientes ꝛc/ Superius
ſanctus pater dedit precepta quomo-
do ſe deberent habere ad inuicē hono-
rando ſe inuicē ꝛ mutuo ſibi ſeruiendo/ Nūc
ſubdit mandata qualiter ſe debeant habere
quo ad extraneos aduenientes/ videlꝫ ad ho
ſpites pauperes. et peregrinos/ Et tāguntur
tria ſpecialiter circa hoſpitalitatē in hoc capi
tulo/ In primo ponit mandatū de hoſpitibꝰ
ſuſcipiēdis. aſſignando cauſaꝫ propter quam
id fiendū ſit/ Secūdo deſcribit eos qui ma
xime ſuſcipiendi ſunt/ Tertio aſſignat mo
dum ſuſcipiendi hoſpites et habendi ſe cū eis
Circa primū dicit ſic (Oēs ſuperuenientes
hoſpites) ſcꝫ indifferenter. Auguſtinus. Di-
ſcite xp̄iani ſine diſcretione exhibere hoſpita-
litatem/ ne forte cui domū clauſeritis: cui hu
militatē negaueritis ipſe ſit deus/ Item hie
ronymꝰ cōtra rufinū/ In monaſterio hoſpita
litati ex corde intendimus/ ꝛ oēs ad nos veni
entes preter ſolos hereticos leta fronte ſuſci-
pimus (tanꝙ xp̄s ſuſcipiātur: quia ipſe dictu
rus eſt) ſcꝫ math. xxv (Hoſpes fui ꝛ ſuſcepiſtis
me/ et omibus congruus) id eſt debitus con-
dignꝰ perſone ꝛ dignitatis conditionibus pē
ſatis (honor exhibeaẗ)/ Alius ei honor debeẗ
ep̄o/ aliꝰ ſimplici laico/ alius abbati/ aliꝰ ſim-
plici mōacho/ aliꝰ nobilibꝰ/ ꝛ aliꝰ ruſtico/ ꝛ ſic
de aliis hoīꝫ differentiis/ Ita ꝙ iuxta quali-
tatē perſone hoſpitis exhibendꝰ eſt honor ei.
Que inequalitas ſuſceptionis facienda eſt ī
multis/ Non enī rectū videtur vt ea que pre
paranda nobili ſunt aut principi/ prepareṅt
ruſtico ſiue pauperi. Sequitur (Maxime
aūt domeſticis fidei et peregrinis) Hic po
nit ſecundum ſcilicꝫ quibus maxime exhiben
da eſt hoſpitalitatis humanitas; dicens. do-
meſticis fidei/ Domeſtici fidei: vt ait glo. ad
gala. vi. dicuntur qui ſunt de familia noſtra

per fidem/ id eſt ad xp̄ianos / Si enī in cun/
ctos liberalitatis frena laxantur/maxime in
domeſticos/id eſt chriſtianos qui habēt eun/
dem patrem eiuſdē magiſtri appellatione cē
ſent/ Oībus ergo īpendenda eſt miſericordia
in quo preponendi ſunt iuſti qui ſunt ex fide.
hec gloſa. Suſcipiendi ſunt maxime domeſti
ci fidei religionis viri boni et iuſti. quarti re/
gū iiii. / Aiaduerto ꝙ ſāctus dei eſt iſte. qui trā
ſit per nos frequenter: faciamus ei cenaculū
paruū ꝛc. / Econuerſo eſt de quibuſdā in pluri
bus locis / qui non recipiūt vel male recipiūt
bonos. malos vero et ſeruos diaboli cū gau/
dio recipiunt et pertractant/ Unde poſſūt bo
ni ſepe ſimilē querelā facere. quā leuites ille
faciebat iudicū xix. Nunc vadimus ad domū
dei/ nulluſqꝫ ſub tectū ſuū nos vult recipere.
¶ / Et peregrinis: quia tales magis indigent.
yſa. xlviii. Et egenos vagoſqꝫ induc ī domū
tuā. Job xxi. / Foris non manſit peregrin⁹: oſti
um meū viatori patuit. ¶ Ubi notādū ꝙ ad
humanitatē hoſpitalitatiſ plurima ſunt/ que
nos inducere poſſunt. ¶ / Primo quia ad ſuſce
ptionem gratie et mentis illuminationē pre
parat/ quod figuratū legimus in duobus di/
ſcipulis euntibus in emaus caſtellū: qui tunc
cognouerunt dn̄m cū eum ad hoſpicium inui
taſſent. luce vltimo / Quandoqꝫ enī diuina
cognitio infunditur alicui ratōne alicuius ſā
cti viri in hoſpicio recepti. ¶ / Secundo bona
temporalia multiplicat: vt patet ī vidua que
helyam in hoſpicio recepit cui farina et oleū
non defecerunt/ tertio regū xvii. ¶ / Tertio a
malo temporali ſeruat: vt patet in raab que
quia recepit nuncios filioꝝ iſrael a morte ſal
uata eſt Joſue vi. ¶ / Quarto deū meretur re
cipere. Math. xviii. Qui ſuſcipit vnū talē p
uulū in noīe meo/ me ſuſcipit/ Itē math. xxv.
Hoſpes fui et collegiſtis me/ Hieronymus.
Abrahā duꝫ crebro hoſpitalitatis officio non
refutauit hoīes/ ſuſcipere meruit dn̄ꝫ. Un̄ re/
fert Gregorius in quadā omelia/ ꝙ quidā pa
terfamilias cui multū hoſpitalitatis officiuꝫ
vſus fuit/ quadā die cū peregrinos ſuſcepiſſet
et aquā daret manibus ex humilitate / vnus
fuit inter eos in cui⁹ manib⁹ effundere aquā
debuit/ et cū reuerſus vrceū accepiſſet eū non
inuenit/ Cūqꝫ hoc factum apud ſe miraretur/
eadem nocte per viſionē ei dn̄s dixit / ceteris
diebus me in membris meis: heſterno autem
die me in memetipſum ſuſcepiſti. ¶ / Quinto
angelos etiā meretur ſuſcipere. ad hebre. xiii.
Hoſpitalitatem enī nolite obliuiſci / per hāc
enī quidā placuerunt angelis hoſpicio rece/
ptis/ vt abraham gen̄. xviii. et loth. xix. / Loth
incendia ſodomorū ob hoc ſoluꝫ euaſit/ ꝙ do
mum ſuā hoſpitibus patefecit / Origenes in
omelia. Domos hoſpitales ingreſſi ſunt an/
geli: / Domos vero hoſpitibus clauſas ignis
et ſulfur ſuccendit. Hieronymus. Abraham
et loth angelos ſuſceperunt/ quia hoſpites di
lexerunt. ¶ / Sexto eternam gloriam preſtat.
Math. xxv. Hoſpes fui et collegiſtis me/ Et
ſequitur. Uenite benedicti patris mei perci/
pite regnum ꝛc. Quare beatus gregori⁹ ait.
Penſate fratres ꝙ̄ta hoſpitalitatis v̄tus ſit/
ad menſas veſtras xp̄ꝫ ſuſcipite vt vos ab eo
ſuſcipi ad eterna conuiuia valeatis/ Prebete
modo peregrino xp̄o hoſpiciū/ vt vos in iudi
cio nō quaſi peregrinos neſciat ſed vt propri/
os ad regnū ſuſcipiat. ¶ Circa tertiū ſcꝫ mo
dum ſuſcipiendi ponit ſanctus pater quinqꝫ
principalia obſeruanda circa hoſpites. ¶ / Pri
mum eſt ꝙ aduenientibus hoſpitibus celeri/
ter ꝛ honorabiliter occurratur/ exemplo abra
he/ qui cum vidiſſet tres viros venientes oc/
currit in occurſum eorū de oſtio tabernaculi
ſui/ gen̄. xviii. Sic etiam recepit loth angelos
geneſis xix. / Qui cum vidiſſet eos ſurrexit et
iuit obuiā eis/ De hoc dat ſanctus pater ta/
le mandatum (Ut ergo nunciatus fuerit ho
ſpes occurratur ei a priore vel a fratribus cū
omī officio caritatis) Sequitur quondā fa/
cta aduiſatio contra illuſiones diabolicas.
(Et primit⁹ orent pariter et ſic ſibi ſocientur
in pace/ quod pacis oſculum non prius offe/
ratur niſi oratione premiſſa/ ꝑpter illuſiones
diabolicas) ¶ / Primo ergo ad orationem du
cendus eſt hoſpes/ deinde ad pacis oſculuꝫ re
cipiend⁹/ De quo oſculo dicit apoſtolus. Sa
lutate inuicem in oſculo ſancto. ¶ / Quare au/
tem hec ordinatio/ ꝙ nō niſi premiſſa oratio/
ne hoſpes ad pacis oſculum recipiatur ema/
nauerit: dicit ſanctus pater ꝙ propter illuſio
nes diabolicas/ quibus aliquando ſathanas
tranſfigurat ſe in figuram hoſpitum ſub ſpe/
cie religionis/ vt illudat ſanctos viros: ſicut le
gimus in vita ſanctorū patrū q̄nqꝫ cōtigiſſe
¶ / Seqt̄ ſecundū obſeruādū circa officiū hoſpi
talitatis videlꝫ ꝙ hoſpites reuerēt ſuſcipiant

Exemplo abꝛahe / Unde geñ. xviii / Abrahā
adoꝛauit in terrā et dixit / Si inueni gratiaꝫ
in oculis tuis / nō tranſeas ſeruū tuū / Uñ vir
quidā religioſꝰ magne auctoꝛitatis dicebat /
fratres venientes debere adoꝛari / cū certū ſit
in aduentu eorū aduentuꝫ dñi noſtri ieſu xpi
haberi / De hoc ita dicit ſāctus pater (In ipa
autem ſalutatione omīs exhibeatur humili-
tas) tam coꝛpoꝛis ꝙ animi. qđ exponens ſub
dit (Omnibus venientibus ſiue diſcedenti-
bus hoſpitibus inclinato capite) ⁊ hoc mino
ribus perſonis (vel pꝛoſtrato omī) id eſt toto
(coꝛpoꝛe in terrā xpus in eis adoꝛetur q et ſu
ſcipitur) et hoc maioꝛibus: ſicut regibus epi-
ſcopis / abbatibus et reliquis pꝛincipibus. ſi-
ue ſpiritualibus: ſiue tempoꝛalibꝰ ſicut duci-
bus comitibus et baronibus. Tertio hoſpi
tibus abundanter de neceſſariis eſt admini-
ſtrandū. Unde iudicū xix. Pax tecū ſit ego i-
plebo omīa que neceſſaria ſunt / tantū queſo
ne in platea maneas / De quo ſanctus pater
ſubdit (Suſcepti autē hoſpites ducantur ad
oꝛationē) de qua ſupra fecit mētionē in prin
cipio capituli (⁊ poſtea ſedeat) .ſ. in mēſa (cū
eis pꝛioꝛ. aut) ſi ipſe eſt occupatus vel ſi neceſ
ſarius eſt eis interpꝛes (cui iuſſerit ipſe / et le-
gatur coꝛā hoſpite lex diuina vt edificetur) .i.
ſcriptura aliqua ſancta q edificet mentes au
dientium / exemplo beati auguſtini / De quo
dicitur ꝙ in vita ſua hoſpitalitatē ſemper ex
hibuit / in ipſa menſa lectionē aut diſputatio
nem diligens / vnde nulla mala verba ſuſtine
bat: nullas detractiones. Uñ in menſa habe
bat vſꝰ ſcriptos. Quiſqs amat dictis abſen-
tū rodere vitas. Hanc menſā indignā noue-
rit eſſe ſibi (Et poſt hec omīs eis exhibeatur
humanitas) Et hoc quo ad cibū. potū. lectuꝫ
et ceteras qualitates rerum adminiſtranda-
rum hoſpitibus intelligendū eſt / per hoc aūt
quod dicitur omnis eis exhibeatur humani
tas / videtur etiā cibus carniū compꝛehendi / q
ſi negaretur omībus indifferēter / non omīs
humanitas eis cenſeretur exhiberi / Unde vi
detur ꝙ cibus carniū adminiſtrādꝰ ſit hoſpi-
tibus et maxime pꝛincipibus / religioſis vero
quibus ex ſue profeſſionis inſtitutis non lice
ret carnes comedere / non eſt adminiſtrandus
Quarto hoſpites ſunt hylariter tractādi
ſcđe coꝛin. xix. Unuſquiſqꝫ pꝛout deſtinauit i
coꝛde ſuo. non ex triſtitia. aut ex neceſſitate.

Hylarem enī datoꝛē diligit deus / pꝛime pe-
tri quarto / Hoſpitales inuicem ſine murmu
ratione: cuius gratia ſubdit mandatum ſan-
ctus pater (Ieiuniū a pꝛioꝛe frangatur pꝛopt
hoſpites) ſcilꝫ ampliori humanitate et vlteri
oꝛi iocunditate caritatis conſolandos et per-
tractandos / Soluendū quippe eſt ieiunium
pꝛopter hoſpites: ſicut hic innuit ſanctus pat
benedictus / Unde in dialogo beati gregoꝛii
habetur ꝙ abbas caſſianus venit ad quendā
ſenem qui dedit ei manducare cum ſociis ſu-
is vſqꝫ ad ſacietatē et hoꝛtabatur eum vt plꝰ
comederet: qui cum diceret ſe eſſe ſaciatuꝫ in
quit / Ego cum diuerſis fratribus hodie ſup-
uenientibus ſepties manducaui ⁊ adhuc eſu
rio: tu vero ſemel manducās es ſaciatus. Et
dixit ieiunium frangendū eſſe pꝛopter hoſpi
tes: quia ī hoſpite ſuſcipitur xp̄s / Et non poſ
ſunt filii ſponſi lugere ꝙdiu ſponſus eſt cum
ipſis (Niſi foꝛte pꝛecipuus ſit dies ieiunii qui
violari non poſſit) ſicut ieiunium quadꝛage
ſime. quattuoꝛ tempoꝛū et vigiliarū. ſanctoꝝ
que romana eccleſia ieiunanda inſtituit de q
bus ſupꝛa habitum eſt / Sed ſubiūgit duplex
dubium. Utrū pꝛo quolibet hoſpite ieiuni
um frangendū ſit / Ad quod reſpondent qui-
dam ꝙ non / ſed pro reuerendis perſonis / ſed
iudicio noſtro cum maxime ī pauperibus ſu-
ſcipiatur xp̄s vt infra dicit ſanctus pater eti-
am pꝛo pauperibus perſonis frangenduꝫ eſt
ieiunium / vbi abbatis diſcretioni viſū ſit hoc
cedere ad conſolationem et recreationem ho
ſpitis / et in hoc non videtur eſſe fienda perſo
narum diſcretio. Secundū eſt an ſi carnes
hoſpitibus miniſtrentur debeat pꝛioꝛ come-
dere carnes cum eis / Reſpondet ꝙ non. Ali
ud enī eſt frangere ieiunium quod regula cō
cedit humanitatis gratia / vt puta ꝙ pꝛioꝛ co
medat cum hoſpite parum de pane. aut ouū
aut fructus: et aliud eſt eſum carnium come
dere / Hoc enī pꝛofecto videretur plus cede-
re in quandam carnalitatem ꝙ humanitatē
quod regula maxime pꝛohibet / Et quia poſ-
ſet quis dubitare an ſolus pꝛioꝛ / vel etiaꝫ alii
fratres deberent pꝛopter hoſpites ieiunium
frangere ſubdit (Fratres autem conſuetudi-
nem ieiunioꝛum pꝛoſequantur) id eſt cuſtodi
ant et obſeruent. Ac ſi diceret. Licet pꝛioꝛ ie-
iunium frangat gratia humanitatiſ pꝛopter
hoſpitem / conuentus tamen non debet ie-

iuniũ violare: ſed religionis cõſuetudines et
inſtituta inuiolata cuſtodire. Quito hoſpi
tibꝰ ſũt manus pedeſqꝫ humiliter abluendi.
Unde abraham tribꝰ viris quos hoſpicio re
cepit ait Geñ. xviii. Afferatur puſillũ aque ⁊
lauẽtur pedes veſtri. De hoc humilitatis of
ficio ſubdit ſanctus pater Benedictus dicẽs
(Aquã manibus abbas hoſpitibus det) Et
hoc ideo quia gratior proculdubio reddit̃ ho
ſpitalitatis exhibitio deo ſi magiſter domꝰ in
propria perſona hoſpitibus ſeruierit. Sicut
hierony. de abrahã loquens ait. Non ſeruis
precepit vt hoſpitibus miniſtrarẽt nec bonuz
quod inceperat per aliũ minuit ſed quaſi pre
da reperta cũ ſarra vxore ſua humanitati ſo-
lus incubuit ipſe pedes lauit. ipſe in hume-
ris ſuis vitulũ de armẽto portauit vt ſeruus
ſtetit peregrinis prandentibus et manibꝰ co
ctos cibos ieiunaturus appoſuit (Pedes ho
ſpitibus omĩbus tam abbas ꝙ cũcta congre-
gatio lauet quibus lotis hunc verſuz dicant.
Suſcepimus deus miaz tuã ĩ medio templi
tui) Aiaduertenduz ꝙ huiuſmodi ordinatio
non poteſt iſtis temporibꝰ ad plenũ obſerua
ri tũ propter frequentiã pauperũ et hoſpitũ.
tũ quia diuerſis temporibus veniũt. tũ quia
abbati incumbunt plures alie occupationes.
tũ quia conuentus ſine magna grauitate nõ
poſſit totus intendere huic officio quare pru
denter nobis diſpoſitũ videtur vt aliqui fra-
tres deſcribuntur de cõitate qui hoc humili-
tatis officiũ certis diebꝰ peragãt et alii aliis
diebus. Sequitur (Pauperũ et peregrinoꝝ
maxie ſuſceptõ omĩ cura ſollicite exhibeatur
quia in ipſis xp̃s magis ſuſcipitur) tũ quia ĩ
eis repreſentatur magis xp̃s. vñ fratres eos
vocat math. xxv. vbi dicit̃. Quicquid feciſtis
vni ex his fratribꝰ meiſ minimis: glo. interli.
qui pauperes ſpiritu ſunt: michi feciſtis. Itẽ
math. xviii. Qui ſuſcipit vnũ talẽ paruulum
in nomĩe meo me ſuſcipit. Et hieronymꝰ ad
nepocianũ. Menſula tua pauperes et pere-
grinos ſuſcipiat et cũ illis xp̃s conuiua erit.
tũ qa in ſuſceptione pauperũ maius eſt teſti-
moniũ caritatis ꝙ ĩ ſuſceptione diuitũ. tertia
io. prĩo. kariſſime fidelit̃ facis quicquid ope-
raris in fratres et hoc in peregrinos qui teſti
moniũ reddiderunt caritati tue in conſpectu
eccleſie. Et hec eſt cauſa quã ſanctꝰ pater ſub
dit dicens (Nam diuitũ terror ipſe ſibi exigit
honorẽ) Quia ſanctus pater fecerat mentio
nem de refectione hoſpitũ ſubdit de diſpoſiti
one coquine hoſpitũ ne propter aduenientes
hoſpites fratres inquietari cõtingat et regu
laris obſeruantia perturbari dicens (Coqui
na abbatis et hoſpitum per ſe ſit) id eſt ſepa-
rata. Et quod dicitur de coquina intelligen-
dum eſt etiã de menſa videlꝫ ꝙ locus ſuſcipi
endi hoſpites ad refectionẽ ſit ſeparatus a cõ
muni loco fratrũ. Non eĩ cõueniret vt indif-
ferenter quilibet hoſpes cũ fratribus in refe-
ctorio induceretur ad comedendũ. Et huius
cauſe tres aſſignari poſſent. Primo propt̃
diuerſitatẽ temporũ et varietatẽ horarũ qui
bus hoſpites veniunt et quo fratres regulari
ter debent comedere. Unde ſepenumero non
poſſent fratres cũ hoſpitibus obſeruare tem-
pus regulare comedendi ſuperius aſſignatũ.
Secundo propter varietatẽ conditionis ꝑ
ſonarũ tales eni poſſent eſſe perſone hoſpitũ.
puta ita laſciue aut leues ꝙ eſſet periculũ in-
ducere eas in cõmuni fratrũ refectorio ad co
medendũ propter iuuenes religioſos ⁊ nõdũ
bene ĩ amore regularis vite firmatos. Si au
tem eſſẽt perſone venerabiles mature et gra
ues ex quibus non niſi edificatio bona acti-
ua vel paſſiua vel vtraqꝫ expectanda ſit com
mendabile eſt ſi aliquando ad refectoriũ cuz
fratribus introducãtur aduiſatis tamen fra
tribus vt pro gloria dei et bona edificatione
aduenientiũ hoſpitũ omĩ vtantur grauitate
et modeſtia. Tertio ꝓpter varietatẽ fercu
lorũ. Cũ eni hoſpitibus vt paruz ante in hoc
capitulo dictũ eſt omĩs humanitas exhiben-
da ſit aliqua veniant hoſpitibus miniſtrãda.
vt puta quandoqꝫ carnes aut aliqua magis
precioſa aut delicatiora cibaria que nõ admi
niſtrabuntur cõitati fratrũ. Moleſtũ autem
eſſet maxime imperfectis videre illa hoſpiti-
bus miniſtrari de quibus ipſi non guſtant.
Quare optime ſanctus pater inſtituit vt co
quina hoſpituz ſub qua menſa accipitur ſeor
ſum a cõmuni refectionis loco fratrum ſit ſe-
parata. Cuius ratio ſequitur (vt in certis ho
ris ſuperuenientes hoſpites qui nũꝙ deſunt
monaſterio non inquietent fratres) Conſe-
quent̃ de ſeruitoribꝰ coquine ꝓuidens ſubdit
(In quã coquinã ad ãnũ ingrediant̃ duo fra
tres q ipꝫ officiũ bene impleãt quibꝰ vt indi-
gent ſolacia adminiſtrẽtur eis) .i. adiutores.

Ubi conſideranda veniunt et numerus ho-
ſpitū et qualitas eorū/quia ſi ſunt plures aut
nobiles et magne auctoritatis perſone.plu-
res ſeruitores.et magis apti ſunt adiungen-
di/tanto plures.vt ſi non in vna domo.ſed in
diuerſis locis et a ſe diſtantibus hoſpites ad
comedendū collocarētur.Cuius inſtituti ſub
iungit ſāctus pater duas cauſas.Una eſt(vt
abſqꝫ murmuratōne ſeruiant)Secunda(vt
iterū quando occupationē minorem habent
exeant vbi eis imperatur in opera) Senſus
eſt. Seruitoribus p̄fatis ſolacia adminiſtren
tur prout indigent/vt minus fatigati poſſint
etiā poſt exhibitū obſequiuꝫ hoſpitibꝰ aliquā
obedientiā in monaſterio explere/ quod non
poſſent ſi occupationē plurimā et grauantē
habuiſſent in prefato officio coquine.Quod
etiā obſeruandum eſt generaliter in omibus
aliis officis monaſterii / Unde ſequitur (Et
non ſolū in ipſis.ſed etiā in omibus aliis offi
ciis monaſterii iſta ſit conſideratio.vt quan-
do indigent ſolacia adminiſtrentur eis:et ite
rum quando vacant obediant imperanti).ſ.
ſuperiori iniūgēti aliquod aliud opꝰ/Sexto
hoſpitibus congruenter prouidendū eſt de le
cto. De quo ſāctus pater ſubdit(Item et cel
lam hoſpitū)ponit ſingulare pro plurali/qm̄
pro multitudine hoſpitū ⁊ varietate perſona
rum/plures celle ſunt neceſſarie(habeat aſſi-
gnatam frater cuius aīam timor dei poſſide
at:vbi ſūt lecti ſtrati)ſcꝫ diſpoſiti(ſufficient)
ſcꝫ habentes ea que neceſſaria ſunt hoſpitibꝰ
ad dormiendū ſiue quieſcendū(Et domꝰ dei
a ſapientibus ſapienter adminiſtretur)hoc ē
miniſterio prudentiū gubernetur et regatur/
Uerum quia ſi indifferenter fratres aſſocia-
rentur hoſpitibus ad loquēdū/magna diſſo-
lutionis daretur occaſio:ſāctus pater hic pru
denter āmonet dicens(Hoſpitibus autē cui
non precipitur nullatenus ſocietur nec collo
quatur ſed ſi obuiauerit aut viderit ſalutatis
humiliter vt diximus) ſcꝫ inclinato capite/vl
proſtrato corpore(⁊ petita bn̄dictione)iuxta
morē religioſorū qui in ſalutando ſuos maio
res ſolliciti ſunt vti hoc modo dicendi:bene-
dicite pater qđ eſt exopotare ſiue petere bene
dictōnem( pertranſeat dicens:non licere ſibi
colloqui cū hoſpite)Debet hoc curialiter di-
ci per talem vel ſimilē modū loquendi/Dn̄e
habeat me excuſatuꝫ paternitas veſtra/quod
non aſſocio perſonā veſtrā/aut ꝙ cū eis nō ha
beam collocutionē/ quoniā ſine mandato ſu
perioris mei michi loqui nō licet cū hoſpite.

Capitulum cxxiiii.et eſt liiii.regule:vt non
debeat monachꝰ litteras vel eulogias accipe

Nullatenꝰ liceat monacho
neqꝫ a parentibꝰ ſuis/neqꝫ
a quoquā hominū/ nec ſibi inui
cem litteras/aut eulogias/vel q̄
libet munuſcula accipere/aut da
re ſine precepto abbatis ſui/Nō
ſi etiam a parētibꝰ ſuis ei quicq̃
directū fuerit/non preſumat ſu-
ſcipere illud:niſi prius indicatū
fuerit abbati/Quod ſi iuſſerit ſu
ſcipi in abbatis ſit poteſtate cui
iubeat illud dare.Et non contri
ſtetur frater cui forte directū fu
erit vt non detur occaſio diabolo
Qui autē aliter preſumpſerit di
ſcipline regulari ſubiaceat.

Nullatenus ⁊c. Quoniā ſepenumero
hoſpites litteras ſeu etiam quandoqꝫ
munuſcula amicoꝝ portant fratribus
congruenter poſt capitulū de hoſpitibus reci
piendis ſanctus pater ſubdit mandatū de nō
recipiēdis huiuſmodi litteris ſiue muneribꝰ
ſine licentia abbatis/Et diuidi poteſt in tres
partes preſens capitulū./Primo quidē ſan
ctus pater prohibet actū exteriorem ſuſcipiē-
di./Secundo coercet actū contriſtati animi
aut murmurātis:ibi Nō contriſtetur./Ter
tio imponit penā contra contrariū preſumē
tes:ibi.Qui autē aliter preſumpſerit.Circa
primū dicit ſic(Nullatenus liceat monacho
neqꝫ a parentibus ſuis.nec a quoq̃ hominū/
nec ſibi inuicē litteras vel eulogias vel queli
bet munuſcl'a accipere aut dare ſine p̄cepto)
id eſt licentia abbatis. Ubi notandū ꝙ ex
tendere manū ad recipiendū litteras homiꝫ
cuiꝰ volūtas eſt ī alteriꝰ poteſtate/aut quodli

bet munus aut quodcūq3 modicū3: illi qui nichil debet habere/cuiuſmodi eſt religioſus eſt culpa non modica/licet quidā non multū pōderent/ In ſignū cuius dicit beatus Auguſtinus in regula/ Quicūq3 autē in tantum progreſſus fuerit malū/vt occulte ab aliquo litteras vel quodlibet munus acceperit/ſi hoc vltimo confitetur parcatur illi/et oretur pro eo/ ſi autē deprehenditur 7 conuincitur. ſecundū arbitriū pſbyteri vel prepoſiti grauius emendetur/ Ex quibus verbis ſatis aperte colligitꝰ ꝙ ſanctus vir Auguſtinꝰ nō leue ſed magnū peccatū imputat religioſo accipere aliquid illicite.i.ſine licentia. ¶ Secundo notandum ꝙ ꝗuis hoc ſemper ſit malū:cauendū tamen ſpecialius eſt a viris ſanctis. a litteris et munuſculis recipiēdis a mulieribus/ Et ideo dicit hieronymꝰ. Dulces litteras et crebra munuſcula ſanctus amor non habet/ Huiuſmodi enī ſunt amantiū ſtulto amore/7 ideo ſunt ſpecies mali/a qua cauendū eſt ſecūdū apoſtolum/ Conſequenter volens amputare ſanctꝰ pater omnē occaſionē mali/reſtringit ſuperius mandatū vſq3 etiā ad non ſuſcipiēdū ſiue tangendū munus directū/niſi prius abbatis licentia fuerit petita et obtenta:dicens( Quod ſi etiā a parentibus ſuis ei quicꝙ directū fuerit non preſumat ſuſcipere illud niſi prius indicatū fuerit abbati:ꝙ ſi iuſſerit ſuſcipi:in abbatis ſit poteſtate cui iubeat illud dare) Iſta eſt etia3 ſententia approbatiſſimi Auguſtini ſic dicentis in regula/ Conſequēs eſt ergo vt etiam ſi quis ſuis filiis aut aliqua neceſſitate ad ſe pertinentibus in monaſterio conſtitutis/aliquā contulerit veſtem.ſiue aliud inter neceſſaria deputandū/nō occulte accipiatur:/ ſed ſit in poteſtate prepoſiti/vt in rem cōmunem redactā cui neceſſaria fuerit prebeatur. hec Auguſtinꝰ. ¶ Sequitur ſecundū vbi cohibet motū animi interiorē dicens( Et non cōtriſtetur frater cui forte directū fuerit)videlz murmurando/conquerendo/aut detrahendo Et huius cauſā ſubdit dicens ( vt non detur occaſio diabolo) quod fieret ſi triſtaretur frater/aut detraheret quod ſibi datū nō eſſet qd ſibi directū fuerat. ¶ Sequitur tertiū in quo imponitur pena tranſgreſſoribus ( Qui aūt aliter preſumpſerit diſcipline regulari ſubiaceat) Que autē ſit et ꝗta regularis diſciplina in ſuperioribꝰ capitulis notatū eſt. / Ubi notandū ꝙ ſi hoc ſit ſatis magna culpa in religioſo/maior tamen ac grauior eſt ſi quis rē ſibi collatā celauerit/talis enī tanꝙ fur iudicandus eſt:vt beatus Auguſtinus in regula ait/ Si quis rem ſibi collatā celauerit/furti iudicio condemnetur/ Cuiꝰ ratio eſt quia vt volunt iura/quicquid acquirit religioſꝰ/quicqd ei datur/quicquid ei debetur/vel alio quocūq3 modo aduenit ei.totū cedit in ius cōmunitatis/ Accipientes ergo et celantes rē ſibi collatam/merito vt fures iudicandi veniūt/ qui rem non ſuam ſ3 cōmunitatis inuito dño .ſ. illo ad quem pertinet diſpenſatio:cum de eiꝰ ratihabitione non preſumitur:tractant.

¶ Capitulū cxxv.et eſt capitulum lv.regule: de veſtiariis et calciariis fratrum.

Veſtimenta fratribus ſecūdum locorū qualitatē vbi habitant/vel aerum temperiem dentur/quia in frigidis regionibus amplius indigetur:in calidis vero minus/ Hec ergo conſideratio penes abbatem eſt. ¶ Nos tamen mediocribus locis ſufficere credimus monachis per ſingulos cucullam et tunicam/ cucullam i hyeme villoſam:in eſtate puram aut vetuſtam/et ſcapulare propter opera. ¶ Indumenta pedū pedules et caligas. ¶ De quarum rerū omniū colore aut groſſitudine nō cauſentur monachi/ ſed quales inueniri poſſunt in puincia qua habitāt/aut quod vilius comparari poteſt. ¶ Abbas autem de meſura prouideat vt nō ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis ſed meſurata. ¶ Accipiē

tes noua: vetera ſemper reddāt
in preſenti/ reponenda in veſtia-
rio ꝓpter pauperes/ Sufficit ei
monacho duas tunicas et duas
cucullas habere. propter noctes et
propter lauare ipſas res/ iam qđ
ſupra fuerit ſupfluū eſt et ampu
tari debet/ Et pedules et quodcū
qȝ eſt vetuſtū reddant dū accipi-
unt nouū/ Femoralia hi qui ī via
diriguntur de veſtiario accipiāt/
qui reuertentes lota ibi reſtitu-
ant/ Et cuculle et tunice ſint ali
quanto hiis quas habere ſoliti
ſunt modice meliores/ Quas exe
untes in viam accipiant de veſti
ario et reuertētes reſtituāt/ Stra
menta autē lectoruȝ ſufficiant/
matta ſagū lena et capitale/ Que
tamen lecta ab abbate frequēter
ſcrutāda ſunt/ propt opus peculi
are ne inueniatur/ Et ſi cui in-
uentum fuerit quod ab abbate
nō acceperit/ grauiſſime diſcipli
ne ſubiaceat/ Et vt hoc viciū pe
culiaris radicitus amputetur/
dentur ab abbate omīa que ſunt
neceſſaria/ id eſt cuculla/ tunica/
pedules/ calige/ brachile/ cultellus/
graphium/ acus/ mapula/ tabule
vt omīs excuſatio auferatur ne
ceſſitatis/ A quo tamen abbate
ſemper conſideretur illa ſenten-
tia actuū apoſtolorū/ quia daba
tur ſingulis prout cuiqȝ opꝰ erat

Iſta ergo et abbas cōſideret infir
mitates indigētium/ nō malam
volūtatem inuidētiū/ In omni-
bus tamē iudiciis ſuis dei retri
butionem cogitet.

Veſtimenta ⁊c. Superius ſanctus pat
Benedictꝰ dedit mandata circa diſpē
ſationē cibi et potus/ ⁊ de menſura ſer
uanda in eis/ Nunc ſubdit de diſpenſatione
veſtimentorū et calciamentorū/ et qualitate ⁊
menſura eorū/ quod capitulū principaliter in
quattuor partes diuiditur/ In prīa parte de
veſtimētis/ Secūdo de calciamētis/ Tertio
de femoralibus/ Quarto de ſtramētis lecto-
rum. Circa indumēta et calciamenta quat
tuor ponit mandata/ Primo mandatū de di
ſpenſatione ſecundū varietatē et temperiē re
gionū/ Secundo de qualitate/ Tertio man-
datum de menſura/ Quarto mandatū de cu
ſtodia habenda. Circa primū ſic dicit ſanctꝰ
pater (Veſtimenta fratribus ſecundū locorū
qualitatem vbi habitant vel aeris temperiē
dentur. quia in frigidis regionibus amplius
indigetur: in calidis vero) regionibꝰ (minus.
Hec ei cōſideratio penes abbatē ſit) Diſcre
tioni et arbitrio abbatis cōmittit/ vt ſecundū
diuerſas qualitates locorū ſit diſpenſatio ve-
ſtimentorū/ ſicut ſuperius de cibis dictuȝ eſt.
Textꝰ planꝰ eſt et a patre Bñdicto plene ex-
poſitus/ Sequitur (Nos autē mediocribꝰ
locis) id eſt temperatis regionibus (ſufficere
credimus monachis per ſingulos cucullā et
tunicā. Cucullā in hyeme villoſā) quod expo
ni poteſt dupliciter/ vnomodo ſic .i. de panno
forrato vellere ouis ad miniſtrandū calorem
contra rigorē frigoris/ Alio modo ſic villoſā/
id eſt de panno villoſo .i. groſſo non tonſo/ Et
forte magis conformiter ad intētionē humi
litatis ſācti patris benedicti/ Sequitur (In
eſtate vero purā) .i. abſqȝ forratura p̄fata vel-
leris ouiū vel purā (aut vetuſtā) quod idē eſt
id eſt tenuē ſiue de leuiore panno factā (Sca
pulare propter opera) id eſt quo vtendū eſt i
operibus manualibus et exerciciis corporali
bus/ i quibus fratres cucullis veſtiti cōmode
expedite et prompte operari non poſſūt/ Ubi
circa iſta veſtimenta que monachi iubentur
habere i quibuſcūqȝ locis ſiue calidis ſiue fri

gidis ſiue temperatis eſt notanduꝫ. Et pꝛio
circa tunicā ꝙ tunicam appellamus illā que
habitui pꝛoxima eſt ſiue quā ſub cuculla poꝛ-
tamus coꝛpus vndiqꝫ tegentē ſed capucio ca
rentē. Que vt cōſtitutū eſt in capitulo pꝛimo
extra de ſtatu monachoꝛū in clementinis de-
bet eſſe rotunda per circuitū. et non ſciſſa nec
longitudine nimia aut bꝛeuitate notanda
largas etiā manicas habeat vſqꝫ ad pugnū
pꝛotēſas nō conſuticias non quomōlibet bo
tonatas. Circa cucullā notandū ꝙ cuculla vt
dicit yſidoꝛus dicitur per diminutionē a caſa
vel a cella. Caſa ei duo diminutiua ex ſe red
dit videlicet caſulā et cucullā que vtraqꝫ po-
teſt dici parua cella vel caſa. Nam ſicut caſa
vel cella tegit omīa que intra ſunt: ita cucul-
la a capite defluens vſqꝫ ad plantas vndiqꝫ
totum contegit coꝛpus. Et dicitur cuculla q̈-
ſi minoꝛ cella. Cuculla autē diuerſimode ac-
cipit a diuerſis. Aliqui ei videlicet vltramon
tani monachi cucullam dicunt cappā habitū
longū et amplū: ſed manicas non habentem
Sicut videtur cle. papa accipere in ſuperioꝛi
capitulo extra de ſtatu monachoꝛū. floſculuꝫ
vero dicunt habitū qui longas habet mani-
cas. Alii vero cucullā nominant eū habitū q
apud alios dicitur floſculus videlꝫ habitū cū
capucio ex omī parte clauſū longiſqꝫ mani-
cis manicatū. Circa ſcapulare notandū ꝙ
ſcapulare deriuatur a ſcapulis eo ꝙ ſcapulaſ
tegit quod apud oēs religioſos qui ſcapula-
ri vtuntur dicitur habitus capuciatus ſcapu
lis ex vtraqꝫ parte pendēs. Sequitur pars
in qua datur mandatū de calciamētis pedū
(Indumenta pedum pedules et caligas) pe
dules a pede dicunt eo ꝙ pedes tegant quos
nōnulli monachi diuiſos a caligis poꝛtant ꝑ
pter ſudoꝛē pedū vt facilius poſſint eos laua
re et quia illis detractis de pedibus retentis
caligis doꝛmiunt ne foꝛte illoꝛū impedimen
to fumoſitates per poꝛos emiſſe retineantur
incluſe et ſic per conſequens caput ledere ha-
beant ad cerebrū aſcendēdo. Sequitur mā
datum de qualitate indumentoꝛū (De qua-
rum rerū oīm) ſcꝫ tunice. cuculle. ſcapularis. ꝛ
pedulū (coloꝛe et groſſitudine non cauſentur
monachi) id eſt non murmurent aut queſtio
nes faciant conquerentes ſi non ſplendidus
aut ſpecioſus ſit vel ſi eſt vilis humilis aut ab
iectus. De coloꝛe autē aut groſſitudine diſci

pulus huiꝰ ſchole minime cauſari debet quē
iam mundo moꝛtuū eſſe opoꝛtet. ſecundū il-
lud apoſtoli. Moꝛtui eſtis et vita veſtra ab-
ſcondita eſt cum xp̄o in deo. Moꝛtuus quip
pe non cauſatur nec curat q̈ꝫ vilibus pannis
quis eū inuoluat. Unde hugo de ſācto victo-
re ait. Amatoꝛes religionis amare plꝰ debēt
veſtimenta vilia q̈ꝫ p̄cioſa. plus groſſa q̈ꝫ ſub-
tilia. plus aſpera q̈ꝫ mollia. plus fuſca q̈ꝫ niti-
da. plus neglecte q̈ꝫ acurate cōpoſita vel ap
tata. Sequitꝛ (Sed quales inueniri poſſūt
in prouincia qua habitāt aut quod vilius cō
parari poteſt) Ubi notandū ꝙ non ideo di
cit ſāctus pater vile ne nimis p̄cioſitati apꝛo
pinquet: non viliſſimū ne veſtis abiectōne ni
mia notabilis notetur et vt inanis gloꝛia vi-
tetur ſꝫ dicit vilius. i. mediocre. Et hoc eſt qꝺ
extra de ſtatu monachoꝛū capitulo pꝛimo in
clementinis dicit. Clemens papa: nec in qua
litate panni regularis excedat modeſtia. nec
querant ſcꝫ monachi quod pꝛecioſius et ſubti
lius ſed quod vtilius valeat inueniri. Pre
terea aduertenduꝫ eſt ꝙ per hoc quod ſanctꝰ
pater dicit ꝙ de coloꝛe non cauſentur mona-
chi non eſt intelligendū ꝙ omibus coloꝛibus
liceat illis vti: cum etiam ſecularibus clericis
ſint quidē interdicti: vt patet extra de vita et
boneſtate clericorū capitulo Clerici. Sed ac
cipiendū eſt ſic ꝙ non cauſentur inter tres co
loꝛes permiſſos videlꝫ bꝛunū nigrū. ꝛ albū ꝙ
iſte ſit pulcrioꝛ et melioꝛ. Sequitur manda
tum de menſura aut q̈ꝫtitate veſtimentorum
(Abbas autē de menſura prouideat vt non
ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis: ſed
menſurata) Prouidendum eſt ꝙ veſtimen-
ta ita ſint vtentibus menſurata vt ne ſint ni
mis curta quia ſic eſſent inboneſta imo ridi-
culoſa. nec nimis longa. i. ꝙ defluāt ſuper ter
ram et puluerē ceteris moueant. Talis qui-
dem nimia longitudo pꝛopter ſuperfluitatē
quā habet redolet etiā vanitatē ſecularem.
Huic mandato beati patris benedicti reſpō
dit apoſtolicuꝫ extra de ſtatu monachoꝝ vbi
ſupꝛa in quo pꝛecipitur. Veſtis monachi ro-
tunda ſit per circuitū nec longitudine nimia
aut bꝛeuitate notāda. Qꝺ etiā clericis man-
datur extra de vita et boneſtate clericoꝛuꝫ in
capitulo. Clerici. Sequitur conſequenter
mandatū circa cuſtodiā veſtiuꝫ (Accipientes
noua vetera ſemper reddant in pꝛeſenti) id ē

illico ne aliquid ſuperfluū retinere apud ſe vi
deantur(reponēda in veſtiario)id eſt loco cō
muni(propter pauperes)id eſt indigentes/ſi
ue ſint monachi peregrini/ſiue alii quicunqꝫ
veſtimentis egentes.¶Et cauſam huius reſe/
cande ſuperfluitatis ſubiungens ait(Suffi/
cit enī monacho duas tunicas et duas cucul
las habere/propter noctes et propter lauare
ipſas res) ¶Ubi nota ꝙ ex hoc loco videtur
ꝙ monachi non ſolū veſtiti tunicis ſed etiam
cucullis debeant dormire/quia ſanctus pater
inquit/Sufficit monacho duas tunicas ha/
bere et duas cucullas propter noctes/ſed licꝫ
nobis prima facie ita videatur/nichilominuſ
quia hoc graue eſt et durū/ antique conſuetu
dini ordinis que vt interpres legis habenda
eſt ſtandum in hac parte potius conſulimus
¶Secundo aduertendū ꝙ duas cauſas aſſi/
gnat ſanctus pater/propter quas permittat
fratribus duas tunicas et duas cucullas ha/
bere.¶Prima tangitur cū ait ꝑpter noctes/
id eſt propter dormitionē in qua monachi ve
ſtiti iacere debent.¶Non videtur autē docere
vt monachi eiſdem veſtibus vtantur per diē
in conuerſationē hominuꝫ/quibus de nocte ī
dormiendo/ratō eſt manifeſta ſcꝫ propter ſor
des.¶Secunda tangitur cū dicit propter la
uare ipſas res.i.propter lotionē ipſarū reruꝫ/
vt ſcꝫ frater tempore quo vna tunica exponit
lauanda ſiue mundanda/habeat aliā ad in/
duendū/⁊ ita de cuculla.¶Sequitur(iam qđ
ſuprafuerit)id eſt quod habitū fuerit vltra du
as tunicas et duas cucullas ( ſuperfluū eſt et
amputari debet/ ⁊ pedules ⁊ quodcūqꝫ eſt ve
tuſtum reddant dū accipiunt nouū)hoc pla/
num eſt. ¶Circa hanc partē in qua ſanctus
pater de diſciplina indumentorū ipſorū mo/
nachorum loquitur/pro pleniori inſtructione
eſt notandū/ꝙ in habitu poſſūt eſſe multa re/
prehenſibilia/que a diſcipulo huius ſchole ſūt
omino vitanda/ de quibus aliqua iam tacta
ſunt:et tangemus decem.¶Primū eſt nimia
precioſitas/Cū eī religioſus pre ceteris debe/
at perfectioni humilitatis intendere/non eſt
illius querere honorē in domo dei ſed abiecti
onem/ Huiuſmodi aūt abiectō maxime con
ſiſtit in veſtiū humilitate./Quare auguſtinꝰ
in regula./Non ſit notabilis habitus veſter/
vt affectetis veſtibus placere.ſed moribꝰ.¶Et
in libro de vita ſolitaria dicitur/ Intātū inte
rioribus ſuis aīm : cuiuſmodi eſſe debet ani/
mus viri religioſi/magis decēt omīa exterio
ra inculta et neglecta.¶Diligentia quippe cir
ca vanitatē exterioris ornatꝰ/ſignū eſt negli/
gentie circa interiorē ornatū/Bernardꝰ. Nō
tantū curaretur corporis cultus/niſi prius ne
glecta fuiſſet mēs inculta virtutibus./Orna
tus corporalis impedimentū eſt ornatus ſpi/
ritualis/Ciprianus.Serico et purpura indu
ti/xp̄m induere non poſſunt/Auro et marga/
ritis et monilibus ornamentū cordis ⁊ pecto
ris perdiderunt.¶De precioſitate veſtium di/
cit gloſa ſuper illud luce xv/Qui induebatur
purpura et biſſo./Si cultus precioſarū veſtiū
culpa non eſſet/ſermo dei non tam vigilāter
exprimeret/ꝙ diues purpura ⁊ biſſo indutus
apud inferos torqueretur.¶ Secundū repre
henſibile in habitu eſt nimia ſubtilitas/Un/
caſſianus libro prio inſtitutionū ſanctorū pa
trum.¶Ueſtis quoqꝫ ſit monachi que corpus
contegat tantū/ac repellat verecundiā nudi
tatis/et frigoris retundat iniuriā/nō que ſe/
minaria vanitatis.aut elationis enutriat/di/
cente apoſtolo./Habentes autē alimenta et
operimenta his contenti ſimus/Bernardus
¶Hanc veſtiū ſubtilitatē.in fratribus ſuis re/
prehendens ſic dicit/Iam queritur ad induē
dum non quod vtilius ſed quod ſubtilius in
ueniatur/non quod frigus repellat.ſed quod
ſuperbire compellat/non deniqꝫ iuxta regu/
lam quod vilius comparari poteſt / ſed quod
veuuſtius īmo vanius oſtentari.¶Tertiū re
prehenſibile in habitu eſt veſtium mollicies.
¶Mollia quidem veſtimenta animi molliciē
indicant/Non decēt eos qui ad deſertū clau
ſtri confugierunt.indumēta mollia.math.xi
Qui mollibus veſtiuntur in domibus regū
ſunt/Et ſuper illud math.iii/Ipſe iohannes
habebat veſtimenta de pilis cameloruꝫ/dicit
gloſa/Seruus dei non debet habere veſtimē
tū ad decorē vel delectationē/ſed tantū ad te
gendū nuditatē/Non decet hominē virilem
veſtē habere muliebrē/ Hieronymus./ Non
tenera veſtis ſed mundicia mentis ornamen
tum facit/exo.xxii. Non induetur vir veſte fe
minea.¶ Quartū reprehenſibile in habitu
eſt nimius nitor/qui attendi videtur in colo/
re/Seneca. Non ſpelndeat toga nec ſordeat
Hieronymus/Ornatus ⁊ ſordes pari modo
fugienda ſunt/quia alteruꝫ delicias:alterum

gloriã redolet/ monacho enĩ qui plangentis
habet officiũ.nullomodo decet nitidas ſed lu
gubres veſtes habere/ Unde caſſianus vbi ſu
pra/ Ueſtimenta monachorũ ita vilia ſint/vt
nulla coloris vel habitus nouitate/inter cete
ros huius propoſiti viros habeãtur inſignia/
¶ Quintũ reprehenſibile in habitu eſt com⸗
poſitio irreligioſa ſecundũ ſeculi vanitatẽ/vi
delicet aut cũ in inferiori parte veſtis ſciſſa ẽ/
aut ĩ ſuperiori rugata colligitur/que compo⸗
ſitionis forma nullo pacto congruit in veſti⸗
bus religioſoruz/ Unde extra de ſtatu mona
chorũ capitulo prio in clementinis inter alia
precipitur vt veſtis monachi rotunda ſit nõ
ſciſſa. ¶ Sextũ reprehenſibile in habitu eſt ex
traneitas/videlz quando aliqua ſingularita
te eſt ab aliis diſtincta / De qua ſophonie i.
Uiſitabo ſuper oẽs qui induti ſunt veſte pe⸗
regrina/ Et caſſian⁹ vbi ſupra de habitu mo
nachi loquens ait. Quicquid enĩ inter famu
los.dei preſumitur ab vno vel paucis/nec ca⸗
tholice per omne corpus fraternitatis tenet/
aut ſuperfluũ aut elatũ eſt/ꝛ ob id noxiũ iudi⸗
cãdum eſt/ magiſqz vanitatis ſpeciẽ ꝙ virtu
tis oſtentans/ Et hieronym⁹/ Ueſtis nec ſatis
munda nec ſordida.et nulla diuerſitate nota
bilis ſit/ ne ad te obuia ꝑtereuntiũ turba cõſi
ſtat.nec digito demonſtreris. ¶ Septimũ re
prehenſibile in veſte eſt.nimia longitudo/que
a dño reprehenditur.luce xx.dicente/ Attendi
te a ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis/ ſto
la eſt veſtis longa. ¶ Octauũ eſt nimia breui
tas / Ueſtis quidẽ multũ breuis nullomodo
virũ religioſũ decet/ſicut ſupra dictũ eſt/ Uñ
detrũcatione veſtiũ dehoneſtati ſunt filii da⸗
uid.a dño filiorũ amon.ſcdo regũ x. ¶ Nonũ
eſt imũdicia. Hierony./ Nec affectate ſordes/
nec exquiſite delicie xpiano cõueniunt/ Iterũ
idem. Ornatus et ſordes pari modo fugien⸗
da ſunt/qnia alterũ delicias.alterũ gloriã re⸗
dolet/ Unde de beato Auguſtino legitur, Ue
ſtimenta eius et calciamenta nec nimis niti⸗
da erant nec plurimũ abiecta. ¶ Decimum
eſt ſuperfluitas veſtiũ/ hec enĩ mĩme decet vi
rum religioſũ qui paupertatis votum emiſit/
Unde de multitudine ſuperflua veſtiũ ita lo
quitur Bernardus/ Nudi clamant et fame⸗
lici/et cõquerunt nobis de fame ꝛ frigore mi⸗
ſerabiliter/ Laborantibus/quid conferũt tot
mutatoria extẽſa in perticis/vel plicata ĩ mã

ticis: Jaco.v. Agite nunc diuites/plorate/vlu
lantes ꝛc. Sequitur / Ueſtimenta veſtra a ti
neis comeſta ſunt. ¶ Sequitur de femoralib⁹
¶ Femoralia hi qui in via diriguntur de veſti
ario accipiant ;qui reuertẽtes lota ibi reſtitu
ant) ¶ Ubi aduertendũ ꝙ tempore huius in
ſtitutionis rarus erat vſus bracharuz/ ſed qc
quid ſit de vſu illius temporis/ conuenienti⁹
nobis videtur ꝙ religioſi in monaſterio ĩ via
directi illis vtantur. ¶ Sequitur( Cuculle et
tunice ſint aliquanto his quas habere ſoliti
ſunt modice meliores quas exeuntes ĩ via ac
cipiant de veſtiario et reuertentes ibi reſtitu
ant) Prouidet aũt ſanctus pater advitandũ
omnẽ notã ſiue ſingularitatẽ/q̃ ex nimia ab⸗
iectione veſtiũ naſceretur/vt veſtes meliores
portent fratres qui in viã aliquã diriguntur
ꝙ ſolliti ſunt in monaſterio deferre/ ypocrite
autem econtrario faciunt/in monaſteriis op
timis veſtibus indui volunt/et ad aſpectũ ho
minũ exeuntes ſordidis aut vilibus ſiue ruſti
canis veſtibus induti procedunt/ Uerũ ſi mo
nachus ſatis bonas et integras veſtes habe⸗
at/non erit opus eunti dare meliores. ¶ Seq
tur vltima pars in qua de ſtramentis ſanct⁹
pater diſponit ( Stramenta autẽ lectorũ ſuf
ficiant matta.ſagũ.et lena.ꝛ capitale) Quat
tuor iſta ſufficere dicit ſãctus pater lecto mo
nachi. ¶ Primũ eſt matta que eſt id quod ſu
per paleas ponitur/quod vulgariter dicitur
mattaraciũ. ¶ Secundũ eſt ſagũ.quod eſt pã
nus de lana aſpera/ſicut eſt groſſa ſarica que
ĩmediate loco linteaminis ſuper mattaraciũ
collocat. ¶ Tertiũ eſt lena.que eſt cooperimẽ
tum de lana factũ pilloſum quod frigori ob⸗
ſiſtere poſſit. ¶ Quartũ eſt capitale quod ca
piti ſupponitur de paleis/aut de lana plenuz
¶ Quo loco aperte ſanctus pater Benedictus
oſtẽdit/ꝙ lecti mollicies nõ eſt a diſcipulo hu
ius ſchole querenda ſed magis vitanda/ Qr
aũt de dormitione plura diximus ſuperi⁹ cir
ca capitulũ regule xxii/ſuperſedemus nunc a
longiore ſermone. ¶ Sequitur aduiſamentuz
quoddã contra proprietatẽ/iubet enĩ frequẽ
ter ſcrutiniũ fieri lectorũ dicens( Que tamẽ
lecta frequenter ab abbate ſcrutanda ſunt ꝑ
pter opus peculiare ) id eſt propter aliquã rẽ
que ſine licentia ſuperioris habetur ( ne inue
niatur. Et ſi cui inuẽtũ fuerit quod ab abba⸗
te )dante.ſ.vel ꝑmittente( nõ acceperit gra⸗

uiſſime diſcipline) tanꝙ̃ ſit proprietariꝰ (ſub
iaceat. Et vt hoc viciū peculiare radicitus ā
putetur/dētur ab abate omia que neceſſaria
ſūt/id eſt cuculla tunica/pedules/⁊ calige/bra
chile/cultellꝰ/grafiū/acus mapula) ad abſter/
gendū.ſ.ſudorē laboris tempore/vel cū in via
faciē manuſqꝫ lauant (tabule) Quare autē
hec omia ita plene iubentur dari monachis
ſubdit (vt omis auferatur neceſſitatis excu/
ſatio. A quo tamen abbate ſemper conſidere
tur illa ſententia actuū apoſtolorū: quia da/
batur ſingulis prout cuiqꝫ opus erat. Ita er/
go et abbas conſideret infirmitates indigen
tium/non malā voluntatē inuidentiū. In oi
bus tamen iudiciis ſuis/dei retributōnē cogi
tet) Omia hec plana ſunt maxime ſi ea que
notauimus circa xxxiii.capitulū huius regu/
le circa proprietatis viciū cōmemorentur.

Capitulum cxxvi.et eſt lvi.regule:de mē
ſa abbatis vbi ꝙ abbas non debet querere de
licatius ꝙ̃ ſubditi viuere.

**Menſa abbatis cum pere/
grinis et hoſpitibus ſit ſē
per. Quotiens tamē minus ſūt
hoſpites/quos vult de fratribus
vocare in ipſius ſit poteſtate. Se
niores tamen vnū aut duos ſem
per cum fratribus dimittenduꝫ
procuret/propter diſciplinam.**

Menſa abbatis ⁊c. Superius beatꝰ Be
nedictus ordinaſſe viſus eſt cōgrega/
tionis menſam: Nunc vero diſponit
menſam abbatis/ne aliqua ſuperfluitate aut
auaricia notari poſſit dicens (Menſa abba/
tis cū hoſpitbus ⁊ peregrinis ſit ſemper) Ec
ce admirabilē caritatē ſancti patris. Vult vt
menſa abbatis ſemper pietate redundet et af
fluat mīe viſceribus. Hoſpites ⁊ peregrinos
pro amore dei leto aīo ſuſcipiendo et miſeri/
corditer pertractando. De hoſpitibus recipi
endis ⁊ de modo pertractandi eos circa capi
tulum regule liii. plura notata ſunt. Sequi
tur (Quotiens tamen minus ſunt hoſpites
quos vult de fratribus vocare in ipſius ſit po
teſtate) et illos plenius refouere: ſicut dicitur
extra. Cum ad mōaſteriū/ꝙ abbas poſſit in/
terdum aliquos fratruꝫ nunc hos nunc illos
ꝓut neceſſitas poſtulauerit aduocare/ipſoſ/
qꝫ in camera ſua melius et plenius exhibere/
(Seniorē tamē vnū vel duos ſemper cū fra/
tribus dimittendū procuret propter diſcipli/
nam) ſcꝫ ſeruandā. quoniā in preſentia ſenio
rum maturius magiſqꝫ diſciplinate ſe habe/
bunt iuniores. Aduertendū eſt hic autē pri
mo/ꝙ ex hoc loco manifeſte colligitur/ꝙ men
ſa abbatis ſeparata debet eſſe a loco cōmuni
fratrū.ſ.refectorio/ſecundū ꝙ etiā ex capitu/
lo liii. aperte oſtenditur/vbi etiā rationes cō/
gruentes inducte ſunt ad hoc. Secundo ꝙ
hec ſepatio menſe abbatis/a cōmuni loco fra
trum refectorio inſtituta eſt gratia caritatis
et exercende hoſpitalitatis/non auaricie aut
vanitatis ſeculi cauſa. Tertio aduertere de
bent abbates/ne delicatius viuere querat/ne
ſint de quibus dicit beatꝰ bernardꝰ. Videas
quoſdā de maioribus comedere latius/bibe/
re ſapidius/indui pulcrius/cubare melius. lo
qui licentius/ornari varius. Hec enī eſt abu/
ſio in tota eccleſia/vt ſicut ſunt hoies in ſtatu
ſublimiori/ſic et magis velint viuere delicate.
Non ſunt tales prelati de quibꝰ ſcde cori. iiii
Uſqꝫ in hanc horā eſurimus ſitimus et nudi
ſumus/ſed ſecundū ordinē ſcribarū ⁊ phariſe
orum/qui imponunt onera grauia et impor/
tabilia in humeros hoim/digito autē ſuo no
lunt mouere ea math. ix. Sunt quidā prela/
ti qui ſicut inſtituti ſunt prelati aut officialeſ
in religione/non dignantur comedere vel bi/
bere quod comedit vel bibit conuentus. Nō
ita legit̃ de beato martino qui factꝰ archiepi
ſcopus idē conſtantiſſime legitur perſeueraſ
ſe que prius fuerat/eadē ī corde humilitas/ea
dem in veſtitu vilitas/atqꝫ ita implebat epi/
ſcopi dignitatē/vt propoſitū monachi non de
ſereret. Legitur etiam de beato Germano ā
tiſiodorenſi qui fuit nobiliſſimus/et ante epi
ſcopatum ſeculi deliciis deditus/ꝙ poſtꝙ̃ fa/
ctus fuit epiſcopus vſqꝫ ad terminuꝫ vite ſue
ſcꝫ per ānos trigita corpꝰ ſic afflixit/ꝙ poſtea
nūꝙ̃ comedit panē frumenti nec vinum bibit
niſi in die natiuitatis et paſche/nec acetū nec
oleū nec ſal pro ſapore comedit: ſemper auteꝫ
ieiunans in veſpere comedebat/et cineres in
refectione prelibabat. Nullā habuit veſtē p̄

ter ciliciuz et cucullam/lectus eius cineres/et
quotidiana impreſſione induratos ſuperpo-
nebat. Nūꝙ veſtimentū raro calciamēta de
trahebat. Quid dicent ad hoc homīes et ru
ſticani aut ꝓmoti ad modicas dignitates/qui
in religione nichil auſteritatis volunt ſuſtine
re in vita/ſed ſemper ſingulares in cibis ⁊ po
tibus et lectiſterniis/et veſtib⁹ nūꝙ cōmuni-
bus ſunt contenti. Deniqz paſtor dicit a pa
ſcendo non ſe ſed gregem/iuxta illud prie pe
tri prīo. Paſcite qui in vobis eſt gregem dei.
Iſti vero non curant de paſcendo gregē con-
uentus/ſed ſolū de ſe/et ideo maledicti a dn̄o
dicuntur per prophetā dicētē/eze xxxiiii. Ve
paſtoribus iſrael qui paſcebant ſemetipſos.
Nonne greges paſcuntur a paſtoribus? Pa
tet ergo ꝙ reprehēſibile ſit/ꝙ prelati ſiue ma-
iores ī religione relicta cōmuni regularis vi
te auſteritate.delicati⁹ ꝙ ſubditi viuere q̄rāt.

Capitulum cxxxvii.et eſt lvii.regule:de ar
tificibus monaſterii:

Artifices ſi ſint ī monaſte-
rio cum omni humilitate
faciant ipſas artes:ſi tamen iuſ
ſerit abbas. Qd̄ ſi aliquis ex eis
extollitur pro ſciētia artis ſue/eo
quod videatur aliquid conferre
monaſterio/hic talis euellať ab
ipſa arte/et denuo per eam non
tranſeat:niſi forte humiliato ei
iterū abbas iubeat. Si quid vero
ex operibus artificū venūdandū
eſt/videant ipſi per quorū man⁹
tranſigenda ſunt:ne aliquā frau
dem preſumant inferre. Memo
renťqz ſemper ananie et ſaphire/
ne forte mortē quam illi in cor-
pore pertulerūt:hanc iſti vel om
nes qui aliquam fraudem de re
bus monaſterii fecerit in anima
patiantur. In ipſis autez preciis
non ſurripiat auaricie malum:
ſed ſemper aliquantulum viliuſ
detur ꝙ ab aliis ſecularibus/vt ī
omībus glorificetur deus.

Artifices ⁊c. Poſtꝙ in ſuperioribus ſā
ctus pater Benedictus diſpoſuit ea q̄
reſpiciunt congregationem et abbatē.
Nunc ſubiungit aliqua que reſpiciunt artifi
ces monaſterii/dicēs eos ꝙtūcūqz vtiles ſint
ſemper ī humilitate debere perſiſtere. Et po-
nuntur quattuor partes in hoc capitulo ſecū
dum quattuor mandata. Primū eſt circa
ipſos artifices cū dicit (Artifices ſi ſint in mo
naſterio cum omī humilitate) ſcz tam corpo
ris ꝙ mentis (faciant ipſas artes ſi permiſe-
rit abbas. Nichil vult ſanctus pater fieri in
monaſterio per artifices ꝙtumcunqz eorum
opus vtile eſſet monaſterio:niſi ornatum ſit
humilitate/et obedientia imperatum. Se
cundum eſt de correctione preſumptiōis eius/
qui ob artis ſue vtilitatem extollitur ī ſuper-
biam cum ait (Quod ſi aliquis ex eis extol-
latur pro ſciētia artis ſue/eo ꝙ videtur aliq̄d
cōferre monaſterio hic talis euellatur ab ip̄a
arte) vt ſcz eam nō exerceat (et denuo per eā
non tranſeat niſi forte humiliato ei iterū ab-
bas iubeat) ſcz exerceri artē ſuā vel obedien-
tiam. Plana ſunt omia. Tertiū eſt de dili
gentia habenda ne fraus aliqua inter res ip
ſas monaſterii vendendas cōmittať:cum ait
(Si quid vero ex operibus artificū venūdan
dum eſt/videant ipſi per quorū manus tranſi
genda ſunt/ne aliquā fraudē monaſterio fa-
cere preſumant/memorenturqz ſemper ana-
nie et ſaphire ne forte mortē quā illi in corpo
re pertulerunt:hanc iſti vel om̄es qui aliquā
fraudē de rebuſ monaſterii fecerit in anima
patiantur) que omia plana ſunt/et aduerten
da plurimū ab his qui res monaſteriorū per
tractant/vt cognoſcāt ꝙtū periculū ſit infide
liter fraudulenterqz res monaſterii tractare/
Infelix plane qui tanti fulguris tonitruū au
re ſurda preteriit. Quartū eſt de vitanda
auaricia in ipſa venditione reruz cum ſequiť
(in ipſis autem preciis non ſurripiat auaricie
malū:ſz ſemper aliq̄ntulū vilius) id eſt mino-
ri precio (detur ꝙ ab aliis ſecularib⁹) dari po

teſt (vt in omnibus glorificetur deus) ſcḋz illḋ Math. v. Luceat lumen veſtrū corā hoībus vt videant opera veſtra bona/ et glorificēt patrem veſtrū qui ī celis eſt/ Omia planiſſima ſunt et ſuperfluū eſſet aliquid addere/ Sequitur capitulū lviii. ⁊c.

Capitulum cxxviii. et eſt lviii. regule: de diſciplina ſuſcipiendoꝝ fratrum: vbi de diſcretione habenda a prelato in fratrū receptione.

**NOuiter veniēs quis ad cōuerſionē/ non ei facilis tribuatur ingreſſꝰ/ ſed ſicut ait apoſtolus/ probate ſpiritus ſi ex deo ſunt.**

NOuiter veniens ⁊c. Poſtq̄ in ſuperioribus ſanctus pater Benedictus inſtituit ordinē viuendi quē fratres obſeruare deberent in monaſterio conſtituti/ Nūc ſubdit de ordine obſeruando in receptōne eorum/ qui ad religionē ſuſcipi depoſcūt/ Et poteſt diuidi hoc capituluʒ in quattuor partes. In prima agit de probatione multiplici q̄ fit ante profeſſionem. In ſecunda parte de ipſa profeſſione. In tertia de firmitate profeſſionis. In quarta de ſuſceptione profitētis ad habitū religionis. Circa primū poſſunt notari tres gradus probationis. Primus eſt ad portam monaſterii quattuor aut quinqʒ diebus anteq̄ ingreſſus illi det. Secundus eſt in cella hoſpitū duobꝰ menſibus. Tertius eſt in cella nouicioꝝ decē menſibꝰ De primo dicit ſic ſanctus pater (Nouiter veniens quis ad conuerſionē) .ſ. ad conuerſationē ſiue ſtatū religionis/ Tranſitus auteʒ iſte quo quis tranſit de ſeculo ad clauſtrū/ de ſtatu peccati ad ſtatū gratie et dei ſeruiciū/ de mundana conuerſatione ad religioſā bene dicitur cōuerſio. Joelis ii. Cōuertimini ad me in toto corde veſtro/ in ieiunio fletu et planctu/ et ſcindite corda veſtra/ Felix tranſitus et mutatio certe dextere excelſi/ Gaudeat plurimū et exultet diſcipulus/ in cuius mēte hāc conuerſionē ⁊ tranſitū ſanctus inſpirauit ſpiritus/ Utilis ꝯuerſio cōuertēti ſe de tenebris ad locū luminis. eccleſiaſtes. x. Dulce lumē et delectabile oculis videre ſolē/ Utilis cōuerſio et cōmutatio/ cū mundus fallax pro deo fideliſſimo deſeritur/ cū bona modica in breui amittenda melioꝝ impeditiua pro maximis bonis in eternū manſuris relinquuntur/ Utilis tranſitus de loco preſſure et laboris ad locum pacis et quietis/ Jo. xvi. In mundo preſſuram habebitis: in me autē pacē. Math. xi. Uenite ad me oīs qui laboratis et onerati eſtis et ego reficiā vos/ Utilis tranſitus a loco periculi ad locum ſecuritatis/ plane qui de mundo tranſit ad clauſtrū ordinatū/ gaudere debet ſicut illi qui per archā diluuii ſunt liberati/ et ſicut loth ab incendio ſodomorū ſaluatus/ et ſicut filii iſrael gauiſi ſunt cū ſeruitutē pharaonis ⁊ exercitum eius euaſerunt. Et ſicut pueri a fornace babilonica liberati (Nō ei facilis tribuatur ingreſſus) Non ſoluʒ enī ad profeſſionē ſed etiā ad probationē intus ī monaſterio nō leuiter quiſq̄ ſuſcipiendus eſt/ Nemo enī debet alteri ſe facile credere/ ſicut dicit beatus Ambroſius: niſi cuius virtutē ꝓbauerit/ Et ideo ſequitur (Sed ſicut ait apoſtolus. Probate ſpiritus ſi ex deo ſūt) probādus eſt impetus ſpiritus an ſit impetus dei/ an diaboli/ an veniat vel aduerſitate aliqua pulſatus/ an deſiderio ſalutis tractus/ an ſeductionis cauſa/ an ſpūalis profectus zelo inflāmatus ad monaſteriū concurrat/ Eſt aūttem hic notandū ꝙ magna diſcretione vti debetur in fratrū receptione/ Quēadmodū enī qui vult vineā bonā habere palmites ex quibus plantanda eſt cum diſcretione debet eligere/ ſic cum diſcretione fratres recipiēdi ſūt in religione exemplo dn̄i Jere. ii/ Ego te plātaui vineā electā omne ſemen verū. Circa illū vero qui recipi vult primo attendendum eſt/ an magnā voluntatē ad religionē habeat/ Jllum enim qui magnū onus vult ſibi aſſumere portandū toto tempore vite ſue/ oportet magnā voluntatē ad illud portanduʒ habere/ Per hoc autē ꝙ non facilis tribuitur ingreſſus veniendi ad conuerſionē/ apparet an vehemēs deſideriū ad illud quod requirit habeat/ ſi dilatio deſideriū eius augmētat/ Sācta enī deſideria dilatione creſcunt. iuxta verbum gregorii/ Magnitudo bone voluntatiſ in eo qui vult recipi ſignuʒ eſt ſpiritus ſancti inhabitantis ⁊ in eo operātis/ Jn libro de vita ſolitaria. Non ſine grādi ſcrupulo mentis a quocūqʒ profeſſione arcendus eſt/ cui teſtis

inhabitantis et trahentis ſpiritus ſãcti bona
voluntas eſt. ¶ Secundo attẽdendū eſt circa
illū qui vult recipi/quid ipſe principaliter in⸗
tendat.vtrū xp̄z.an aliud p̄ter ip̄m. ¶ Si aliud
preter ipſū.timendū eſt de ipſo quod Math.
viii.ait vnus ſcriba xp̄o. Magiſter ſequar te
quocūqȝ ieris/qui cognito ꝙ propter lucrū ſe
culi eum ſequi vellet/dixit ei. Vulpes foueas
habent.et volucers celi nidos/filius autẽ ho
minis non habet vbi capit ſuū reclinet. ¶ Non
vult xp̄s vt ꝓpter bona temporalia hoīes eū
ſequantur/ſed illis ī futuro eternas diuicias
dabit.qui in p̄ſenti paupertatis eius ſocii fue
rint.eccleſiaſtici xxii. Fidem poſſide cū amico
tuo in paupertate illius.vt in bonis illius le⸗
teris. ¶ Multū cauere debet qui tenet locū dei/
ne introducat in domuȝ ipſius inimicū eius.
/Inimicus eſt dei.qui amator eſt mundi. ¶ Spe
cialiter cauere debet/ne hoīes ſuperboſ recipi
at/q neſciūt illi qui locuȝ dei tenet ſubeſſe/nec
fratrū volunt ſocii eſſe. ¶ Et duob⁹ generibus
hoīȝ dom⁹ religionis replenda eſt/vel de ſim
plicib⁹. qui ſenſu et voluntate ad aſſequendã
religioſã prudentiã.feruentes apparuerūt et
habiles/vel de prudentib⁹quos religioſe ⁊ ſã
cte ſimplicitatis conſtiterit eſſe emulatores/
In libro de vita ſolitaria/Stulta ſuperbia vt
ſuperba ſtultitia.a tabernaculis iuſtorū ſem⸗
per procul ſit/In eodẽ. Omis ſuperbia ſtulta
ꝙuis non oīs ſtultitia ſuperba/Stultitia ei
ſine ſuperbia nonnūꝙ̃ ſimplicitas inuenitur/
q̃ ſi ignorat forſitan eſt docibilis/ſi nequit do
ceri forſitan eſt tractabilis/⁊ propria eſt ciui⸗
tas refugii ſimplicitati.cohabitatio religiõis/
niſi ſit talis que nolit humiliari/vel tam bru⸗
ta vt nõ poſſit regi vel tractari. ¶ Bona tñ vo⸗
luntas eſt/ſi multū bruta non eſt deſerenda ſȝ
ſalutari conſilio ad laborioſã et actuoſã vitã
tranſmittẽda/Superbia aūt ꝙtūuis prudẽs
ſibi videatur dimittẽda ſibi eſt ⁊ aliis abigen
da. ¶ Diſcretionẽ habere debet qui preeſt/non
qua ſimplices decipiat ſuauia religionis eis
oſtendendo et aſpera occultando/ſed qua re⸗
cipiendis et recipiẽtibus caueat. ¶ Crudelitas
magna eſſe videtur/cum paruuli innocentes
aſperitatem religionis non intelligentes cru
ci religionis affigūtur/ ¶ Qui in ingreſſu nichil
ſpirituale intendentes/nec intelligentes ea q̃
in regula continent̃ poſt ingreſſū inimici cru
cis inueniuntur/ventri ſuo non dño ieſu xp̄o

in monaſterio ſeruientes. ¶ Et notandū ꝙ
multis de cauſis accidit ꝙ in religione recipi
untur qui ad religionẽ non ſunt idonei. ¶ Ali⸗
quando accidit ex cupiditate recipientiū/Si
cut enī naute aliquando egrotantes nõ ex to
to mortuos in mare non timent ꝓicere/vt bo
na eorum poſſint habere/ſic aliqui nõ timẽt
homines adhuc mundo viuentes ſudario in
uoluere.et in ſepulcro clauſtri ſepelire/vt ali⸗
quod cõmodum temporale poſſint inde acq⸗
rere.ſudarium eſt habitus religioſoꝝ/cum in
eo ipſi conſueuerint ſepeliri/mortui debẽt eſſe
mundo qui in hoc ſudario inuoluuntur/nec
debent iam deſiderio attrahere bona huius
mūdi.diuicias.delicias ⁊ honores/mortui eti
am debẽt eſſe ſibiipſis.roma.xiiii./Nemo ve
ſtrum ſibi viuit/Hanc mortem ſequitur bea⸗
ta vita.ſecundum illud roma.vi. Si mortui
ſumus cum xp̄o/credimus ꝙ et ſimul viuem⁹
cum illo. ¶ Aliquando accidit hoc ex recipienti
um carnalitate/qui cum dei ordinatione fili⸗
os non habeant/diaboli procuratione nepo⸗
tulos ſibi aggregant/quos in religione reci⸗
pi faciunt/non vt ſaluent̃ ſed vt ditentur/et ꝑ
eos fortiores efficiantur/qui ſicut carnaliter
ingrediuntur/ſic poſt ingreſſum carnaliter cõ
uerſantur. Johan.iii./Quod natuȝ eſt ex car
ne caro eſt/et quod natum eſt ex ſpiritu ſpiri⸗
tus eſt. ¶ Aliqñ accidit hoc ex parentū carnaliū
improbitate/q filios ſuos in religione ponūt/
vt ab eis ſe expediãt/poti⁹ intendentes corpo
ralẽ eorū prouiſionẽ ꝙ̃ eorū ſalutẽ.

¶ Capitulū cxxix:de ꝓbatõe recipiendorū fra
trū:vbi reꝑhendunt̃ q temere ꝓfitent̃.

Ergo ſi veniens perſeuera⸗
uerit pulſans et illatas ſi⸗
bi iniurias et difficultatẽ ingreſ
ſus/poſt quattuor aut quinqȝ di
es viſus fuerit patienter porta⸗
re/et perſiſtere petitioni ſue/an⸗
nuatur ei ingreſſus/et ſit ī cella
hoſpituȝ paucis diebus. ¶ Poſtea
autem ſit in cella nouiciorū/vbi
meditetur ⁊ manducet et dormi
at. ¶ Et ſenior ei talis deputetur.q̃

aptus ſit ad lucrandas animas/
qui ſuper eum omino curioſe in
tendat/et ſollicitus ſit/ſi vere de
um querat/ſi ſollicitus eſt ad opꝰ
dei/ad obedientiā/ad opprobria.
¶ Predicentur ei dura et aſpera ꝑ
que itur ad deum/¶ Et ſi promiſe
rit de ſtabilitate ſua perſeueran
tiam/poſt duorum menſiū circu
lum legatur ei hec regula per or
dinem/et dicatur ei/Ecce lex ſub
qua militare vis/Si potes obſer
uare ingredere:ſi vero non poteſ
liber diſcede/¶ Si adhuc ſteterit/
tunc ducatur in ſupradictā cellā
nouiciorum/et iterum probetur
in omni patientia/et poſt ſex mē
ſium circuluꝫ relegatur ei regu
la/vt ſciat ad quod ingreditur.

Ergo ſi veniens perſeuerauerit pul
ſans/et illatas ſibi iniurias ꝛ difficul
tatē ingreſſꝰ/poſt quattuor aut quin
qꝫ dies viſus fuerit patienter portare/et per
ſiſtere petitioni ſue/annuatur ei ingreſſus.et
ſit in cella hoſpitum paucis diebus)¶ Ubi cō
ſiderandum ꝙ hoſpitarius probationis cau
ſa poteſt ei qui recipi petit dicere aliqua ver
ba/que impatientium animos cito poſſent ꝓ
uocare et cōmouere/Utpote frater quid ſci
mus an tu ſis ſeruilis conditionis/an apoſta
ta alterius religionis/an latrociniuꝫ ſiue fur
tum cōmiſeris/et timore pene ad nos nūc cō
fugias/¶ Preterea dubitamus ꝙ parua tem
ptatio te cito deiceret a bono propoſito quod
nunc videris habere/et velut leuis palea ven
tilareris de clauſtro/¶ Ceterum videris impo
tens ad ſupportandum onera grauia religio
nis/hec et ſimilia poteſt ei dicere. ¶ Notan
dum eſt hic ꝙ hoc ſancti patris ꝓbatiōis mā
datum/ſumptum eſt ex inſtitutis ſanctorū pa
trum/Unde libro quarto inſtitutionū mona
chorum de hac probatōnis forma/quidam ſā
ctus pater cuidam hoc modo ꝓbato ait/¶ No
ſti quot diebus pre foribus excubans.hodie
ſis ſuſceptus/Cuius difficultatis cauſam pri
mitus debemus agnoſcere/poterit enī tibi in
hac via quam ingredi concupiſcis multuꝫ cō
ferre/ſi ratione eius agnita ad ſeruicium xp̄i
conſequenter ac ſicut oportet acceſſeris/Si
cut enī imenſa gloria ſeruientibus deo.ac ſe
cundum inſtitutionis huiuſmodi regulam ei
coherentibus repromittitur in futurum/Ita
pene grauiſſime preparantur his qui tepide
eā negligenterqꝫ fuerint executi/ꝛ ſecundum
hoc quod profeſſi ſunt.vel quod ab omnibus
eſſe creduntur/fructus etiam cōgruos ſancti
tatis eidem exhibere neglexerunt/Meliꝰ enī
eſt ſecundū ſcripture ſententiā non vouere:ꝙ
vouere et non reddere/Et maledictus qui fa
cit opus dei negligenter/Ideo igitur a nobis
diutiſſime refutatus es/non quia tuā vel om
niū ſalutem nō toto deſiderio cupiamus am
plecti/et his qui ad xp̄m conuerti cupiunt eti
am procul occurrere non optemus/ſed ne te
mere recipientes.ꝛ nos apud deum leuitatis
et te reum grauioris oneris ſupplicii facere
mus/ſi ad preſens facile ſuſceptus.nec pondꝰ
huiuſmodi profeſſionis intelligens/vel deſti
tutor poſt hoc vel tepidus extitiſſes. Sequi
¶ tur(Poſtea autem ſit in cella nouicioruꝫ/vbi
meditetur et manducet et dormiat)Sub me
ditatione comprehendit ſanctus pater lectio
nem/orationem.contemplationē quibus ipſe
probandus intendere debet.¶ Sequitur(Et
ſenior ei talis deputetur qui)ſcilꝫ prudentia
et morum ꝛ religionis claritate(aptus ſit ad
lucrandas animas. qui ſuper eum omino cu
rioſe)id eſt ſtudioſe(intendat.et ſollicitus ſit
ſi reuera)id eſt veraciter et non ficte(deum q̄
rat.ſi ſollicitus eſt ad opus dei)ſcꝫ ad oratio
nem/ad lectionem/ad meditationem(ad obe
dientiam)ſcilꝫ implendam(ad opprobria)
ſcilꝫ increpationes duras tolerandas patien
ter/¶ Sequit̄(Predicentur ei dura et aſpera)
religionis ſcilꝫ abſtinētia regularis/duricies
lecti/veſtimentorū aſperitas/ſilentiū/prolixi
tas officii/totalis renūciatio ſeculi/abnega
tio ꝓprie volūtatis/grauis diſciplina delinquē
tium/et ſimilia(ꝑ que itur ad deū)Nam ar
ta eſt via que ducit ad vitā. Math.vii. ¶ Se
quitur(Si ꝓmiſerit).i.ſe ꝓmiſſurum dixerit

(De ſtabilitate ſua perſeuerantiā/ poſt duoꝝ
menſium circulū legatur ei hec regula per oꝛ
dine) et diligenter et ſerioſe vt plenꝰ illiꝰ gra
grauitatem ⁊ onus intelligat (Et dicatur ei
Ecce lex ſub qua militare vis. ſi potes obſer-
uare ingredere. ſi vo non potes liber diſcede)
Omia plana ſunt. Sequitur (Si adhuc ſte
terit) id eſt ſi ſtare ſe velle dixerit (tunc ducaꝛ
in ſupꝛa dictā cellam nouicioꝝ. ⁊ iterū pꝛobe
tur in omī patientia) id eſt ad oēm patienti
am regularē (Et poſt ſex menſiū circulū rele
gatur ei regula vt ſciat ad quod ingreditur)
Stultū pꝛofecto eſt. vt quis pꝛomittat ſe per-
petuo ſeruare id quod nūꝙ nouit/ aut non in
telligit. recte ergo ſāctus pater iubet vt regu
la pꝛobando ſepe legatur/ vt ſciat ad quid in-
greditur// Diſplicet autē deo infidelis et ſtul
ta ꝓmiſſio. eccleſiaſtici v. Stulta vero pꝛomiſ
ſio eſt. cū promittens non intelligit ea que ꝓ-
mittit/ Infidelis vero. cū ſe illa impleturū/ nec
confidit nec intelligit// Hanc aūt temeritatē
repꝛimit Salomō. eccleſiaſtes v./ Ne temere
quicꝙ loquaris/ nec coꝛ tuū ſit velox ad ꝓferē
dum ſermonē corā deo// Tunc plane qui pꝛo
fiteꝛ temere loqui videtur/ ſi nō prius ſtudio-
ſe inſpexerit que pollicetur/ vel ſi nō habet vo
luntatē adimplendi ea/ que in profeſſione cō
tinentur/ vel ſi grauitatē religionis in qua ꝓ
fitetur non temptauit/. vel moꝛes eoꝛuꝫ cum
quibꝰ toto tempoꝛe vite ſue viuere elegit per
experientiā non nouit// Quare optime ſctūs
pater Benedictus inſtituit ī hoc capitulo/ vt
ante pꝛofeſſionem ſtudioſe regula inſpicien-
da ſit// Pꝛohibuit enī deus leuitici xxii. ne ani
mal cecum ſibi offeretur/ Cecum animal deo
offert/ qui aliquid deo pꝛomittit/ et quod pro
mittit neſcit// Unde diſcendo debemus pꝛece
dere opera noſtra/ ſcdꝫ illud prouerbioꝝ iiii.
Palpebꝛe pꝛecedāt greſſus tuos/ Pꝛius pal-
pebre debent moueri vt videatur quo eundū
ſit/ ꝙ pedes moueantur ad gradiendum / In
omī ſacrificio ſal ponendum eſt diſcretionis/
leuitici. ſcdo. Quicquid ſacrificii obtuleris ſa
le condies/ Honoꝛ regis celeſtis iudicium di-
ligit/ ſcꝫ iudicium deliberationis/ Quam de
liberationem deus ī votis adeo diligit/ vt vo
tum non reputet ſi deliberatio defuerit// In ꝓ
ceſſionibꝰ eccīe lumē cruci ꝑferꝛ/ vt crux peni-
tētie cū diſcretōe aſſumēda eſſe doceat// Itē q
ꝓfiteꝛ debet hr̄e vehemēs deſideriū implendi
ea que in pꝛofeſſione continenꝛ/ ſicut in pꝛece
denti capitulo dictuꝫ eſt// Unde ideo ſanctus
pater dicit/ ꝙ nouicio venienti ad conuerſio-
nem non facilis ei ingreſſus tribuatur / et vt
dura et aſpera ei pꝛedicentur/ vt ſic appareat
an vehemēs deſideriū habeat ad illud quod
requirit/ et vt dilatio eius deſideriuꝫ augeat/
Sancta enī deſideria dilatōne creſcunt// Pꝛe
cepta etiā debet religionis et grauitatem in-
ſpicere/ Fatuus enī videtur eſſe/ qui onus cu-
ius grauitatem ignoꝛat ſic aſſumit vt illō de
cetero deponere non poſſit. / Eccleſiaſtici vii.
Non ſpondeas ſuper virtutem tuam // Qui
vult turꝛim edificare pꝛius cōputat ſumptus
qui nececeſſarii/ ſunt ſi habeat ad perficiendū/
ne poſtꝙ poſuerit fundamentum et non po-
tuerit perficere/ omēs qui vident incipere ei il
ludent dicētes/ quia hic homo cepit edificare
et nō potuit conſūmare. luce xiiii// Noluit de
us ad continentiam ⁊ paupeꝛtatem homīes
pꝛecepto obligare/ ſciens hec non cuicūqꝫ poꝛ
tabilia eſſe/ ſed de continentia dicit/ Qui po
teſt capere capiat Mathei xix/ De pauperta
te ibidem. Si vis perfectus eſſe/ vade ⁊ vende
omnia que habes et da pauperibus/ pꝛius er
go temptandum eſt homini ſi continentiam
capere valeat/ ꝙ eam inſeparabiliter appꝛe-
hendat// Dauid arma ſaul ſibi nimis ponde
roſa depoſuit et ſic goliam vicit/. pꝛimi reguꝫ
xvii. ſic accidere poteſt vt in mediocri penitē-
tia aliquis ſaluetur qui ī nimia damnaretur/
// Item qui pꝛofitetur debet moꝛes eoꝛum per
experientiam noſcere/ pꝛo quoꝛuꝫ ſocietate ſo
cietatem ceteroꝝ vult relinquere/ cum quibꝰ
eligit toto tempoꝛe vite ſue viuere/ quibꝰ tā-
ta vnione vult vniri vt non pꝛopꝛium rema-
neat ſibi// Temere profitens ſibimet inicit la
queum/ quo poſtea perit. Pꝛouerbioꝝ vi / Il
laqueatus es verbo oꝛis tui/ Ipſe gladio mē
tem ſuam tranſfigit/ qui vix vel nūꝙ extrahi
poterit/ Pꝛouerbioꝝ xii/ Eſt qui pꝛomittit et
quaſi gladio pungitur conſciētie// Item ami-
cum veriſſimum xp̄m ſcilꝫ inimicum ſibi red
dit/ ſcdm illud eccleſiaſtici xx/ Eſt qui pꝛe con
fuſione pꝛomittit amico et lucratus eſt inimi
cum gratis// Item altitudinem aque rurſum
aſcendit. Pꝛouerbioꝝ xi/ Ruina eſt homini
deuouere ſctis/ et de voto ſuo honerare/ ⁊ poſt
vota retrahere.

¶ Capitulū cxxx. in quo aſſignant̄ rōes qb⁹ aliquis dicetur religionē temere ꝓfiteri ꝛ quibus aliqs illā nō temere ſꝫ laudabilit̄ ꝓfitet̄.

PRo planiori intelligentia eoruꝫ que a ſancto patre Benedicto dicta ſunt in hoc capitulo de receptione fratrū ad ꝓfeſſionē eſt notandū ꝙ multis de cauſis ſolet accidere ꝙ aliquis religionē temere profiteatur. Quādoqꝫ accidit hoc ex cupiditate recipientiū, ſicut dictū eſt in precedenti capitulo de receptione minus idoneorū. Ubi dicebat̄ ꝙ ſicut naute aliquando egrotantes non ex toto mortuos non timēt in mare proicere vt bona eorū poſſint habere, ſic aliquando non timent hoīes adhuc mundo viuētes ſudario religionis inuoluere ꝛ in ſepulcro clauſtri ſepelire vt aliquid temporale cōmodū poſſint inde acquirere. Sudariū eni eſt habitus religioſorū cum in eo ipſi conſueuerunt ſepeliri. Mortui debent eſſe mundo qui hoc ſudario inuoluuntur nec debent iam deſiderio attrahere bona mūdi: diuicias delicias. ꝛ honores. mortui etiamdebēt eſſe ſibiipſis. Ro. ix. Nemo noſtrū ſibi viuat. Hāc mortē ſequitur vita beata. per illud ro. vi. Si mortui ſum⁹ cuꝫ xp̄o credimus quia et ſimul viuemus cum illo. Aliquando accidit ex ſuperbia recipientiū qui verecūdantur ꝙ aliquis qui ad eos ingreditur ad ſeculū reuertatur. qui videntur tali fatuitate laborare qua laboraret ille qui verecundaretur de hoc ꝙ in meſſe ſua paleaſ inueniret. In his qui in religione ad probationem recipiuntur venti temptationis indicāt quis granū quis palea exiſtat. Ad impetū huius venti palea diſcedit: granū vero locū ſuū minime dimittit. Superuacuū eſſet tempus probationis ſi omīs qui probatur neceſſario approbaret̄, cū de multis a deo vocatis pauci ſunt electi: non eſt mirū ſi non oms̄ qui probantur ad profeſſionē admittunt̄. Qui vult vineā bonā habere cū diligentia palmites ex quib⁹ plantanda eſt eligit. Si quis veritatē religionis diligit probatos cū diligēti electione ad probationē recipit. Si vinea dn̄i cū diligenti electione plātata degenerauerit, ſecūdū illud Jere. ii. Ego te plātaui vineā electā oē ſemen vex quomodo cōuerſa es in prauū: Uinea aliena quomodo non degeneret in cuius plantatōne nulla electio habetur. Aliqn̄ vero accidit hoc ex indiſcreta pietate recipiētium qui carnalibus hoībus adeo cōpatiunt̄ vt cū eis carnales efficiantur. Ipſi adeo infirmis ſūt miſericordes, vt ſanis ſint crudeles et infideles: inter quos hoīes peſtilentes ponūt qui eos corrumpūt. prouer. xx. Multi hoīes miſericordes vocantur virū autē fidelē quis inueniet. Oportet ꝙ religio deſpumetur ad hoc vt in puritate ſua ſeruetur. Ubi eſt diſpumatio nulla eſt impuritas. Multū gloriant̄ aliqui de hoc ꝙ de ordine eorū nullus apoſtat, quibus dici poteſt ꝙ non eſt mirū ſi null⁹ apoſtatando diſcedit de illo ordine ī quo apoſtaſia toleratur. Aliquando accidit ex recipiētiū carnalitate qui cuꝫ dei ordinatione filios non habeāt diaboli procuratione nepotulos ſibi congregant quos in religione recipi faciunt non vt ſaluentur: ſed vt ditētur. ꝛ per eos fortiores efficiantur. qui ſicut carnalit̄ ingrediuntur: ſic poſt ingreſſū carnaliter conuerſātur. Qd̄ eni natū eſt ex carne. caro eſt. Aliqn̄ accidit ex ſimplicitate eorum qui in religione recipiuntur vt cū parentes carnales filios ſuos in religione ponūt vt ab eis ſe expediāt potius intendētes corporales eorū prouiſiones ꝙ aīarū ſalutē, quibus ad monaſteriū veniētibus cuꝫ ſecundū ea que parū ante dicta ſūt predicanda eſſent eis dura et aſpera: ecōuerſo oſtenduntur ſuauia et occultantur aſpera. Crudelitas magna videtur eſſe ꝙ paruuli inocentes aſperitatē religionis nō intelligentes cruci religionis affigantur. Hii in ingreſſu nichil ſpūale intendentes nec ea intelligētes q̄ in rl'a continentur: poſt ingreſſū inueniuntur ventri ſuo nō dn̄o ieſu xp̄o in monaſterio ſeruientes. Aliquādo accidit ex ceca cupiditate eorū q recipiūt̄. Sicut eī in exercitibus viles perſone non timent ſe periculo exponere vt poſſint aliquid acquirere: et interdum dū ſitiunt lucrū perueniunt ad laqueū. Dū eni volunt capere capiuntur ꝛ ſuſpendūtur: ſic aliqui amore diuiciarū diuites abbatias ingrediuntur nec timent pericoloſa obligatione illaqueari vt poſſint ditari. Aliquādo videtur temeraria eſſe ꝓfeſſio que vere nō eſt cū ſit diuina inſpiratō. Apoſtoli non temere egerunt qui ad vnum verbum ſaluatoris omnia reliquerunt. Non eſt neceſſarium illi qui in hoc ſeculo cōtinētiā ſeruauit ꝛ magne abſtinētie fuit ꝓbari ī mōaſterio an ꝟtutē cōtinentie et abſtinētie hēat cū ꝑ lōgā expiētiā

ſeculi eas ſe hr̄e ſciat. Facilius ei eſt abſtinere vel continere in monaſterio ꝙ in ſeculo. Item ſine temeritate poteſt aliquis ſperare ꝙ ea ſuſtin ere valeat: q̄ multos quos nouit infirmiores ſe letanter ferre conſiderat. Nō videtur etiā temeritas eſſe/ cum ille qui de carcere diaboli euaſit. inſequentes ſe conſpicit vel inuiſibiles inimicos. vel ſuos domeſticos ad locum carceris eū reducere cupientes/ ſiue minori experientia profeſſionē facit. et in ſtatu ſe ponit vnde extrahi non poſſit/ fiduciā habens ꝙ ille qui dedit volūtatē intrandi ꝛ pficiendi/ dabit et facultatē pmiſſa ſeruandi/ et quod non poteſt ſuis viribus/ poterit et adiutorio dei. et amicorū. et per gratie augmentū. et conſuetudinis beneficiū/ qđ difficile eſt modo et moleſtū: proceſſu temporis erit facile et iocundum. Optima enī forma viuendi iuxta verbū ſenece eligenda eſt/ quā iocūdā reddet aſſuetudo: ſic arta eſt via que ducit ad vitā. Et iugū xp̄i ſuaue qꝛ via illa nō niſi anguſto incipitur initio: pceſſu vero temporis ineffabiles delectationes dat. Sicut temeritas non iudicatˀ ſi ille qui naufragatur firmiter apprehendit per quod ſaluetur: ſic non videtur eſſe temeritas/ ſi ille qui ſcit ꝙ in ſeculo diu fuit in piculo/ nec in ſtatu illo ſalutē ſuā conſpicit/ ad ſtatū aliū in quo ſaluari confidit/ et in quo aliq̄nto tēpore ſalubriter vixit voto pfeſſionis ſe aſtringit. Non videtˀ etiā eſſe temeritas/ ſi aliqˢ voluntariꝰ ligetˀ ne ſyrenes vſqꝫ in exiciū dulces periculoſe ſequatur. Syrenes ſunt blandimēta ſeculi. que multos ante pfeſſiōeꝫ redire faciūt ad locū periculi. Que temeritas eſt. cū ille q ſcit ſe in ſeculo lunaticū fuiſſe: et nūc in aquā nunc ī ignē ſe precipitaſſe/ vult ſibi cauere vt ſi forte morbus euꝫ arripuerit in mare huius mundi ſe p̄cipitare non poſſit. Itē q̄ temeritas eſt. cū ille ſcit ſe diu in ſocietate mala vixiſſe. q̄ in infernū ibat et in infernū ducebat eū/ ꝛ nunc poſitꝰ in ſocietate que ſicut credit in paradiſū vadit. et exēplo bono ꝛ ſalubri exhortatione eū illuc ducit/ ſi ſocietatē quā nouit ſibi fuiſſe noxiā imperpetuū abiurat/ ꝛ illi quam nouit ſibi eſſe ſalubrē inſeparabilitˀ ſe ſociat.

Capitulum cxxxi. de profeſſione monaſtica et tribus ſubſtantialibus eius: vbi agitur de his q̄ plurimū valēt ad ſtabilitatē diſcipl'i

ET ſi adhuc ſtat/ poſt quattuor menſes iterū legatur ei eadem regula. Et ſi habita ſecū deliberatione pmiſerit oīa ſe cuſtodire/ et cuncta ſibi imperata ſeruare: tunc ſuſcipiatur in cōgregatione. ſciēs lege regule cōſtitutum: quod ei ex illa die non liceat de monaſterio egredi/ nec colluꝫ excutere de ſub iugo regule/ quam ſub tam moroſa deliberatione licuit excuſare. Suſcipiendus autem in oratorio/ coram omibus promittat de ſtabilitate ſua/ et conuerſione morum ſuorum/ et obedientia coram deo et ſanctis eius: vt ſi quando aliter fecerit a deo ſe damnandū ſciat quem irridet.

ET ſi adhuc ſtat poſt quattuor menſes iterū ei legatur eadē regula. Et ſi habita ſecū deliberatione promiſerit ſe oīa cuſtodire/ ꝛ cūcta ſibi imperata ſeruare) Eſt autē ī hoc loco aduertendū ꝙ ex hoc ꝙ hic dr̄ Et ſi habita ſecū deliberatione promiſerit ſe omia cuſtodire. Nō eſt intelligendum ꝙ monachus totam regulam vouerit/ aut totā ex p̄cepto ſeruare ſit aſtrictus/ quoniam ſicut in ſuperioribus circa prologū huius regule pleniſſime oſtendimus/ monachus nec totam regulā vouet in profeſſione: nec etiā omia in regula contenta cadunt ſub precepto. Uerbum ergo profeſſionis nō eſt accipiendū in hoc loco ſtricte/ pro aliqua voti obligatiōe: ſed quadam certa et aperta voluntatis ſue declaratione ſiue diffinitione/ ad cuſtodiendū ea que ī r̄ła ſūt tradita/ ꝛ ſeruādū ea q̄ a ſuis ſupioribꝰ fuerit impata/ vt ſit ſenſꝰ. Promiſerit deliberato aīo/ certa ꝛ apta diffinitōe ſtatuerit ſiue affirmauerit ſe velle oīa cuſtodire ꝛc. Seqˀ (Tūc ſuſcipiatˀ ī ꝯgregatōne). ſ. ad pfeſſionē

modo/ſcꝫ qui infra ſequitur ibi. Suſcipiendꝰ
autē ⁊c (ſciens) poſt factam profeſſionē iam
(ſe ſub lege regule cōſtitutū) ſiue poſitum ſi-
ue conſtrictum (ita ꝙ ei ex illa die non liceat
egredi de mōaſterio nec collū excutere de ſub
iugo regule quam ſub tam moroſa delibera-
tione) ſcꝫ exiſtens (licuit) id eſt potuit (aut ex
cuſare) id eſt recuſare (aut ſuſcipere) Sicut ei
gloſa ſuper illud p̄s. Uouete et reddite: dicit.
Uouere voluntati conſulitur: ſed poſt voti ꝓ
miſſionē redditio neceſſario exigitur. Seqꝫ
de profeſſione (Suſcipiendus autē in orato-
rio/corā omibus promittat de ſtabilitate ſua
et conuerſione morū ſuorū/et obedientia co-
ram deo ⁊ ſanctis eius/vt ſi aliquando aliter
fecerit/ab eo ſe damnanduꝫ ſciat quē irridet)
Ubi ſanctus pater ponit ea in quibus profeſ
ſionis ſubſtantia conſiſtit. Circa quod no-
tandū ꝙ ex hoc loco forma profeſſionis diſci-
puli huius ſchole colligitur/que eſt iſta. Ego
domnꝰ. N. promitto ſtabilitatē/et conuerſio-
nem morū meorū/et obedientiā corā deo et ſā
ctis eius/ſecundū regulā ſancti Benedicti in
monaſterio tali/in preſentia talis abbatis et
alioꝝ fratrū. In qua profeſſione tria ſubſtan
tialia monaſtice poſeſſionis tanguntur/vide
licet ſtabilitas: morū cōuerſio/et obedientia.
Stabilitas quidē attinet ad perſeruantiam
Tunc enī recta eſt vniuſcuiuſqꝫ cōuerſio ad
deū/ſi vſqꝫ in finē in ea perſeuerauerit: dicen
te beato papa gregorio. Uirtus boni operis
eſt perſeuerentia. Ponit aūt primū inter ip̄a
ſubſtantialia profeſſionis ſtabilitas/quoniaꝫ
ſtabilitas eſt petra ſup quā totū religionis of
ficiū conſtruitur et fūdat. Math. vii. Deſcē
dit pluuia/venerunt flumina/flauerunt ven
ti et irruerunt in domū illā ⁊ non cecidit/fun
data enī erat ſup firmā petrā. Per ſtabilita-
tem aſtringi intelligitur monachus/ꝙ nullo
modo deſerat monachatū/nec ſine neceſſita-
te et ſuperioris auctoritate exeat monaſteriū/
Circa quā ſtabilitatē tria notanda veniūt
Prio ꝙ reditus ad ſeculū ſit multū timen-
dus. Secundo de his que reditū ad ſeculū
multū diſſuadent. Tertio de his q̄ plurimū
valēt ad ſtabilitatē viri religioſi: de quo in ſe
quenti capitulo. Circa primū notandum ꝙ
multū timendū eſt ei quē dei bonitas de ſecu
lo reduxit/ad illud redire corde vel corpore an̄
profeſſionē/vel facta profeſſione. De reditu

poſt ꝓfeſſionē hoc patet. Qui enī ſic ad ſecu-
lū redit a deo recedit et perit. Augꝰ in li. ſolilo
quiorū. Deꝰ quē relinq̄re/hoc eſt quē perire:
Iſte receſſus a deo multū habet confuſionis.
Iere. xvii. Dn̄e oēs qui te derelinquunt cōfū
dentur/Uere confuſione dignꝰ eſt/qui eū dere
liquit timore mali/cū quo nichil habet mali.
Eccleſiaſtici viii. Qui cuſtodit preceptū non
experietur quicꝙ̄ mali. Qđ alii eſſet malū/ei
eſt bonū. Dignus eſt etiā confuſione/qui ei p̄
ponit aliquod bonū in quo habetur oē bonū/
⁊ quo amiſſo nullū retinet bonū. exo. xxxiii. di
xit dn̄s moyſi/Oſtendā tibi oē bonū. Omne
bonū eſt deus: et illo amiſſo oē bonū amiſſuꝫ
eſt. Oſee viii. Proiecit iſrael bonuꝫ/bonum
ꝓicit qui deū deſerit. Seneca. Nichil eſt hoī
bonū ſine ſe bono/cū deo bene eſt hoī ſine ip̄o
non. pſa. iii. Dicite iuſto/qꝛ bene. Augꝰ. Tale
le bonū eſt deus vt nemini eū deſerenti bene
ſit. Uere confuſione dignus eſt/qui eū relinqt
ꝑ quē exiſtit et qui eū redemit. deutero. xxxii.
Deū qui te genuit dereliquiſti. Eccleſiaſtici
xxx. Ingratus ſenſu derelinquit liberantē ſe.
Uere confuſione dignꝰ eſt/qui peſſimuꝫ dn̄m
optimo p̄ponit. Io. vi. dicit petrus dn̄o querē
ti diſcipulis an vellent abire. Ad quē ibimꝰ:
Malicia dn̄i ad quē itur cuꝫ a deo receditur/
multū deberet cohibere a receſſu ab ipſo ma-
xime in futuro. Confūdent ei qui a deo rece-
dunt/quādo manifeſtū erit toti mundo/ꝙ ip̄i
ſūt qui dixerunt deo: recede a nobis. Iob xxi.
Tūc deꝰ relictꝰ ab eis reddēs eis vicē dicet eiſ
Diſcedite a me q̄ opamini iniq̄tatē. Math.
vii. Eiuſdē xxv. Diſcedite a me maledicti ite
in ignē etnū. Preterea diſceſſꝰ iſte a deo mul
tū ꝓuocat eiꝰ indignationē: cū miſer ꝯmiculꝰ
dn̄ꝫ maieſtatis ſine eiꝰ culpa dimittit. Solēt
magni dn̄i ſeruiētes ſuos aliq̄n dimittere: ſed
dei benignitas ſeruiētes ſibi nūꝙ̄ dimittit ni
ſi eū dimittāt. Augꝰ. Nemo te amittit niſi q
te dimittit. magnitudo dine indignatōis ali
quando ex hoc apparet ꝙ deꝰ dimittit apoſta
tas in tanta miſeria eſſe in ſeculo. Iere. xlii.
Cōflabit indignatio mea ſup vos/cū ingreſſi
fueritis egyptū. Apoſtate ſunt arbores infru
ctuoſe bis mortue. Cauſā vide: mūdo morit
aliqs cū de ſeculo egredit: deo morit cū ad ſe-
culuꝫ reuertit/fructū ſeu vtilitatem vite qua
mūdo viuitur amiſit in monaſterii ingreſſu:
vtilitatem vite qua viuitur deo in egreſſu: et

factus eſt homo inutilis. Juxta illud prouer. vi. Homo apoſtata vir inutilis. ¶Circa ſecundū notādū ꝙ religioſus cui tēptator ſuadet vt ad ſeculuz redeat/iſta ad ſui ſtabilitatē attendere debet/ ¶Saluator lazarū ad vitā ſeculi reuerſurū plorat/quē non plorauit moriturū/ Magis expediret aliquibus mori ꝙ̄ ad ſeculū reuerti/quia iuxta verbū ſenece/ Maius eſt periculū male viuendi ꝙ̄ cito moriendi/ ¶Itē ſaluator ſuadentibꝰ vt de cruce deſcenderet nullatenus acquieuit/ neqꝫ motus pietate matris cuius aīaꝫ gladius paſſionis eiꝰ pertranſibat/neqꝫ promiſſione iudeoruꝫ qui dicebant ſe eū credere ſi deſcenderet de cruce/ ¶Saluator etiā poſtꝙ̄ de mundo receſſit/ licet aliquibus bonis ad confirmandā fidē reſurrectōnis apparuerit/tamen mundo immiſcere ſe noluit/ ¶Multū timendū eſt ei qui acquieſcens angelo magni conſilii terrena reliquit/ derelicto eius conſilio.in cōſilio impioꝝ abiit. et ad ea que reliquit redit. prouer.i. Deſpexiſti oē conſiliū meū ꝛc./ Ego in interitu veſtro ridebo/ Beatus vir qui in conſilio impioruꝫ nō abiit. Infelix vero qui abiit/ ¶Item terrere multū debet illū/qui penitet ꝙ terrena pro celeſtibus reliquit/quod legitur ī vita beati Johannis euangeliſte de duobus fratribus perſonis honoratis/qui audita eius predicatōne ſuas poſſeſſiones vendiderunt ꝛ pauperibus diſtribuerūt/ qui cū quadā die viderēt ſeruos quos habuerant diuites ꝛ in habitu p̄cioſo/ſe aūt egētes et in habitu vili/cōtriſtati ſunt de hoc qd̄ fecerāt/quo cognito iohānes virgis ſilueſtribus in aurū mutatis/et lapidibꝰ cōibus mutatis ī lapides p̄cioſos dixit/ ¶Ite ꝛ redemite vobis terras quas vendidiſtis/qꝛ celoꝝ premia perdidiſtis/ Et ſuſcitās quendā iuuenē qui mortuus efferebatur/fecit ꝙ ipſe illis fratribus ānunciaret ꝙ̄tā gloriā amiſerant/et ꝙ̄tā penā incurrerent/ ¶Colūba cōperto ꝙ diluuiū non ceſſaſſet ad archā rediit.geñ.vi./ Cū ergo diluuiū peccatorū inceſſanter in ſeculo ſit/nō videtur eſſe columbe illuc reducere/ ſed potiꝰ corui infernalis/ ¶Coruus ab archa emiſſꝰ nō legitur ad archam fuiſſe reuerſus/quē ſpiritꝰ dei in deſertū clauſtri duxit/credere debet ſpiritū malignū eſſe qui reditū ad ſeculuꝫ ei ſuadet/quia ſecundū verbū bernardi ſpiritus ſanctus qui adducit non reducet/cum non ſit in eo eſt et non/ ¶Angelica āmonitio eſt ad loth facta. Noli reſpicere poſt terguꝫ tuū/nec ſtes circa regionem/ſed in monte ſaluū te fac/ Reſpiciens autē eius vxor poſt ſe/verſa eſt in ſtatuam ſalis.geñ.xix. ¶Statua eſt corpꝰ ſine ſpiritu/ſimilitudinē habens non veritatē/ Sic reſpiciens ad ea que reliquit/ſimilitudinē habet religioſi nō veritatem / Corpus habet in clauſtro/ſpiritū in mundo / vt ſit quaſi quedā ſtatua. Hoc exemplo vtitur ſaluator lu.xvii. dicēs. Memores eſtote vxoris loth/ Eiuſdē ix./ Nemo mittens manū ad aratrū et reſpiciens retro/aptꝰ eſt regno dei/ ¶Filii iſrael de manibus pharaonis liberati pertrāſito mari rubro non redierunt in egyptum/ ſed de ſua liberatione exultant/et laudant liberatorē ſuum.exo.xiiii./ O ꝙ̄ fatue egiſſent ſi rediſſent in egyptū.geñ.xxvi. Ne deſcēdas in egyptuꝫ Jeremie xlii. Nolite intrare in egyptū/ ¶Magi diuinitus edocti/ad herodē non redierunt ad ſaluatoris hoſtem/ ¶Joſeph etiam timet redire ad locum/vbi audit archelaum regnare Math.ii./ Sic timenduꝫ eſt ei qui propriā ſalutem deſiderat redire ad mundū/vbi ſathanas aduerſariꝰ ſalutis regnat/et habitare inter ſeruitores eius.apo.ii. Scio vbi habitas/vbi ſedes eſt ſathane.

¶Capitulum cxxxii.de octo que valere poſſunt ad ſtabiliendū nouicium in religione.

Circa ſtabilitatē nouicii in religione eſt notandum ꝙ multa poſſunt valere ad ſtabiliendum nouicium in religione. ¶Primum eſt timor cōfuſionis/ Raro enim eſt reditus ad ſeculum ſine confuſione/ Vix enī eſt quin rediens incurret notam leuitatis/vel verecundie/timiditatis/vel alicuiꝰ iniquitatis/ Leuitati aſcribitur qd̄ incepit facere et non potuit conſūmare/ Cum leuitate etiam notatur de fatuitate que leuitatem comitatur/ Eccleſiaſtici xxvii. Stultus vt luna mutatur / Stultitia eſt cui nichil conſtat nichil diu placet/ Stulti quod nō habent cupiunt;quod habent faſtidiunt/ ¶Ecōtrario de ſapiēte. Seneca/ Quid eſt ſapiētia? ſemper idē velle atqꝫ nolle/ Non poteſt cuiꝙ̄ ſp tunc placere/niſi rectū/ Sapiētiā nō vicit malicia ſapi.vii. Nō eicit malicia tēptatoris ſapiētē de clauſtro/ Prouerbioꝝ iii. Stabiliuit celos

prudentia/ Per eã viri celeſtes ſtabiliuntur.
¶ Non eſt ſine ignominia/cum pugil fugit ex⸗
tra locũ certaminis/victus ei reputatur/ Lo⸗
cus certaminis clauſtrũ eſt/ Duʒ in clauſtro
manet aliquis/adhuc ſpes habetur de eius vi
ctoria/ etiã ſi hoſtis aliquãdo ei preualeat/ qꝛ
victorẽ a victo ſuperari ſepe videmꝰ. Eccleſi
aſtici x. Si ſpiritus poteſtatẽ habens ſuper te
aſcẽderit/locũ tuũ ne dimiſeris/ ¶ Non eſt ſine
confuſione cuʒ aliquis ſolꝰ fugit de p̄lio aliis
remanentibus pugnantibus et vincentibus
¶ Raro aliquis clauſtrũ deſerit/qui non prius
deũ deſeruerit et ab eo deſertus ſit/ Solet ſeq
receſſũ a deo timoꝛ irratõnalis/in p̄s. Trepi
dauerunt vbi non erat timoꝛ/ Habuit caȳn
poſt peccatũ caput tremulũ/ Cõminatus eſt
tremorẽ iſtũ dñs iudeis/ſi ab eo peccando re⸗
cederent. leuit. xxxviii/ Terrebit eos ſonitus
folii volantis/ꝛ ita fugient quaſi gladiũ/ pro
uerbiorũ xxviii. Fugit impius nemine perſe⸗
quente/ ¶ Notatur etiã aliquando qui de reli⸗
gione ad ſeculũ redit/ꝙ aliquã iniquitatẽ ha
buerit que eũ quieſcere non permiſit/ſicut pũ
ctiones muſcarũ vel ſpinarũ iumentũ diſcur
rere faciunt/ſic punctiones viciorũ animũ in
ſtabilem reddunt/ Nam quia peccauit ihr̃l'm
propterea inſtabilis facta eſt/ pſa. lvii. Torq̃⸗
mini quaſi mare feruens quod quieſcere non
poteſt/ Spiritus rationalis qui nobilis eſt/
in lecto ſoꝛdide conſcientie nõ quieſcit/ Ideo
qui religionẽ intrat/debet facere confeſſionẽ
generalẽ/ Et exẽplo dauid lauare per ſingu⸗
las noctes lectũ ſuũ/vt in eo cũ deo quieſcere
poſſit/et ſic ſtabilis eſſe poterit/ Job xi/ Si ini
quitatẽ que eſt in manu tua abſtuleris a te/ꝛ
nõ pmãſerit ĩ tabernaculo tuo iniuſtitia/tũc
lauare poteris faciẽ tuã abſq3 macula/ꝛ eris
ſtabilis. ¶ Secundo timoꝛ periculi multũ po
terit valere ad ſtabiliendũ nouiciũ in religio⸗
ne/ Mundꝰ igne infernali ſuccẽſus eſt/igne
ſcʒ ire: cupiditatis et luxurie/ Unde cum indi
gnatione repellenda eſt ſuaſio/qua diabolus
ſuadet reditũ ad ſeculũ/ Bernardus. Domꝰ
ardet et ignis inſtat a tergo/ꝛ tu mones non
egredi vel iam egreſſũ regredi/ Perditionis
filius eſſe videtur qui iam eſt in loco ſalutis/ꝛ
ad locũ periculi redit/ Jo. xvii. Nemo periit
ex his niſi filius pditõis/ Talis periculũ ſuũ
amare videtur/ Uñ nõ eſt mirũ ſi in illo pere
at. eccleſiaſtici iii/ Qui amat periculũ in illo
peribit/ ¶ Timoꝛ huius periculi eſt quaſi cla⸗
uus cõfigens carnalẽ affectũ/ne eo ſtimulan
te redeat nouicius ad ſeculũ. In p̄s. Confige
timoꝛe tuo carnes meas/ Et eſt quaſi ponduſ
compꝛimendo retinens/ſicut aſſeres lapiduʒ
ponderoſitate retinentur in tectis domoꝛum
Eccleſiaſtici xv. Timoꝛ domini ſe ſuper om⸗
nia ſuppoſuit/ Eiuſdem xxvii/ Si non in ti⸗
moꝛe dñi inſtanter te tenueris/cito ſubuertet
domus tua. ¶ Tertio ſpes diuini adiutorii
etiã multũ valere poteſt ad ſtabiliendũ noui
cium/ Eſt ei quaſi anchora conſeruans/ne ve
hementia tempeſtatis a deo euellatur et ad
ſeculũ reuertatur/ Job vi. dicit᷑ de ſpe/quam ſi
cut anchoꝛã habemus aĩe tutã ac firmã/ Au⸗
guſtinus/ Noli abrũpi ab anchoꝛa anteꝙ in
tres poꝛtũ. Fluctuat nauis ĩ anchoris ſed nõ
lõge a terra pꝛoicitur/ Conatur diabolus ei⸗
cere nouiciuʒ in diffidentiã vel deſperationẽ
continuitate vel vehementia tẽptatõnis/vel
diuturnitate clauſtralis laboꝛis/ſed diuturni
tati laboꝛis opponẽda eſt eternitas mercediſ
Auguſtinus/ Laboꝛ te terret/vide mercedem.
¶ Diuturnitas quodãmodo facit vt leuius ſu
ſtineatur ratiõe conſuetudiniſ que diuturni⸗
tatẽ ſequitur/ Sapiens/optima foꝛma viuẽ
di eligenda eſt quã iocundã reddet conſuetu
do/ Uehementie ꝛ cõtinuitati temptationis
reſiſtit ſpes diuini adiutoꝛii/ In p̄s. Dominꝰ
pꝛotectoꝛ vite mee a quo trepidabo/ Dñs ẽ
in circuitu populi ſui quaſi murus defendẽs
eum/ Uehementia etiã temptationis eſt oc⸗
caſio vt facilius ſuſtineatur/quia ad hoc facit
vt gratia augeatur/ pꝛime coꝛi. x/ Fidelis eſt
deus qui non permittet vos temptari ſupra
id quod poteſtis/ſed facit cum temptatione
etiã pꝛouentum. i. gratie augmentũ/vt poſſi⸗
tis ſuſtinere/ Fiducia etiã habenda eſt in ſuf⸗
fragiis ſctõrũ et adiutorio fratrũ/ Et nota ꝙ
deus iuuat ſeruos ſuos ſecunduʒ ꝙ ipſi ſpem
habent in eo/ Bernardus. Quatinus in bo⸗
nis dñi/fiducie pedem poꝛrexeris eatenꝰ poſſi
debis. Tertio bonus eſt deus ſperantibus in
ſe/ In p̄s. Sperantẽ in dño mia circũdabit./
Jeremie xvii. Benedictus vir qui confidit in
dño/ Et ſubditur/ Erit quaſi lignũ quod trãſ
plantatur ſuper aquas et non timebit cũ ve⸗
nerit eſtus/ſ. vehementis temptationis. eccle
ſiaſtici xi/ Confide in dño deo ꝛ mane in loco
tuo/facile eni eſt in oculis dei cito honeſtare/

id eſt ditare pauperē. ¶ Quarto amor ꝓprie
perfectōnis poteſt multū valere ad ſtabilimē
tū nouicii/ſicut radicatio arboris facit ad ei⁹
ſtabilitatē.eccleſiaſtici xxiiii. Radicaui in po
pulo honorificato/ Populus honorificat⁹ eſt
cetus filiorꝫ dei/in quo alquis radicatur.cum
expulſo amore ſeculi introducitur amor ⁊ ſui
et proximi/ Amor ſeculi expellitur.cuꝫ diuicie/
delicie/mūdi honores contemnūtur/ Ad con
temptū diuiciarū pertinet votū paupertatis/
/ Ad contemptū deliciarū pertinet votū conti
nentie/ Ad cōtemptū honorū humilitas obe
dientie./ Nō introducitur amor verus niſi ex
pellatur amor vanus. Auguſtin⁹ ſuper cano
nica Johannis/ Si mūdi amor habitet/non
eſt quo dei amor intret/ſapie iiii. Adulterine
plantationes non dabunt radices altas/nec
ſtabile firmamentuꝫ collocabūt/ Adulterine
plantatōnes ſunt quib⁹ dicitur ia.iii. Adulte
ri neſcitis/q2 amicicia hui⁹ mundi inimica eſt
deo. ¶ Quinto amor dei poteſt multū vale
re ad ſtabilitatē nouicii/ Amore quippe ſalua
toris debet eſſe affixus cruci religiōis/qui ad
religionē venit/ Clauo noſtri amoris potius
fuit xp̄us affixus cruci ſue ꝙ clauis ferreis/ ſi
cut hoſtiū ſepulcri xp̄m non potuit in eo tene
re/ſic nec claui ferrei eum in cruce tenuiſſent
inuitū/ſed clauo amoris noſtri ibi tenebatur/
ſic amor xp̄i nouiciū in religione debet retine
re. ¶ Sexto amor etiam ſancte ſocietatis de
bet eum retinere/ In p̄s/ Ecce ꝙ bonū et ꝙ io
cundū habitare fratres ī vnū/prouerbi.xviii.
Frater qui adiuuat a fratre/quaſi ciuitas fir
ma/ Debilis q pugnat cū forti/pelle ſupera
ri videtur/ſi poti⁹ eligat eſſe inter eos qui no
ceant ꝙ inter eos qui adiutorium prebeant.
¶ Septimo amor etiā proprie ſalutis debet
eum retinere/ Amor iſte debet eſſe magnus ī
homine/cum in brutis tantus eſſe videatur/
/ Ex amore ſalutis eſſe videtur ꝙ ouis lupum
fugit./ Et canis ſi in aquā ceciderit natando
ad littus tēdit/ Item auis ſagaciter cauet la
queum et declinat lapidis ictū/et ſi inciderit
in laqueū ad ſui liberationem conatur/ Ber
nardus/ Pudet hoc rationē non poſſe in ho
mine/quod natura poteſt ī volucre/ Ad idem
mouere debet amor qui habetur ad ſanitatē
corporis/ Auguſtinus/ Cum gaudio debet fa
cere imortalis futurus/quod faceret pro dif
ferenda morte moriturus. ¶ Item octauo ad
hoc debet incitare amor/quem deus ⁊ angeli
habent ad ſalutē noſtrā./ Bernardus./ Dn̄e
quid eſt homo quia innotuiſti ei/aut fili⁹ ho
minis quoniā reputas eū/ Deniqꝫ mittis ei
vnigenitū tuū/ immittis ſp̄m tuū/ promittis
vultū tuū/ Et ne quid ab opere ſollicitudinis
noſtre vacet ī celeſtibus/etiā illos beatos ſpi
ritus propter nos mittis in miniſteriū/ Oēs
eni ſunt adminiſtratorii ſpiritus ⁊c. hebre.i.
¶ Maxime ad ſtabilitatē valet gratia./ Unde
legitur de ſpiritu ꝙ ſit ſtabilis.ſapi. vii.hebre.
vltimo/ Optimū eſt gratia ſtabilire cor/ſicut
terra ſi humor defuerit in puluerē redigitur.
et a vēto diſpergitur/ et corpus cū ab eo ſpiri
tus receſſerit efficitur cinis/ſic ſi gratia ſpiri
tus ſancti defuerit/nouicius ad modū pulue
ris fit inſtabilis. In p̄s/ Non ſic impii nō ſic
ſed tanꝙ puluis ⁊c/ Jdeo frequentur et deuo
te debet inuocare ſpiritū ſanctum qui confir
met in eo quod operatus eſt.

## ¶ Capitulum xxxiii.de morū conuerſione et quibus ipſa perficitur:et quibus impedit̄.

ID aūt quod ſecundo loco in prefata
profeſſionis forma ſubſtātialiter po
nitur eſt mor conuerſio/per quā mo
nachus obligat ſe vt non ſeculariter viuat/ſꝫ
mores ſuos ſecundū regulā dirigat/ Contra
hanc ergo partē profeſſionis venit monach⁹
qui ſeculariter viuit/ Plane non ſufficit mo
nacho mutaſſe locū/contemptibilē habitū aſ
ſūpſiſſe/deferre tonſurā altā/ coronā latā:ni
ſi hec morū conuerſio concomitetur/ Bernar
dus/ Umbra eni religionis ſunt iſta non veri
tas/ Corporis conuerſio ſi ſola fuerit/erit nul
la/ Forma quidē conuerſionis eſt iſta non ve
ritas/ Ingredienti monaſteriuꝫ.neceſſe eſt vt
veraciter mutetur in virū alterū/ vt poſſit di
cere cū apoſtolo.gala.ii. Uiuo ego/iam non
ego/viuit autē in me xp̄s. ¶ Ubi notandū ꝙ
ad perfectā moruꝫ conuerſionē requiritur/vt
fiat conuerſio interius et exterius/interius ⁊
hoc in oī affectu cordis.ſecundū illud Joelis
ſcd̄o/ Cōuertimini ad me.in toto corde veſtro
Bernardus/ Attende ſolerter quid diligas/
quid metuas/vnde gaudeas et cōtriſteris/ne
ſub habitu religioſo ſecularē aīm / et ſub pan
nis conuerſionis inuenias cor peruerſū./ To
tum eni corpus in his quattuor affectionib⁹

eſt et de eis accipiendū puto quod dicitur In
toto corde tuo conuertaris ad dn̄m. Conuer
tatur amor tuus vt nichil diligas omino niſi
ipſum aut certe propter ipſū. Cōuertatur eti
am ad ipſuȝ timor tuus quia peruerſus eſt ti
mor omīs quo metuis aliquid preter eū ⁊ nō
propter eū ſic qȝ gaudiū tuum et triſtitia tua
eque ad ipſuȝ conuertatur. Hoc autē ita fiat
vt non niſi ſecundū eū doleas aut leteris. Ex
terius preterea conuerſio fienda eſt maxīe ꝙ-
tum ad locutionē. Jaco. i. Si quis putat ſe re
ligioſū eſſe et non refrenat linguā ſuā huius
vana eſt religio. Item ꝙtū ad ſenſuū cohibi-
tionē et motuū corporis moderationē vt in
inceſſu ſtatu et ceteris motibus eius nichil fi
at quod cuiuſꝙ offēdat aſpectū: ſed ipſius de
ceat ſāctitatē ecclesiaſtici xix. Amictus corpo
ris et riſus dentiū et ingreſſus homīs enunci
ant de illo. eccleſiaſtici xxxiii. Sepi aures tu-
as ſpinis et noli audire linguam neꝗ. Et ori
tuo facito oſtia et ſeras auribus tuis. Itē ecō
uerſo fienda eſt ꝙtū ad conſuetudinem vt ſcȝ
conſuetudo mala conuertatur in bonā. Un-
de Bernard⁹ ad frēs de monte dei loquēs de
nouicio dicit. Ad exuendā de ſe ſeruitutis ne-
ceſſitatē ⁊ carnis ſue dominantē conſuetudi
nē ſe accingat: neceſſitatē ſibi faciens contra
neceſſitatē et conſuetudinē contra conſuetu
dinem et affectū ſibi formans contra affectū
donec plenā mereatur accipere delectationē
vt delectationibus ſeculi et carnis ſecundum
cōſiliū apoſtoli. ſaltē tantū delectet eū carere
ꝙtū delectabat eū pri⁹ hr̄e: ⁊ tm̄ delectet eum
de mēbris corporis ſui ſeruire iuſtitie in ſācti
ficationē ꝙtū delectabat eū prius ſeruire im
mundicie et iniquitati ad iniquitatē. Unde
viro religioſo aſcendenti in montē perfectio-
nis mōaſtice dicitur id quod dn̄s moyſi dixiſ-
ſe dicitur aſcendenti in montē ſynay. Solue
calciamenta de pedibus tuis. Locus enim in
quo ſtas terra ſancta eſt pedes quibuſ itur in
infernū vel in paradiſū actus hoīs ſunt. Cal
ciamenta que de pellibus aīaliū mortuorū fi
unt exempla intelliguntur hoīm ſeculariter
viuentiū quorū vita mors eſt vel morte dete-
rior. Calciamēta ergo de pedibus ſoluuntur
cū religioſus a vita moribuſqȝ hoīȝ ſecularit̄
viuentiū ſe omino ſeparat et ſpiritualiū viro
rum moribus ſe conformat. Sicut aūt religi
oſi a ceteris hominibus ſeparātur loco ſic ſepa
ti ab eis debent eſſe non ſolū habitu ſed maxi
me moribus et conuerſatōne: leuit. xx. Sepa
raui vos a ceteris populis: ſepate et vos mū-
dum ab imundo. Non autē placet deo in re-
ligioſo habitus regularis ī corpore ſi deſit ha
bitus virtutis in mēte. Bernard⁹. Magna
abuſio ⁊ maxima cura vt corpus regulariter
induatur et contra regulā ſuis veſtib⁹ aīa nu
da deſeratur cum tanto ſtudio tunica et cu-
culla corpori procuratur vt cui deerūt mona
chus nō putetur. Cur ſimiliter ſpiritui pietaſ
⁊ hūilitas q̄ ſūt ſpūalia indumēta non proui
dentur. ¶ Secundo notandum ꝙ multis de
cauſis accidit vt ille qui in monaſteriū ingre
ditur morū conuerſionē non aſſequatur. quā
doqȝ enī hoc accidit propter longā conſuetu-
dinem vite ſecularis que quaſi in natura ver
ſa eſt. Conſuetudo ei eſt quaſi altera natura.
Ut enī dicit bernardus in ſermone quodam
Solet intra primordia conuerſionis alicui⁹
inſurgere temptatio praue conſuetudinis et
vix poſſūt extigui iacula ignita diaboli. Un̄
ꝙadmodū bonū erit viro cum portauerit iu-
gum ab adoleſcētia ſua. treno. iii: ſic peſſimū
eſt viro ſi iugū dn̄i vſqȝ ad ſenectutē aſſume-
re diſtulerit. Jeremie xiii. Si mutare poteſt
ethiops pellē ſuam et pardus varietates ſu-
as et vos poteritis bene facere. pūerbi. xxii.
Prouerbiū eſt adoleſcens iuxta viā ſuā: et cū
ſenuerit nō recedet ab ea. Eccleſiaſtici i. Per
uerſi difficile corriguntur. Peruerſi aūt ſunt
q a deo bono incōmutabili ſunt valde auerſi
et elongati: et ad terrena bonaqȝ cōmutabi-
lia omino conuerſi ſunt. Bernardus. Omis
malus animus priuſꝙ indureſcat malicia ei⁹
emendari poteſt: ſȝ poſtꝙ indurauerit deſpe-
randū eſt. i. non multum ſperandū. Uirgule
poſſunt dirigi ſi diſtorte fuerint: trabes vero
nequaꝙ. ¶ Secundo accidit hoc propter laſ
ſitudinē et diſſolutionē monaſterii in qđ ali
quis ingreditur. Sicut enī ſerpēs non in fo-
ramine lato ſed arto veterē pellē deponit ſic
in monaſterio illo mores ſeculares non depo
nuntur in quo monachi ſine freno diſcipline
viuunt et ſecundū voluntates ſuas viuere p-
mittuntur. ¶ Tertio hoc accidit propter de
fectū doctrine. ps. Lex dn̄i imaculata conuer
tens aīas. Lex enī dn̄i ſiue doctrina ſācta eſt
vt ignis ad quē fit cordis liquefactio: vt prio
ri forma amota noue forme ſequatur impreſ

ſio.canticorū.v/Aīa mea liquefacta eſt vt di/
lectus meus locutus eſt/Jere.xxiii. Nūquid
non verba mea quaſi ignis ardens: Quar
to hoc accidit propter defectū boni exempli.
Seneca.Longū iter per precepta:breue et ef
ficax per exempla/Unde non ſufficit ad con/
uerſionē morū doctrina/ſi deſit exēplaris for
ma/Et ideo ſanctus pater Benedictus in ca
pitulo ſcdo regule/mādat abbati vt factis ſu
is diuina precepta demonſtret:et oīa que di/
ſcipulis ſuis docuerit eſſe contraria/in ſuis fa
ctis indicet non agenda. Quinto hoc acci
dit ꝑpter cōmixtionē ſeculariū.ps. Cōmixti
ſunt inter gentes et didicerunt opera eorum
Ex conuictu enī formantur mores.ait gloſa
pſalmi xvii/Et ideo vt dicit Criſoſtomus ſu/
per math. Nichil tam nociuuꝫ vt pernicioſa
ſocietas Sexto hoc accidit ꝑpter defectū bo
ne volūtatis/Bona volūtas eſt quaſi quedā
materia/vñ tota vita religioſa in rota volubi
li regularis obedientie debet formari/Ber/
nardus ad fratres de mōte dei/ Quicūqꝫ bo
nam voluntatē habet/ſecum habet quicquid
ad bene viuendū ei opus eſt/Itē in eodē. No
uus homo tanꝙ a figulo figmentū lege qua
dam mandatorū quaſi manibus alienis faci
endus eſt/et formandus in oī patientia in ro
ta volubili obedientie/In igne ꝓbationis ſue
plaſmatoris ſui volūtatis arbitrio ſubdendꝰ.

Capitulum cxxxiiii.de tertio ſubſtantiali
monaſtice ꝓfeſſionis/videlicet de obediētia.

De qua promiſſione ſua fa
ciat petitionē ad nomē ſā
ctorū quoruꝫ reliquie ibi ſunt/et
abbatis preſentis/Quā petitio/
nem manu ſua ſcribat/aut certe
ſi non ſcit litteras alter ab eo ro
gatus ſcribat:et ille nouicius ſi/
gnum faciat et manu ſua eā ſu/
per altare ponat/Quā dum po/
ſuerit incipiat ipſe nouicīꝰ mox
hunc verſuꝫ/Suſcipe me dñe ſe
cundum eloquium tuum et vi/
uam/et ne confundas me ab ex/
pectatione mea/Quem verſum
omis congregatio tertio reſpon
deat:adiungentes Gloria patri/
Tunc ipſe frater nouicius ꝓſter
natur ſingulorū pedibus vt orēt
pro eo/⁊ iam ex illa die in congre
gatione reputetur.

Tertiū aūt qḋ in profeſſionis forma cō
tinetur eſt obedientia que eſt ſubiectio
qua homo ſpontaneo intuitu dei alte/
rius hōis ſubditur voluntati/Per quā hu
ius ſchole diſcipulus aſtringitur vt nō ſuo ſē
ſu non ſua voluntate viuat/nec quo vult va/
dat/nec quod vult faciat/ſed alieno imperio
⁊ alteri voluntati videlꝫ ſuperioris ſubditus
exiſtat/Maxime autē cauere debet huiꝰſcho
le diſcipulus ne huius voti vnꝙ eū tranſgreſ
ſorem eſſe contingat/Nam ſicut obedientia
lignū vite eſt omibus qui apprehendunt eā/
ita inobedientia inobedientibus lignuꝫ mor
tis eſt.Bernardus.Inobedientiā cauſā mor
tis omnes experimur/oms morimur propter
eam/Qualiter autē ſuperioribꝰ obedienduꝫ
ſit oſtēdit Ceſariꝰ ī ſermone ſic loquēs/Quic
quid vobis a ſuperioribus fuerit imperatum
ſic accipite tanꝙ ſi de celo ore dei prolatū ſit/
Nichil reprehēdas nichil deſpicias : in nullo
penitus murmurare preſumas/quia ī mona
ſterio ſeruire veniſti nō imperare/obedire po
tius ꝙ iubere/totum ſanctū.totum vtile iudi
ca qcquid aut tibi aut aliis videris imperari
De multiplici cōmendatione obedientie/de
conditionibus et de gradibus eius/circa quī/
tum capitulū regule ampliſſime notauimus/
quare ſuperſedemus ab vlteriori cōmendatō
ne/Nullus autē debet calūniari hanc pro/
feſſionis formā tanꝙ minus completaꝫ/eo ꝙ
expreſſa in ea non fiat mentio de ſeruāda ca/
ſtitate ⁊ proprio non habendo/quoniā eo ipo
ꝙ quis aſſumit habitū monachalē et obediē
tiam cū morū conuerſione/promittit:caſtita/
tem ſeruare/et renunciare propriis intelligiť/
cū iſta ſint de ſubſtantia monaſtice vite/vt ex
tra de ſtatu monachorū in capitulo.Cum ad
monaſteriū. Sequit̄ de firmitate ꝓfeſſiōis

per ſcripturā (De qua promiſſiōe ſua faciat petitionē) id eſt ſcripturā (ad noīa ſanctorum quorum reliquie ibi ſunt ⁊ abbatis preſentis. Quā petitionē manu ſua ſcribat. aut ſi certe neſcit litteras alter ab eo rogatus ſcribat / ⁊ ille nouicius ſignū faciat et manu ſua eā ſuper altare ponat. quā dū poſuerit incipiat ipe nouicius mox hunc verſū. Suſcipe me dñe ſecūdum eloquiū tuū et viuā) ſcdʒ illud ſcʒ quod dixiſti. Omis qui venerit ad me non eiciā foras: quaſi dicat / Ecce ego cōuerſus a vanitate ſeculi te inſpirante. te trahente. ad te venio / et nunc rogo vt ſuſcipias me / et introducas me ad te. et viuā in te / qui es fons vite / et reges eterna viuentibus et quieſcentibus in te. (Et non confundas ergo me ab expectatiōe mea) id eſt propter te non permittas me fruſtrari ſpe mea quā habeo vite etne / quā tu relinquentibus oīa propter te: et te ſequentibꝰ promiſiſti. ¶ Aduertendū ꝙ quaſi tribus modis ſe monachus obligat ad ſeruandū predicta tria. ¶ Prīo quidē ſe obligat oris verbo. ¶ Secundo ſcripto. ¶ Tertio quodāmodo iuramento. ¶ Primo in emiſſione voti. ¶ Secūdo in confectione vel ſignatōe ſcripti. ¶ Tertio in poſitione ipius ſcripture ſuper altare: in quo videtur ſolennizare votū emiſſū. ¶ Sequitur (Quē verſū omis congregatio tertio reſpōdeat adiungentes Gloria patri) dantes deo gloriā de conuerſione nouicii. / In hoc imitātes angelos dei. quibus magnū gaudiū in celo eſt ſuper vno peccatore penitentiā agente luce xv. ¶ Sequitur (Tunc ille frater noviciꝰ proſternatur ſingulorū pedibus vt orent pro eo: et iam ex illa hora in congregatione reputetur) ¶ Ubi conſiderandū ꝙ ordo ſeruandꝰ in hoc loco eſt iſte. Abbas induitur ſacris miſſam celebraturus. et poſt euangeliū ⁊ offertoriū nouicius facit profeſſionē ſecundū modū hic poſitū. et dicto verſu: Suſcipe me dñe ⁊c. fiunt letanie nouicio proſtrato toto corpore ī terrā / aliis fratribus genua flectētibꝰ. dictis vero letaniis ⁊ oratione dñica ſequunt̄ oratōnes a patribus inſtitute. / Deinde exuitur nouiciꝰ veſte non bñdicta dicente abbate. / Exuat te deus veterē hoīeʒ ⁊c. / Et dato oſculo ab abbate oms fratres per ordinē dant ſibi oſculum pacis / ⁊ per tres dies continuo ſilencio pſeuerans recipit cōmunionē ad miſſā. / Et ſic impletur quod ſubiungitur. Et ex illa die in congregatione reputetur.

¶ Capitulum cxxxv. ꝙ nouicius omibus rebus propriis prius relictis ad habitū religionis ſuſcipiendus eſt.

Res ſi quas habet: aut eroget prius pauperibus. aut facta ſolenniter donatione conferat monaſterio. nichil ſibi reſeruans ex omibus: quippe qui ex illa die nec proprii corporis poteſtatem ſe habiturū ſciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebꝰ propriis quibus veſtitus eſt: et induatur rebus monaſterii. Illa autē veſtimenta quibus exuitur reponantur in veſtiario conſeruanda: vt ſi aliquando ſuadēte diabolo cōſenſerit vt egrediatur de monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus monaſterii: proiciatur. Illā tamen petitionē quā deſup altare abbas tulit non recipiat: ſed ī monaſterio reſeruetur.

Sequit̄ in eodē capitulo regule (Res ſi quas habet aut eroget prius pauperibus aut facta ſolenni donatione conferat monaſterio nichil ſibi reſeruās ex oībus. quippe qui ex illo die) ſcʒ facte profeſſionis (nec proprii corporis poteſtatē ſe habiturum ſciat) ¶ Ubi notandū ꝙ cauēdū eſt omino illi qui mūdo relicto ad religionē venit ne aliquid mūdi retineat. ¶ Prīo vt deus eū totum habeat. ¶ Secundo ne pro modico maxima amittat. ¶ Tertio vt pacē cordis habere valeat. / Si aliqd mundi retinet: princeps mūdi aliquid in eo habet. et nō eſt totꝰ dei. / Uult xp̄s principē mūdi nichil habere in ſeruis ſuis. ſicut in ipſo nichil habuit. Jo. xiiii. Uenit princeps mundi huiꝰ / ⁊ in me non habet qcq̄

Math.vii. Nemo poteſt duobus dñis ſerui⸗
re. xp̄s ſeruis ſuis ſufficientiſſimus eſt/et pro⸗
tector.et prouiſor.et remunerator. Nimis eſt
cupidus cui non ſufficit deus. Non ſentit de
dño in bonitate/qui credit.ꝙ ipſe vel non ve⸗
lit.vel non poſſit prouidere ſeruis ſuis. Vere
cundiā ei facit.qui in parte diabolo ſeruit/ti⸗
mens ne ſi deo totaliter ſeruierit neceſſaria
habere non poſſit. Hieronymꝰ. Non habet
xp̄s vñ alat pauperes ſuos. Fatue valde agit
qui pro deo mundū relinquit/quādo aliquid
retinuit pro quo deum amittit. Ipſe ſimilis ē
homi negociatori querenti bonas margari⸗
tas/qui inuenta vna precioſa margarita vē⸗
dit omīa que habet et emit eam. Eam vero
emptā pedibus conculcat et pro nichilo dat.
Ad cumulū etiā fatuitatis facit/quod quoti⸗
die ieiuniis vigiliis orationibus nō ceſſat eā
emere/cū tñ ī tali ſtatu nullomodo poſſit eā
acquirere. Cū dñs eū de naufragio ſeculi eri
puerit et quaſi in loco tuto ſcȝ in naui religio
nis poſuerit/ipſe furtiue in naui aquā ponit ī
qua ſe ſubmergit. De illo videtur poſſe dici/
ſicut dixerunt barbari de paulo a naufragio
maris liberato/cū manui eius vipera adheſiſ
ſet. Utiqȝ homo hic homicida eſt/qui cuȝ eua
ſerit de mari.vltio diuina non ſinit eū viuere
Acctuū xxviii. Talis de loco ſalutis facit ſibi
locū perditōnis/cū iam ſit mortuus.timet ta
men fame mori/niſi aliquid proprium habue
rit. Si iuxta verbū ſenece.monſtro ſimilis eſt
auaricia ſenilis/quid dicendū eſt de auaricia
vel cupiditate hoīs iam mortui/cui vnum eſt
optandū et querendū.ſ.vita eterna. colo.iii.
Mortui eſtis et vita veſtra abſcondita eſt cū
xp̄o. Cum quidā fenerator abbati Arſenio re
liquiſſet magnā hereditatē/et delatuȝ fuiſſet
ad eū teſtamentū/ipſe ait. Ego prius mortuꝰ
ſū ꝙ̄ ille qui me modo facit heredē/et remiſit
teſtamentū nichil accipiens. Qui ad religio
nem venit.pacē non habet ſi aliquid mundi
retineat/ſicut nec ille qui ī ſinu ſuo ſpinas ab
ſcondit. Seneca. Proice que cor tuū laniant/
que ſi aliter extrahi nequirent.cor ipſū cū eis
euellendū erat. Quidā frater renuncians ſe
culo et ſua dans pauperibus venit ad abba⸗
tem Antoniū/quedā tamē ſibi retinuit/et cū
cōperiſſet Antonius dixit ei. Si vis eſſe mo⸗
nachus.vade et compara tibi carnes.et impo
ne corpori tuo nudo.⁊ ſic veni ad me. Qui cū
hoc feciſſet.tam canes ꝙ̄ aues corpus eius ꝑ
pter carnem rapiendā dentibus ⁊ vnguibus
dilacerauerunt/et ſic dilaceratus venit ad an
toniū. Cui antonius ait. Quicūqȝ renuncia
uerit ſeculo.et vult adhuc habere pecuniā/ſic
a demonibus laceratur. Quare conuenient
ſubiungit ſanctus pater (Mox ergo in ora⸗
torio exuatur rebus propriis quibus veſtitus
eſt ⁊ induat rebus monaſterii) Annectit duo
aduiſamenta obſeruanda circa nouicios no⸗
uiter receptos. Primū eſt cū dicit (Illa aūt
veſtimenta quibus exutus eſt reponantur in
veſtiario obſeruanda.vt ſi aliquando ſuaden
te diabolo conſēſerit vt egrediatur de mona
ſterio:quod abſit:tūc exutus rebus monaſte⸗
rii proiciatur) Secundū aduiſamētū eſt cū
ait (Illā tamen petitionē eius quā deſuper
altare tulit abbas non recipiat/ſed in mona⸗
ſterio reſeruetur) Plana ſunt omnia.

Capitulum cxxxvi.ꝙ valde reprehenſibiles
ſūt q in religione male ſiue irreligioſe viuūt.

Expoſita iam ſubſtantia forme profeſſi
onis ſancte monaſtice vite/reliquū eſt
vt oſtendamus ꝙ̄ reprehēſibilis ſit mo
nachus/qui huius ſācte profeſſionis īmemor/
in religione irreligioſe viuit. Aut ei in ſeculo
male vixerat aut bene/ſi bene:valde reprehē
ſibilis eſt ꝙ male viuit int̄ bonos.qui bene vi
xerat inter malos/⁊ inter innocentes innocē
tiam amiſit.qui inter nocentes eam ſeruauit/
Si vero in ſeculo male vixerit.⁊ metuens ne
incideret in manus dei viuentis carcerē clau
ſtri ſpontanee ſibi elegerat. Ualde fatuus eſt.
cum dñȝ carceris in carcere offendit/⁊ funem
peccatorū quo in inferno ſuſpendatur/quem
in eo mīa dei dirruperat reſumit/et qui dirrū
penti vincula ſua ſacrificiū laudis ſacrificare
debuit/pro laude contumeliā reddit. Dede⸗
rat ei dñs locū penitentie.⁊ ipſe abutitur eo ī
ſuperbiā. Dei benignitas adduxerat euȝ ad
penitentiā/ipſe vero theſaurizat ſibi irā. Nō
timet peccata ibi perpetrare/vbi perpetrata
in ſeculo debuit corrigere. Miſericordie quo
qȝ dei illudit/que ei penā eternā cui etiā ꝑ mi
nimo mortali quod fecerat adiudicatus erat/
in penā momentaneā cōmutauit. Item val
de reprehēſibilis eſt/quia deo neglexit redde⸗
re vota illa que diſtinxerūt labia ſua. Nō enī

onus religionis ei noléti eſt impoſitū. ſꝫ poſt experientiā ⁊ deliberationē ab eo ſpontanee aſſumptā. Ipſe fuit promiſſor largus. ſed red ditor auarus. Ipe eſt diuiſor iniquus. qui ſua dedit deo: ſe vero dat diabolo. Ipſe mentitus eſt deo quod nō eſt parū periculoſū. ſicut oſtē ditur actuū v. Cur: inquit petrus ananie: tē ptauit ſathanas cor tuū mentiri ſpiritui ſan cto: non es mentitus hominibus. ſed deo. Au diens autē ananias hec verba. cecidit et expi rauit. Ipſe deū irriſit cui non ſoluit quod pro miſit. De qua irriſione parū ante beat⁹ Be nedictus de illo qui profeſſionē fecit ait. Qd ſi aliquādo fecerit aliter a deo ſe damnanduꝫ ſciat quem irridet. Tales in futuro merito a deo irridebuntur. ſcd̄ꝫ illud ps. Qui habitat in celis irridebit eos. prouerbi. i. Deſperiſtis om̄e conſiliū meuꝫ et increpationes meas ne glexiſtis: ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo Item talis reprehēſibilis eſt. quia illud negli git qd̄ cūctis mūdi amabili⁹ ꝑelegit. Ille vo q mundū pro deo relinquit ſi deuꝫ amittit oīa amiſit. Ipſe ſimilis eſt homī negociatori que renti bonas margaritas. qui inuenta vna ꝑ cioſa margarita vendidit omīa que habuit ⁊ eam emit. et poſt eā proiecit. Ipſe quaſi inter duas ſellas ad terram cecidit. Bernardus lo quēs cuidā ſanctimoniali. Deū inquit repel lens et a ſeculo repulſa inter duas vt dicitur ſellas corrueras. nec deo itaqꝫ viuebas quia nolebas: nec ſeculo quia nō poteras. Frequē ter deberent habere in corde ſuo qui mundū reliquerunt et monaſteriū intrauerunt. illud verbū petri. Math. xix. Ecce nos reliquim⁹ omīa et ſecuti ſum⁹ te: quid ergo erit nobis. Mira fatuitas eſt cū aliquis amicū illū pro quo patrē et matrē et oēs alios amicos car nales reliquit. a quo omīa bona recepit ⁊ plu ra erat recepturus. inimicū ſibi reddit ⁊ perti naciter offendit. Qui ī monaſteriis male vi uunt. deberēt frequent̄ dicere dn̄o illud tho. x. Omīa in te habentes. non te debuim⁹ dimit tere ire a nobis. Item valde reprehenſibilis eſt qui in monaſterio male viuit. vbi non ſo lū bene ſed etiā melius viuere debuit. ipſe ve ro econtrario non ſolū ibi viuit male ſed etiā valde male. Tales eī vel ſunt valde mali. vel ſunt demones. vel angeli. Auguſtinus. Non inueni meliores ꝙ qui in monaſterio profece runt. nec expertus ſum deteriores. ꝙ qui ī mo naſterio defecerunt. Multa vo ſūt que ad magnitudinē malicie eius qui ī monaſterio male viuit facere videntur. Primū eſt loci ſā ctitas. Secundū bonorū ſocietas. Tertiū bn̄ viuendi oportunitas. Qrtū ꝙ a deo prouiſi onem recipit. Quītū eſt profeſſio que preceſ ſit. Sextū eſt ꝙ ea quibus indignus eſt face re preſumit. Septimū ꝙ locuꝫ vnius boni vi ri occupat. Octauū ꝙ eos a quib⁹ recipit be ficia defraudat. Nonū ꝙ penis quibus ſimi les ſibi puniti ſunt non terretur. Decimū eſt dānū quod incurrit a peccato non cohibere.

Sanctitas loci non parū aggrauat peccatū. Unde dicitur yſa. xxvi. In terra ſanctorū ini qua geſſit: et non videbit gloriā dei. Multū diſplicet ſaluatori cū contaminantur loca ſa luti deputata. De qua contaminatione ipſe cōqueritur. Jeremie ii. Contaminaſtis ingt terrā meā. Multū etiā aggrauat peccatum bonorū ſocietas. Qui malus eſt inter bonos eſt ſicut iudas inter xp̄i diſcipulos. et ſicut ſa than inter dei filios. De quo iob i. Cū veniſ ſent filii dei vt aſſiſterēt corā dn̄o. affuit inter eos et ſathan. Sathanas. i. aduerſarius eſt q ſaluti aliorū aduerſatur: vel eos defraudādo adiutorio quod eis facere debuit. vel eis con trario greſſu incedendo. eundo. ſ. in infernuꝫ aliis euntibus in paradiſum. vel eos ſcanda lizando. Saluator iudaꝫ diabolū vocauit q inter bonos malus fuit. Jo. vi. None duode cim vos elegi: et vnus ex vobis diabolus eſt.

Item oportunitas bene viuēdi quā habet ali quis in clauſtro bene diſpoſito multū aggra uat peccatū male viuentibus ibi. Non ſoluꝫ eī fructuoſius ſed etiā iocundius poſſet bene viuere ꝙ male. Unde bernardus loquens de illo verbo pſalmi. Confundātur om̄s iniqua agentes ſuperuacue: dicit. An non ſuperua cue agit iniqua qui nō modo fructuoſius ſed etiā iocundius deo ſeruire poterat ꝙ mūdo. maior eſt pena quā habet religioſ⁹ dū pecca tum procuratur. et in ſtimulo conſcientie qui ſequitur. et in erubeſcentia quā habet dū dep henditur. et in penitentia quā facere cōpellit̄. vel in timore quē habet ne deprehēdatur: ꝙ ſit iocunditas quā habet cū peccatū perpetra tur. Preterea ſi bene viueret interiorē iocun ditatē haberet. In cuſtodiendis enī manda tis dei eſt retributio multa. Sꝫ ſicut dicit gre gorius. Ueſana mens plus ſe aſſequi aſpera

carnaliter ꝙ tenere blanda ſpiritualiter gaudet. Habentes mãna faſtidiunt et ſepe deſiderant que non ſine lachꝛymis comeduntur.

¶ Prouiſio etiã quã a deo recipit peccatũ multum aggrauat. Proditoꝛ ei eſt cũ eũ a quo veſtitur ⁊ paſcitur impugnat. De illo poteſt dicere dñs illud luce xxii. Ecce manus tradentis me mecũ eſt in menſa. Si inimicus meus maledixiſſet michi ſuſtinuiſſẽ vtiqꝫ. Tu vo homo vnanimis dux meus et notus meus q ſimul mecũ dulces capiebas cibos. Canis illum amat a quo paſcitur. quando alios valde perſequitur. Sane ergo deterioꝛ eſſe videt qui beneficiis que a deo recipit ab eius impugnatione non cohibetur. Item non parũ aggrauat peccatũ profeſſio que preceſſit. Non enĩ parua culpa eſt cuꝫ ille qui ſe deo obtulit deo poſtea ſe aufert et diabolo offert. Et qui corpus ſuũ per votũ continentie deo exhibuit hoſtiã viuentẽ ſanctã deo placẽtẽ. poſt per incontinentiã etiã illud diabolo exhibet hoſtiã morientẽ execrabilẽ et fetentẽ. et vite angelice quã ducere propoſuit vitã porcinã preponit. Bernardus. Quid decorius caſtitate que de homie angelũ facit. Econtrario quid immundus luxuria. que angelũ in porcũ conuertit.

¶ Multũ etiã facit ad magnitudinem malicie ꝙ ea ad que indign⁹ eſt ſumit. Preſumit enĩ ſtare in conſpectu be...m deus ad mortẽ natus ſit ei. quod non eſt parũ periculoſũ. cũ ipſe dicit leuit. xi. Sãctificaboꝛ in his qui appꝛopinquãt michi .i. ſanctus in eis apparebo. vindictã de malis eoꝛũ ſumendo. Ad magnitudinẽ etiã malicie eius facit ꝙ locuꝫ vnius boni viri occupat. Unde timenduꝫ eſt ei ne a dño citius per mortẽ abſcidatur vt locus ab eo expediatur. cũ ſcriptuꝫ ſit luce xiii. de ficulnea ſterili. Succide eam vt quid etiã terrã occupat.

¶ Itẽ ad magnitudinẽ eius malicie facit ꝙ illos decipit a quib⁹ beneficia recipit. qui ſunt vel in piculo mundi vel in igne purgatorii. quia cũ ipſe deo diſpliceat. debito modo eis non ſubuenit. Cũ enĩ his qui diſplicet ad intercedẽdũ mittitur. irati animus ad deterioꝛa prouocatur vt dicit gregoꝛius. Itẽ ad magnitudinem malicie facit ꝙ penis illis non terretur quibus peccata ĩ ſacris locis punita legũtur. Cõmiſſũ fuit peccatũ ſuperbie in celo. pro quo tam nobilis creatura eternaliter eſt damnata. Luce x. Uidebã ſathanam quaſi fulgur cadentem de celo. Commiſſũ eſt peccatuꝫ inobedientie in paradiſo terreſtri. p quo totũ genus humanũ exilio ⁊ moꝛti adiudicatũ eſt. Cõmiſſũ eſt peccatũ carnalis amoris. in illa congregatione in qua xp̃s prefuit. Judas enĩ quod dandũ erat pauperibus dabat vxoꝛi ſue et filiis. quod peccatũ ſuſpendio punitũ eſt. Cõmiſſũ eſt peccatũ ꝓprietatis in congregatiõe illa cui prefuit petr⁹ quod moꝛte ſubita in anania ⁊ ſaphira punitũ eſt. actuum v.

¶ Itẽ ad magnitudinẽ malicie facit ꝙ a peccato non cohibetur dãni magnitudo quã incurrit. Proptꝫ hoc ei bona religionis amittit qui aſſumit crucẽ tranſmarinam. Etiã raptor vel latro cauet a peccato ne peregrinationis fructũ amittat. q̃to ergo amplius debet cauere qui eſt ĩ religione ne bona religionis amittat. cuꝫ religio preualeat cuilibet peregrinatõni. Cuius ſignũ eſt: quia peregrinatio in religionẽ poteſt cõmutari. Deteriores furibus eſſe videntur et raptoꝛibus qui in religione intrant et ſe non emẽdant. Qui malus eſt in religione. eſt quaſi mal⁹ latro xp̃ꝫ in cruce blaſphemans opere. licet non ſermone. qui de cruce clauſtri tranſiturus eſt ad crucẽ ĩferni. Talis valde infelix eſt qui in dei viuario moꝛitur. In eius ſeruatoꝛio coꝛrumpitur. In loco ſalutis damnationẽ ſuaꝫ opatur. qd̃ alii eſſet aurũ eſt ei plumbũ onus ſcꝫ religionis. quod eſſet ſalus et vita alii vt ſacramẽtũ altaris eſt moꝛs ⁊ damnatio ipi. Patet ergo quod ait caſſianus ꝙ ſicut venire ad monaſterium ſũma perfectio eſt: ita non perfecte viuere ſumma damnatio eſt.

¶ Capitulũ cxxxvii. et eſt lix. regule: de filiis nobilium vel pauperum.

SI quis forte de nobilib⁹ offert filiuꝫ ſuum deo in monaſterio. ſi ipe puer minoꝛi etate eſt. parentes eius faciant petitionem quam ſupꝛa diximus. et cũ oblatiõe ipſam petitionẽ et manum pueri inuoluant palla altaris. et ſic eum offerãt. De reb⁹

autē ſuis aut in preſenti petitio⸗
ne promittant ſub iureiurando/
quia nūq̄ per ſe.nunq̄ per ſuſpe
ctam perſonā/nec quolibet mo⸗
do ei aliquando aliquid dēt/aut
tribuant occaſionē habendi/Vel
certe ſi hoc facere noluerint/⁊ ali
quid offerre voluerint in elemo
ſinam monaſterio.pro mercede
ſua/faciant ex rebus quas dare
volūt monaſterio donationē:re⸗
ſeruato ſibi ſi ita voluerint vſu⸗
fructuario/Atq3 ita oīa obſtru
antur.vt nulla ſuſpicio remane⸗
at puero per quam deceptus(qđ
abſit)perire poſſit/quod experi⸗
mento didicimus/Similiter au
tem ⁊ pauperiores faciant/Qui
vero ex toto nichil habēt/ſimpli
citer petitionem faciant:et cum
oblatione offerāt filium ſuum
coram teſtibus.

SI quis forte de nobilib⁹/ ⁊c. In anterio
rib⁹ſanct⁹pater Benedict⁹ curauit or⸗
dinem dare ſuſcipēdi ad religionē/eos
qui maioris etatis ſunt/et per ſe petere ⁊ con
ſentire poſſunt/Nūc ſubdit ordinē quo ſuſci⸗
piendi ſunt qui in minori etate ſunt conſtitu⸗
ti/Et diuiditur in tres partes preſens capitu
lum ſecundū tres conditiōes ſtatus hominū/
Quidā eni ſunt diuites et potentes/ſecundi
medioces/tertii pauperes parū aut nichil ha
bentes/De filiis hoīz prīe conditionis.ſ.no
biliū prio dicit ſic(Si quis forte de nobilib⁹)
id eſt diuitibus aut potētibus(offert filiū ſu⸗
um deo in monaſterio)nutriēdū regularib⁹
diſciplinis/⁊ q̄tū in ſe eſt perpetuo deo famu
laturū:ſicut legitur primi regū i.de elcana et
anna/qui otulerunt filiū ſuū ſamuelē dn̄o in
monaſterio templi/cunctis diebus deputatū/

(Si ipſe puer minori etate eſt) In qua ſcz p
ſe non poteſt profiteri ſecundū legē (parētes
eius) cuiuſmodi proprie dicūtur pater et ma
ter/Verūtamen in hoc loco parentes eius p
pinquiores eius ſecundū carnē volunt appel
lare (faciāt petitionē ſuā quā ſupradiximꝰ)
vt ſcilz petant filiū in monaſterio recipi/ſicut
dictū eſt diſciplinis regularibus imbuendū
(et q̄tū in ſe eſt)/offerāt ipſū deo.q̄tū in ſe eſt
dicitur:quia talis licet ſit a parentibus obla⸗
tus/nichilominus ad annos diſcretionis per
ueniens reclamare poteſt/et ad ſeculū redire:
/vt habetur extra de regularibus in capitulo.
Cum ſimꝰ/Quod autē dicitur xx.q.i.mona
chum aut paterna deuotio.aut ꝓpria profeſ⸗
ſio facit/quicquid hoꝶ fuerit alligatum tene
bit/proinde ad mundū reuertendi intercludi
mus aditū/et omino ad ſeculū interdicimus
regreſſū/hoc accipiendū eſt quando filius ad
annos diſcretionis veniens ratū habet id qđ
pater fecit(Et cū oblatione ipſā petitionē)
ſcz ſcripturā (⁊ manū pueri inuoluant in pal
la altaris/et ſic eū offerant) Oblationē offer
re precepit cū puero/exemplo veteris legis.le
uitici xii.et luce ii./Hoc ideo fieri precepit/vt
per hoc quod foris agitur intelligatur quid
interius operetur/i.ſicut illa oblatio efficitur
holocauſtū dn̄o:ita etiā puer ille qui offertur
holocauſtū dn̄o conſecretur/Conſequēter re⸗
mouet id per quod occaſionem puer recipere
poſſet/ad ſeculū redeundi dicens (De rebus
autē ſuis aut in preſenti petitiōe promittāt)
ſcz parentes puerū offerentes(ſub iureiuran
do/q̄ nūq̄ per ſe/nūq̄ per ſuſpectā perſonam
nec quolibet modo ei aliquando aliquid dēt
vel tribuant occaſionē habendi/Vel certe ſi
hoc facere noluerint et aliquid offerre volue
rint in elemoſinā monaſterio/p mercede ſua)
id eſt intuitu redemptionis aīarū ſuarū(faci
ant ex rebus quas dare volūt monaſterio do
nationē reſeruato ſibi ſi ita voluerint vſu fru
ctuario.Atq3 oīa ita obſtruantur)id eſt clau
dātur(vt nulla ſuſpicio)id eſt occaſio (rema
neat puero per quā decept⁹ perire poſſet:qđ
abſit:quod experimēto didicimus)in multis
ſcz per hanc occaſionē pereuntibus.Simili
ter autē ⁊c./Hic ponitur ſecūda pars iuxta
ſecundā conditionē perſonarū offerentiū di
cens(Similiter autem et pauperiores)id eſt
mediocres(faciant)/Sequitur tertia pars

.C. 60. vᵉ



(Qui vero ex toto nichil habent ſimplicit̃ pe
titionẽ faciãt).i.ſine aliqua donatõe (Et cũ
oblatõe offerãt filiũ ſuũ corã teſtibus) Si ni
chil habent quõ iubent cũ oblatõe offerre fili
um ſuũ? Reſpondet̃ ꝙ oblatõ illa cũ ſit potiꝰ
miſtica ꝙ̃ ad refectõez ordinata facilit̃ haberi
põt a quocũqꝫ/vt puta panis.vł vinũ vel vtrũ
qꝫ. Vñ ⁊ pauperes ĩ ãtiq̃ lege.vbi ſupra dictũ
eſt leuit.xii.par turturum aut duos pullos co
lũbarũ offerebãt q agnũ offerre non poterãt
Preterea vbi ip̃i parẽtes ad oblatiõez hãc faci
endã nõ ſufficerẽt/mõaſteriũ ip̃ꝫ ꝑ obſeruãda
rłe cerimonia ſuppleret. Eſt aũt aduertẽdũ/
ꝙ ex hoc caplo manifeſte colligit̃ ꝙ cõueniẽs
ſit ⁊ laudabile pueros etiã infra ãnos puber/
tatis ad religionẽ ſuſcipere nutriendos diſci/
plinis rłaribꝰ/qð ⁊ exẽplis.⁊ rõibꝰ cõſtat. Le/
gimꝰ aũt de beato iohãne baptiſta lu.i.ꝙ pu
er creſcebat et cõfortabat̃ ſpũ ⁊c. Preterea atte
ſtante beato gregorio ĩ li.dialogoꝝ beato bñ
dicto romani nobiles ſuo oĩpotẽti dño nutri
endos dare ceperũt. Rõe etiã oſtẽdit̃ cõueni
entiſſimũ/qꝛ id ad qð ex puericia aſſueſcimus
ſp ꝑfectiꝰ ⁊ firmiꝰ tenemꝰ/ſcðꝫ illð ꝓuer.xxii.
Adoleſcẽs iuxta viã ſuã/⁊ cũ ſenuerit nõ rece
det ab ea. Et treñ.iii. Bonũ eſt viro cũ porta
uerit iugũ dñi ab adoleſcẽtia ſua. Et iõ aplı
inſtituerũt/vt pueri etiã infãtes ad xp̃ianã re
ligionẽ reciperent̃/vt ĩ ea nutriti firmiꝰ ⁊ ꝑfe
ctiꝰ ei inhererẽt. Ex cõi aũt cõſuetudine pue
ri applicantur illis officiis/vel artibus in qui
bus ſunt vitam acturi.

Capitulũ cxxxviii.et eſt lx.regule:de ſacer
dotibus qui in monaſterio habitare volũt.

SI quis de ordine ſacerdotũ
in mõaſterio ſe ſuſcipi ro/
gauerit/nõ ei citiꝰ q̃dẽ aſſentiat̃.
Tñ ſi oĩno ꝑſtiterit ĩ hac ſuppli
catiõe/ſciat ſe oẽm rłe diſciplinã
ſeruaturũ/nec aliq̃d ei relaxabit̃/
vt ſit ſicut ſcriptũ eſt. Amice ad
q̃d veniſti? Cõcedat̃ ei tñ poſt ab
batẽ ſtare.⁊ bñdicere.aut miſſas
canere/ſi tamẽ abbas ei iuſſerit.
Sin alias:nullatenꝰ ꝓſumat ali
qua/ſciens ſe diſcipline rłari ſub
ditũ.⁊ magiſ huĩlitatis exẽpla oĩ
bus det. Si forte ordinatõis aut
alicuiꝰ rei cauſa fuerit ĩ mõaſte/
rio/illũ locũ attẽdat qñ igreſſꝰ eſt
in mõaſteriũ/nõ illũ q̃ ei ꝓ reuerẽ
tia ſacerdotii cõceſſꝰ eſt. Clerico
rũ aũt ſi quis eodẽ deſiderio mo
naſterio ſociari voluerit/loco me
diocri collocet̃/ſi ꝓmittit tñ ipſe
de obſeruatõe regule.vel propria
ſtabilitate.

SI quis de ordine ſacerdotũ ⁊c. Supius
ſctũs pat̃ Bñdictꝰ dedit ordinẽ ſuſcipi
endi laicos tã maioris ꝙ̃ minoris etatis/nũc
cõſequent̃ ſubdit ordinẽ ſuſcipiendi eccleſiaſti
cas perſonas/q̃ in monaſterio habitare volũt
Et prio de ſacerdotibꝰ loquẽs ait (Si qs de
ordine ſacerdotũ in mõaſterio ſuſcipi rogaue
rit/nõ q̃dẽ ei citiꝰ aſſentiat̃) ꝙ̃ layco ĩ ingreſſu
ĩmo ſicut ille ꝓbat̃ et iſte (tñ ſi oĩno ꝑſtiterit ĩ
hac ſupplicatõe ſciat ſe oĩno rłe diſciplinã ſer
uaturũ/nec aliq̃d ei relaxabit̃).ſ.ꝓpt̃ ꝑſbyte/
ratũ. Probabit̃ eni ꝑ omẽs gradꝰ ſicut laicꝰ.
Qui gradꝰ ſũt tres.q̃bꝰ ꝓbari debẽt ſi recipi
petũt. Vnꝰ ad portã mõaſterii ꝑ q̈ttuor vel
quiqꝫ dies. Deide ſcðs ĩ hoſpicio duobꝰ mẽ
ſibꝰ. Tertiꝰ ĩ cella nouicioꝝ ꝑ decẽ mẽſes:⁊
ita ãnꝰ erit ꝓbatõis ſicut ⁊ aliis nouiciis/vt ĩ
ca.lviii plene eſt expoſitũ/q ãnꝰ ĩ fauorẽ ⁊ mo
naſterii ⁊ ꝯuerſi eſt indultꝰ vt ⁊ mõaſteriũ mo
res ꝓbet ingrediẽtis/⁊ cõuerſꝰ ſi põdꝰ ⁊ graui
tates ordinis portare poſſit. Seq̃t̃ (Vt ſit ſi
cut ſcriptũ eſt. Amice ad q̃d veniſti) Verbum
hoc eſt dñi ad iudã ꝓditorẽ.math.xxvi.q̈ſi di/
ceret. Vide vtrũ ſigno pacis qð porrigis cõſo
net opus ꝓditionis qð moliris. Plane ſignũ
demõſtras amici oſculũ porrigẽdo/⁊ opꝰ ordi
ris inimici.me manibꝰ tradẽdo q̈rentiũ aĩaꝫ
meã. Ad hũc ſenſũ põt hoc v̈bũ ip̃ſẽtiaꝝ ada/
ptari. Debet ei religioſꝰ ſp meõr eſſe ad q̃d ve
nerit ⁊ cõuerſionẽ ſuã aduẽtꝰ ſui ꝓpoſito ꝯfor
mare. Cũ ergo venerit ſubeſſe nõ ꝑeſſe/obedi
re nõ imperare/non debet querere ĩ monaſte

rio ꝙ ſibi aliquid de aſperitate ordinis relaxe
tur. / Sequit᷑ (Cōcedat᷑ tñ ei poſt abbatē ſta-
re / et benedicere) ſcꝫ bñdictiones dare in men
ſa ad cibū / vel potū / vel ad lectiones ī eccleſia
(aut miſſas canere) id eſt in ſuo ordine cele-
brare: et hoc ſupple ſi dignus iudicatur. Vñ
ſubiungitur (Si tamē iuſſerit abbas ei. Sin
alias nullaten⁹ aliqua preſumat: ſciens ſe di-
ſcipline regulari ſubditū) Dēꝫ ꝗppe materiā
aufert preſūptionis / cū ei ad memoriā reducit
ſtatū ſubiectiōis (et magis humilitatis exem
pla oībuſ det) q̄ꝫ ꝙ ſcꝫ p̄ſumat aliqd facere / vt
puta celebrare. aut benedicere non interueni
ente abbatis ſui licentia / Melior eſt obedien
tia q̄ꝫ victima / et auſcultare magis q̄ꝫ offerre.
primi regū xv. Sequit᷑ (Et ſi forte ordinatio
nis aut alicuius rei cauſa fuerit ī monaſterio
illū locū ſemp attendat qñ ingreſſ⁹ eſt in mo-
naſteriū nō illū q ei ꝓ reuerentia ſacerdotii cō
ceſſus eſt) Senſus eſt / Dato ꝙ pro idoneita-
te ſua in mōaſterio ſit ī aliquo officio / vtputa
p̄poſiti. aut decani conſtitut⁹ non ſupbiat hoc
meritis ſuis aſcribens: ſꝫ ita illud ſimpliciter.
humiliter. ac reuerenter curet adimplere / iudi
cando ſe ad talia maiora indignū: vt ab hui-
litate quā habuit qñ ingreſſus eſt monaſteri-
um receſſiſſe non videat᷑. Sequit᷑ de ordine
recipiendi pſonas eccleſiaſticas que non ſunt
in ſacerdotio conſtitute (Clericoꝝ aūt ſi quis
eodē deſiderio monaſterio ſe ſociare voluerit
loco mediocri collocet᷑. / Et ipē tñ ſi promittit
de obſeruatione regule vel ꝓpria ſtabilitate)
Noīe clericoꝝ cōprehendit oēs ordines vſqꝫ
ad preſbyteratū. / Plana ſūt oīa. / Oīa qdē iu-
bet obſeruari iuxta clericuꝫ q̄ iuxta ſacerdotē
obſeruāda mādauit: niſi ꝙ de ſacerdote dicit /
ꝙ cōcedat᷑ ei poſt abbatē ſtare: et de clerico di
cit ꝙ in loco mediocri collocetur.

Capitulū cxxxix. et eſt lxi. regule de mona
chis pegrinis: vbi oſtenditur ꝙ vagus diſcur
ſus fratrū non deceat virū religioſū.

SI quis monach⁹ peregrin⁹
de longinquis ꝓuinciis ſu
peruenerit. ſi pro hoſpite voluerit
habitare in monaſterio. et cōten
tus fuerit cōſuetudine loci quā ī
uenerit. et nō forte ſuperfluitate
ſua pturbat monaſteriū. ſed ſim
plicit᷑ cōtent⁹ eſt qđ inuenerit: ſu
ſcipiatur quanto tempore cupit
Si qua ſane rationabiliter / aut
cū humilitate caritatis reprehē
dit. tractet abbas prudent᷑ ne for
te ad hoc eū dñs direxerit. / Si ve-
ro poſtea voluerit ſtabilitatē ſuā
firmare nō renuatur talis volū-
tas / et maxīe qꝛ tempore hoſpita
litatis potuit eius vita dinoſci.
Qđ ſi ſupfluus. aut vicioſ⁹ rept⁹
fuerit tp̄e hoſpitalitatis / nō ſolū
nō debet ſociari corpi mōaſterii:
/ verūetiā dicat᷑ ei honeſte vt diſce
dat. ne ei⁹ miſeria etiā alii viciēt᷑
Qđ ſi nō fuerit talis qui mereat᷑
ꝓici / nō ſolū ſi petierit ſuſcipiat᷑
cōgregatōi ſociād⁹: vez etiā ſua-
deat᷑ vt ſtet: vt ei⁹ exēplo alii eru
diant᷑. / Et qꝛ ī oī loco vni dño ſer-
uit᷑. vni regi militat᷑ / quē ſi etiā ta
lē eſſe pſpexerit abbas / liceat eū ī
ſuperiori aliq̄ꝫtulū ꝯſtituere loco
/ Nō ſolū aūt mōachū ſꝫ etiā de ſu
praſcriptis gradib⁹ ſacerdotū vł
clericoꝝ ſtabilire pōt abbas ī ma
iori q̄ꝫ igredit᷑ loco: ſi eoꝝ talē per
ſpexerit vitā eē. Caueat aūt ab
bas ne aliqñ de alio noto mōaſte
rio. mōachū ad hītādū ſuſcipiat
ſine cōſēſu abbatis ei⁹ / aut lr̄is cō
mēdaticiis / qꝛ ſcriptū eſt Qđ tibi
nō vis fieri: aliis ne feceris.

SI quis monachus ꝛc. / Dato ſuperius
ordine qualiter ſuſcipiendi ſunt ad mo
naſteriū tam laici q̄ꝫ clerici / quia cōtin-

git ſepenumero monachos alioꝝ mõaſterio/
rum declinare ad alia monaſteria/et quando
qȝ cum propoſito ibi manendi/ſubiūgit ideo
ſanctus pater ordinẽ quo ſuſcipiẽdi ſunt mo
nachi peregrini. ¶ Et capitulū hoc diuiditur ĩ
quinqȝ partes/ſecundū ꝙ circa ordinẽ ſuſcipi
endi monachos peregrinos ponit quĩqȝ mã
data. ¶ Primū eſt(Si quis monachꝰ peregri
nus de longinquis prouinciis ſupueneit/ſi ꝑ
hoſpite voluerit habitare in monaſterio et cõ
tentus fuerit cõſuetudine loci quã inuenit)
id eſt moribꝰ cerimoniis ac vita cõmuni fra/
trum(et nõ forte ſuperfluitate ſua)ĩ cibo po
tu ſomno veſtitu atqȝ labore(perturbat mo/
naſteriū/ſed ſimpliciter contentus eſt qđ inue
uerit:ſuſcipiatur q̃to tempore cupit) ¶ Secū
dum eſt(Si qua ſane rationabiliter et cū hu
militate caritatis reprehenderit aut oſtende/
rit tractet abbas prudenter ne forte ꝑ hoc ipo
eū dñs direxerit) Senſus eſt/Si monachus
peregrinus in monaſterio ſuſceptꝰ contingat
corrigere/ſi que errata ĩ monaſterio proſpexe
rit:non niſi ea que aperte mala ſunt temptet
corrigere/et cū humilitate caritatis/Sicut ei
teſtante beato gregorio in paſtorali laudabi/
le decretū eſt reuerentiã et honorẽ debituȝ ex
hibere maioribus/ita rectitudinis ⁊ dei timo
ris eſt/ſi quid in eis correctõnis indigeret nul
la diſſimulatione poſtponere/ne totū corpus
qđ abſit incipiat morbuſ inuadere.ſi languor
nõ fuerit curatus in capite/quam correptio/
nem abbas patienter et alacriter debet ſuſci
pere/Unde ait et tractet prudenter.i.ponde/
ret mentẽ reprehendentis/iudicando illã eſſe
bonã/et ea que reprehenduntur vt citius cor/
rigantur:quia vt ait ſanctus pater. Ne forte
pro hoc ipſo dñs illū peregrinū ad monaſte/
rium direxerit/Solet ei diuina prouidentia
per ſubmiſſas perſonas/videlȝ angelos aut
hoĩes peccantes corrigere/et ad viã reducere
veritatis. ¶ Tertiū eſt(Si vero poſtea volue
rit ſtabilitatẽ ſuã)ſcilȝ per obedientiã abbati
loci fiendã(firmare:non renuatur talis volū
tas/et maxime quia tẽpore hoſpitalitatis ſue
potuit eius vita dinoſci) ¶ Quartū eſt(ꝙ ſi
ſuperfluꝰ)vt puta in cibo potu veſtituqȝ(aut
viciosſus)id eſt malis moribꝰ comitatus(rep
tus fuerit tempore hoſpitalitatis/non ſolum
non debet ſociari corpori monaſterii/verūeti
am dicatur ei honeſte vt diſcedat/ne eiꝰ miſe/
ria alii vicientur) Omĩa plana ſunt ¶ Quĩ
tū eſt(ꝙ ſi non fuerit talis qui mereatur proi
ci/non ſolū ſi petierit ſuſcipiatur cõgregatio/
ni ſociandus/verūetiã ſuadeatur ei vt ſtet: vt
eius exemplo alii erudiantur. ¶ Et quia in oĩ
loco vni dño ſeruitur/vni regi militatur/quẽ
ſi etiã talem perſpexerit abbas)ꝙ ꝓ ſingula/
ritate meritoꝝ dignus habeat altiori loco(li
cet eū in ſuperiori aliq̃tulū loco conſtituere)
¶ Sequitur(Non ſolū autẽ monachū ſed eti
am de ſupraſcriptis gradibus ſacerdotuȝ vel
clericorū/ſtabilire poteſt abbas in maiori q̃ ĩ
greditur loco ſi eorū talẽ ꝑſpexerit eſſe vitã)
¶ Ubi notandū eſt ꝙ vitã dicit aſpiciendã et
conſiderandã virtutẽ.ſanctitatẽ/non ſcientie
magnitudinẽ.aut carnis nobilitatẽ ¶ Sextū
eſt(Caueat autẽ abbas ne aliquãdo de alio
noto monaſterio monachū ad habitandū ſu/
ſcipiat/ſine conſenſu abbatis aut litteris cõ/
mendaticiis:quia ſcriptum eſt.quod tibi non
vis fieri alii non feceris) ¶ Ubi notandū pri
mo ꝙ per hoc ꝙ dicit de noto monaſterio/ſub
intelligi videtur ꝙ de ignoto monaſterio po/
teſt ſuſcipi.ſine litteris cõmendaticiis. ¶ Se
cundo nota/ꝙ tribus modis datur licẽtia mo
nacho eundi ad aliud monaſteriuȝ. ¶ Primus
modus fit tantuȝ conſenſu .i.cū rogat abbas
quẽpiam abbatẽ/vt cum ſuo conſenſu habeat
monachū ſuum ⁊ ſic eum ſuſcipit. ¶ Alio modo
datur licentia litteris cõmendaticiis genera
libus/ſcȝ que diriguntur aut ſcribuntur omi/
bus abbatibus:vt ſi dicatur/Ego. N.abbas
talis loci notuȝ facio/q: dedimus licentiã per
has litteras dimiſſorias huic fratri noſtro/vt
vbicūqȝ inuenerit locū ordinis accõmodū ha
beat licentiã habitãdi/ad aĩe ſue ſalutẽ et cõ/
ſolationẽ ⁊c. ¶ Tertio mõ dat licẽtia litteris
cõmẽdaticiis ſpãlibꝰ/q.ſ.ſcribunt certe pſone
vbi grã/Uenerabili patri abbati talis mõa/
ſterii. N.ſalutẽ ⁊c./Cū frat talis deſideret ha
bitare vobiſcū ⁊ in mõaſterio vro rtarẽ obſer
uantiã diligent cuſtodire dedimꝰ ei licẽtiã ⁊c
¶ Tertio notãdū eſt ꝙ diſcipulꝰ huiꝰ ſchole nõ
leuit velit de mõaſterio egredi/⁊ vago ⁊ curio
ſo diſcurſu ꝑ mūdū ꝑegrinari/Diſcurſꝰ ei vi/
ri religioſi ꝑ mūdum ſine neceſſitate/nec deo
placet/nec ipȝ decet/nec ei ſecurꝰ eſt. Ad primū
pertinet illud Jere.xiiii. Dilexit mouere pe/
des ſuos/⁊ nõ quieuit:⁊ dño nõ placuit/Mo
nachos girouagos dicit beatꝰ bñdictꝰ in pro

capitulo regule per omĩa deteriores eſſe ſara
baitis. Ipſi enĩ ſunt diaboli imitatores: in cu
ius perſona dicitur Job i. Circuiui terrã et ꝑ
ambulaui eã. Stabilitatẽ viruz religioſũ de
cet que eſt quaſi quedã imago eternitatis. Se
neca. Primũ argumentũ mẽtis cõpoſite exi
ſtimo poſſe conſiſtere et ſecũ morari. Vir reli
gioſus. qui in clauſtro morari non poteſt fre
quenter in mundo periclitatur. Semeꝑ dũ mã
ſit in iħrl'm vixit: poſtq̃ʒ exiuit de iħrl'm occiſꝰ
eſt. tertio reguz v. Et dina filia iacob egreſſa
curioſe vt videret mulieres regionis illiꝰ ra
pta eſt et corrupta. gen. xxxiiii. Dina ratione
ſexus infirmi ſignificat clauſtralẽ mente in
firmũ qui de clauſtro egrediens dũ mundi cõ
cupiſcibilia curioſe conſiderat amore eorũ ra
pitur et corrũpitur. Piſcis extra aquã poſitꝰ
non diu viuit. pſa. l. Cõputreſcent piſces ſine
aqua et morientur in ſiti. Clauſtralis duz eſt in
clauſtro bene ordinato habet verba ſacre ſcri
pture quibus vita ſpũalis ipſius cõſeruatur: cũ
aũt diſcurrit per mũdũ aqua iſta mutatur in
ſanguinem. ſ. verba ſecularia et ſic occiditur.
Corrũpunt enĩ bonos mores colloquia pra
ua pͥe cori. xv. Abel egreſſus in agrũ occiſus
eſt. gen. iiii. Simile accidit clauſtrali innocen
tie clauſtrũ egredienti. Clauſtrales inquieti
ſunt ſydera errantia: de quibus legitur in ca
nonica iude. ſydera vero iſta errantia aliquã
do fiunt ſydera cadentia. Poſtq̃ʒ enĩ diſcurrẽ
do per mundũ deliciis mũdanis aſſueuerint
et aſperitas religionis eis in diſſuetudinẽ ve
nerit redeũtes ad clauſtrum: clauſtralis vite
aſperitatẽ ſuſtinere non poſſũt et apoſtate fi
unt. Math. xxiiii. Cadẽt ſtelle de celo. Stel
la de celo cadit cũ clauſtralis celeſtẽ cõuerſa
tionẽ deſerens ad ſeculũ redit. Coruus ab ar
cha egreſſus ad archã non eſt reuerſus. Sic ⁊
clauſtrales per mundũ diſcurrentes aliquan
do amore carnaliũ deliciarũ retinentur. Clau
ſtrales mũdo familiares ſunt ſicut aues ciui
tatenſes que facile capiuntur. Viro religioſo
expedit nõ ſolũ ea q̄ mũdi ſunt relinquere ſed
etiã obliuiſci. philippeñ. iii. Que retro ſunt
obliuiſcens. Seneca. Ut aiꝫ poſſis continere
primũ corporis tui fugam ſiſte: deinde conti
nuata remedia plurimũ proſunt. interrũpen
da nõ eſt quies et vite prioris obliuio ſiue de
diſcere: oculos ſiue aures aſſueſcere ſaniorībꝰ
verbis. Quocũqꝫ proceſſeris in ipſo tranſitu
que ruminẽt cupiditates tuas tibi occurrãt.
Ad q̄etudinẽ monet apoſtolꝰ pͥe ad theſſa.
q̄rto. Rogamus vos fratres vt operã detis
vt quieti ſitis. Itẽ ſcd̃e theſſa. iii. Scitis q̃ʒ ad
modũ oporteat imitari nos q̃m non inquieti
fuimus. Inter religioſos vero maxime opor
tet nouicios eſſe quietos ⁊ non cito egredi de
monaſterio. Seneca. Subducẽdus eſt popu
lo tener animꝰ et parũ tenax recti. luce vltio.
Sedete i ciuitate donec induamini ꝟtute ex
alto. Exo. ii. legitur de patre moyſi q̃ʒ vidit euz
elegantem ⁊ abſcondit. Sapiens. Naſcendi
hanc legẽ natura fecit vt maiora aĩalia piſce
ribus parentũ diutiꝰ continentur: ſic multuz
valet ad hoc q̃ʒ clauſtralis proficiat ſi in clau
ſtro diu moretur anteq̃ʒ exeat.

Capitulum cxl. et eſt lxii. regule: de ſacer
dotibus monaſterii.

SI quis abbas ſibi preſbyte
rum. aut diaconẽ ordinari
petierit: de ſuis eligat qui dignꝰ
ſit ſacerdotio fũgi. Ordinatꝰ aũt
caueat elationẽ. aut ſupbiã: nec
q̇cq̃ꝫ p̄ſumat. niſi qd̕ ei ab abbate
p̄cipitur. ſciens ſe multomagis di
ſcipline regulari ſubditũ. Nec oc
caſiõe ſacerdotii obliuiſcatur re
gule obedientiam et diſciplinã:
ſed magis ac magis in deum ꝓ
ficiat. Locũ vero ſemp illũ atten
dat. quo ingreſſus eſt mõaſteriũ
preter officium altaris: et ſi forte
electio congregationis. et volun
tas abbatis pro vite merito euz
promouere voluerit. qui tamen
regulam a decanis vel prepoſi
tis cõſtitutã ſciat ſe ſeruare. Qd̕
ſi aliter preſũpſerit nõ ſacerdos
ſꝫ rebellio iudicetur. Et ſepe ãmo

**nitus ſi nõ correxerit: etiã eps ad
hibeat in teſtioniũ. Qđ ſi nec ſic
emẽdauerit/ clareſcẽtib⁹ culpiſ ꝓi
ciat de mõaſterio/ ſi tñ talis fue
rit ei⁹ contumacia: vt ſubdi aut
obedire regule nolit.**

SI quis abbas ꝛc. Superius beatus pa
ter Benedictus dedit ordinẽ de ſuſcipi
endis clericis in monaſterio: Nunc ſub
dit doctrinã de illis qui ĩ monaſterio ordina
ri volunt/ Et quomodo quando delinquunt
corrigi et puniri debent/ Et ponit in hoc loco
quattuor mandata ſanctus pater. Primuz
qđ reſpicit ipſuz abbatem eſt (Si quis abbas
ſibi presbyterũ vel diaconẽ ordinari petierit
de ſuis eligat qui dignus ſit ſacerdocio fũgi)
Quippe non niſi dign⁹ abbatis ipſius et ali
orũ fratrũ iudicio eligẽdus eſt ad ordines ſa⸗
cros: quia leuit. xxi. ꝑcipitur/ Homo de ſemi
ne aaron qui habuerit maculã nõ offeret pa⸗
nes corã deo/ nec accedet ad miniſteriũ eius/
Per maculã autẽ vt dicit gloſa viciũ intelli⸗
gitur/ Quare conciliũ cartaginẽſe ſtatuit: vt
in capitulo/ Nullus. di. xxiiii/ ꝙ nullus ordi⸗
netur clericus niſi probatus/ vel epiſcoporum
examine/ vel populi teſtimonio. Secundũ
qđ reſpicit ipſũ ordinatũ eſt (Ordinatus autẽ
caueat elationẽ) alios gradu ordis iferiores
deſpiciẽdo (aut ſuperbia) ne. ſ. tẽptet pl⁹ aſcẽ
dere ꝙ dignus iudicetur ſiue ſibi conceditur/
(nec quicꝙ preſumat/ niſi quod ei ab abbate
precipitur ſciens ſe multomagis diſcipline re
gulari ſubditũ) ꝙto. ſ. ceteris ſanctior eſſe de
bet (nec occaſiõe ſacerdocii obliuiſcatur regu
le obedientiã et diſciplinã ſed magis ac ma⸗
gis in deũ proficiat) recte ſanctus pater cõſu
lit. Quãto eni aliquis plus proficit/ tanto de
fectus ſuos ampli⁹ agnoſcit/ et malis ſuis ira
tus in humilitate viuere diſponit/ Gregori⁹
Sancti viri quo altius apud deũ virtutũ di⸗
gnitate proficiunt/ tanto ſubtilius indignos
ſe eſſe deprehendunt/ quia dũ proximi luci fi⸗
unt quicquid eos in ſeipſis latebat inueniũt.
Idem. Quãto plus proficimus in cognitiõe/
tanto nobis indignamur amplius de peruer
ſo opere/ Plana ſunt omĩa. Tertiũ manda
tum eſt (Locũ vero illũ ſemper attẽdat) id ẽ
obſeruet (quo ingreſſus eſt in monaſteriũ pre
ter officiũ altaris) id eſt preter ꝙ quãdo offi⸗
ciũ altaris exhibet/ Videtur ei ex hoc loco/ ꝙ
intentio ſancti patris eſt/ ꝙ ſacerdos nõ debe⸗
at ſuperior ſedere ſeniore ſuo accolito: preter
ꝙ quando exercet officiũ altaris/ quia tunc ꝛ
quando eſt indutus ſacris ſedet ſuper oẽs ali
os poſt abbatẽ vel prepoſitũ aut decanũ/ ꝛ qñ
celebrat eſt ſuper oẽs. qui pro omĩbus ſacrifi⸗
cium offert deo. Quartũ eſt (Et ſi forte ele
ctio) id eſt approbatio (congregatiõis/ et vo⸗
luntas abbatis) hoc precipiens (pro vite me⸗
rito eũ promoueri) id eſt exaltari ad ſublimio
rem gradũ vel dignitatẽ (voluerit. qui tamẽ
regulã) id eſt obedientiã (a decanis vel prepo
ſitis) ſibi (cõſtitutã ſeruare ſciat) Senſus eſt
Monachus ꝙtũcũqꝫ ſit ſublimatus ſemper
debet eſſe ſub obedientia ſubiectus prepoſiti
vel decani/ et illis debet in omĩbus obedire.
Quintũ eſt de correctione ſacerdotis ſi de
linquere eũ contingat (Qđ ſi aliter preſum⸗
pſerit) ſcilicet facere nullomodo obedire ſupe
riorum ſuorũ mandatis (non ſacerdos/ ſed re
bellio et rebellis iudicetur) Senſus eſt/ Id eſt
non deferatur ei ſicut ſacerdoti aut aliquo or
dine eccleſiaſtico inſignito: ſed vt rebellis ꝛ cõ
tumax iudicetur/ Et ſequitur (Et ſepe ãmo⸗
nitus ſi non correxerit etiã eps adhibeatur ĩ
teſtimoniũ) iuſtiſſime correctiõis illius. licet
hoc no neceſſitatis maxime apud exemptos:
ſed honeſtatis tantũ eſſe credatur. Sequit
(Qđ ſi nec ſic emendauerit clareſcentib⁹ cul
pis proiciat de monaſterio: ſi tamen talis fue
rit ei⁹ cõtumacia vt ſubdi aut obedire regule
nolit) Notanter dicit ſanctus pater: ſi tamẽ
talis fuerit eius cõtumacia ꝛc. quia pena eie
ctionis nõ eſt infligenda niſi contẽptori obe⸗
dientie ꝛ contumaci. Verũ qm̃ de ſacerdoti
bus in hoc capitulo a ſancto patre habit⁹ eſt
ſermo/ pro ampliori notitia eorũ que ad boni
tatẽ ſacerdotis ſpectãt notanduz/ ꝙ preter ea
que a ſancto patre dicta ſunt cõuenire ſacer⸗
doti. de humilitate. obedientia. ac continuo ꝓ
fectu ꝟtutũ/ ſacerdos debet habere aliquas ꝓ⸗
prietates. Et primo ſanctitatẽ et puritatẽ
mundicie/ Sunt eni miniſtri ſũmi regis et di
ſpenſatores miniſteriorum dei et ſacramen⸗
torum/ quibus anime ſanctificantur. exo. xix.
Sacerdotes qui accedunt ad me ſanctificen
tur/ ne forte percutiam eos. Et in ps. Ambu⸗
lans ĩ via ĩmaculata/ hic michi miniſtrabat/

Et pſa.lii. Mundamini qui fertis vaſa dñi.
Unde etiã apud gẽtiles vt teſtatur plato: ſa-
cerdotes ſepati a populo viuebant ne aliqua
prophana cogitatione eorũ caſtitas polluere
tur. Unde gregorius in regiſtro. Nullus de-
bet ad altare accedere. niſi cuius caſtitas an-
te ſuſceptũ miniſteriũ fuerit approbata. Se
cũdo debet ſacerdos habere ſobrietatẽ et vir-
tutẽ abſtinentie. Hoc ſequitur ad ieiuniũ. cũ
caſtitas filia ſit ſobrietatis: ſicut luxuria intẽ
perantie. leuit.x. dixit dñs ad aaron ſacerdo-
tem. Uinũ et oẽ quod inebriare poteſt non bi
bes tu et filii tui qñ intrabitis tabernaculuꝫ.
Tertio debet habere ſacerdos animũ ſepa
ratum ab affectu terrenorum. Hinc dicitur
deuterono.xviii. Non habebunt ſacerdotes
et leuite partem et hereditatẽ in reliquo po-
pulo: vbi gloſa ait. In veteri et in nouo teſta
mẽto miniſtris altaris preceptum eſt de obla
tionibus et decimis viuere: nec terrenis poſ-
ſeſſionibus acquirendis conceſſũ eſt inhiare.
Hieronymus. Negociatorem clericum et ex
inope diuitem, et ex ignobili glorioſuꝫ quaſi
quandã peſtẽ fuge. Nemo militans deo im-
plicat ſe negociis ſecularibus. Quarto nul
la debet eſſe macula criminis reſperſus. leuit.
xi. Qui habuerit maculã non offerat panes
deo ſuo. Item ad titũ primo. Conſtitues per
ciuitates preſbyteros. Et ſequitur. ſi quis ſi-
ne crimine eſt. gloſa Auguſtini. Nõ dico ſine
peccato ſed ſine crimine. i. ſine peccato crimi-
nali vł infamia crimiali. Si dixiſſet ſine pec
cato nullus ĩ eccleſia poſſet ordinari miniſter.
Quinto debet eſſe ſacerdos ornamentis
virtutum decoratus. Si eni omẽs fideles te-
nentur abicere opera tenebrarũ ⁊ induere ar
malucis prout hortatur apoſtolꝰ. Romano.
xiii: Multo amplius ſacerdotes qui ſunt mi
niſtri dei in eccleſia. In cuius figura non niſi
induti mundis veſtibus miniſtrant dño in tẽ
plo ſancto ſuo. Unde propheta. Sacerdotes
eius induantur iuſtitia. Iuſtitia auteꝫ vt ait
ariſtoteles vniuerſalis vtꝰ eſt. Et hieronymꝰ
Sacerdotes autẽ ceteris honeſtiores aut ſũt
fabula. Uere magna ait Criſoſtomus ſuper
matheũ abuſio ſacerdotũ eſt et omnium cleri
corum: quando laici inueniunt fideliores eis
et iuſtiores. Quomodo non ſit cõfuſio eſſe il
los inferiores laicis: quos etiam equales eſſe
confuſio eſt.

Capitulũ cxli. et eſt lxiii. regule: de ordine
congregationis: vbi de cura ſingulari haben
da circa nouicios.

ORdines ſuos ĩ monaſterio
ita cõſeruent: vt conuerſio
nis tempus ⁊ vite meritũ diſcer-
nit: vtqꝫ abbas cõſtituerit. Qui
abbas nõ cõturbet gregẽ ſibi cõ
miſſũ: nec quaſi libera vtẽs pote
ſtate iniuſte diſponat aliquid: ſꝫ
cogitet ſemper quia de omibus
iudiciis ⁊ operibus ſuis redditu
rus eſt deo rationem. Ergo ſcdm
ordines quos ꝯſtituerit: vel quos
habuerit ipſi fratres: ſic accedãt
ad pacẽ. ad cõionẽ. ad pſalmũ ĩpo
nẽdũ: ĩ choro ſtãdũ. Et ĩ omibꝰ oĩ
no locis etas nõ diſcernat ĩ ordie
nec ꝑiudicet: qꝛ ſamuel et daniel
pueri preſbyteros iudicauerũt.
Ergo exceptis his. quos vt dixi-
mꝰ altiori cõſilio abbas ꝑtulerit
vł degradauerit certis ex cauſis:
reliqui omẽs vt cõuertunt ita ſit
vt verbi gratia. qui ſecũda hora
diei venerit ĩ mõaſterio: iuniorẽ
ſe nouerit illius eſſe. qui pria ho-
ra venit diei: cuiꝰlibet etatis aut
dignitatis ſit. Pueris vero per
omnia ab omnibus diſciplina
teneatur. Iuniores igitur prio-
res ſuos honorent. Priores iunio
res ſuos diligãt. In ipſa aũt ap-
pellatõne nulli liceat aliũ ꝓprio
noie appellare: ſꝫ ꝑores iuniores

ſuos fratres nominēt/ Iuniores autē priores ſuos nonnos vocēt/ quod intelligitur paterna reuerentia/ Abbas autem quia vices xp̄i agere creditur/ domnꝰ et abbas vocetur/ non ſua aſſumptione ſed honore et amore xp̄i./ Ipſe autē cogitet. et ſic ſe exhibeat/ vt dignus ſit tali honore. Vbicū̄qꝫ autem ſibi obuiant fratres/ iunior a priore benedictionem petat./ Tranſeunte maiore minor ſurgat/ et det ei locū ſedendi. Nec preſumat iunior conſedere/ niſi ei precipiat ſenior ſuus/ vt fiat quod ſcriptum eſt. Honore inuicem preuenientes. Pueri paruuli vel adoleſcentes in oratorio/ vel ad menſas cum diſciplina ordines ſuos conſequantur./ Foris autem vel vbiubi cuſtodiam habeant et diſciplinam/ vſqꝫ dum ad intelligibilē etatē perueniāt.

ORdines ꝛc./ Dato ordine in ſuperioribus de recipiendis et promouendis perſonis in congregatōne/ conuenienter nunc ſubdit de toto congregationis corpore/ quo ordine diſponenduꝫ ſit./ Et poteſt diuidi hoc capitulū in quinqꝫ partes principales ſecundū quinqꝫ principalia mādata./ Primū eſt de ordine ſeruando per fratres dicens ſic (Ordines ſuos in monaſterio ita conſeruēt fratres/ vt conuerſionis tempus/ et vite meritū diſcernit: vtqꝫ abbas cōſtituerit) Senſus eſt. Fratres teneant ordinē inter ſe ſedendo. ſtando. et eundo: vt conuerſionis. i. ingreſſus religiōis tēpus/ aut vite meritū/ aut abbatis diſpoſitio diſcernit./ In quo loco ſanctus pater tres modos innuere videtur quibus ordo inter fratres poteſt diſponi et variari./ Primo ſecundū tempus in quo ad religione monachꝰ venit./ Secundo iuxta meritū vite/ et eminētiam ſanctitatis/ que in monacho maxie conſideranda et attendenda eſt./ Tertio ſecundū quod ab abbate cōſtituitur/ pro aliqua neceſſitate. aut vtilitate cōmuni/ vt ſi aliqs bonus cantor ſit in ordine fratrū cantantiuꝫ in choro/ aliis preferat̄ licet vite merito aliis inferior ſit/ ſicut plenius dictū eſt circa capitulū ſecundū regule et xi. huius operis./ Veruꝫ qr dixerat: vtqꝫ abbas conſtituerit. Ne aliquid iniuſte abbas conſtituat/ et ordinē iuſtitie ſubuertendo perturbet gregē ſibi creditū: ſubdit ſanctus pater ſecundū mādatū in quo frenū temperantie et diſcretionis imponit̄ abbati dicēs./ Qui abbas non conturbet gregē ſibi cōmiſſū/ ne quaſi libera vtens poteſtate iniuſte diſponat aliquid: ſed cogitet ſemper/ quia de oībus iudiciis et operibus ſuis redditurus eſt deo rationē./ Ubi triplici conſideratione ſanctus pater videtur voluiſſe abbatē in hac parte reddidiſſe aduiſatū./ Primo vt gregē ſuum non conturbet/ ſed paci illius intendat et quieti: quod fit maxime per obſeruantiam iuſtitie. iuxta illud p̄s. Iuſtitia et pax oſculate ſunt. et illud prophete yſa. xxxii. Opus iuſtitie pax./ Secundo vt poteſtate [illegible] diſcretione iuſtitie et ſanctorū patrū regulis temperata vtatur/ ne poteſtate libera vtens iniuſte aliquid diſponat/ Quoniā vt inquit apoſtolus ſcd̄e corin. x/ Poteſtas nobis data eſt in edificationem/ non in deſtructionem.
/ Tertio/ vt abbas ſemper cogitet quia de oībus deo cui omīa patent rationem redditurus eſt in die iudicii/ vbi illi dicetur luce xvi. Redde rationem villicationis tue./ Merito autem iſte future diſcuſſiōis iudicialis timor/ debet abbatem ipſum reddere aduiſatum/ vt omīa iuſte diſponat et peragat. quia vt dicit̄ ſapie vi. Iudiciū duriſſimū ī his qui preſunt fiet./ Sequitur tertiū ī quo ſpecificat aliqua in quibus ordo prefatus ſeruādus eſt (Ergo ſecundū ordines quos ꝯſtituerit/ vel quos habuerint ipſi fratres/ ſic accedant ad pacem/ et communionem/ ad pſalmum) id eſt antiphonam pſalmi (imponendum/ in choro ſtandū: et in omnibus omino locis. etas) ſcilꝫ natiuitatis (non diſcernat̄ in ordine. nec p̄iudicet)

